## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

Digitized by Google

Godwyn
4°.
129.

Digitized by Google

Digitized by Google

# APPENDIX
AD
# DIARIUM
## LITURGICO-THEOLOGICO-MORALE
SACRI RITUS,
INSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ MORUMQUE
DISCIPLINA
NOTANDA VAGE PER ANNUM
SIVE CIVILEM SIVE ECCLESIASTICUM.

*AUCTORE*

FERDINANDO TETAMO
PANORMITANO.

BIBLIOTHECA BODLEIANA




VENETIIS, MDCCLXXXIV.
EX TYPOGRAPHIA PETRI SAVIONI.
In Via Mercatoria ſub Signo NAVIS.

*CUM PUBLICA ADPROBATIONE AC PRIVILEGIO.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# PROŒMIUM.

METHODUS, quam aſſumpſimus in Quæſtionibus moralibus pertractandis, Inſtitutionibus Eccleſiaſticis tradendis, & ſacris Ritibus explicandis; hactenus nos coegit, ea tantum quo ad præfata in Diario noſtro notare, quæ certum haberent Annum Eccleſiaſticum, vel Civilem, & Sedem certam in Anno: quemadmodum pro Anno Civili præſtitimus in Tractatu primo, & pro Eccleſiaſtico Anno in Tractatu ſecundo. Dantur autem & quædam aliæ quæſtiones morales, Inſtitutiones Eccleſiaſticæ, Sacrique Ritus communiſſime occurrentes infra Annum, non tamen determinate Eccleſiaſticum, vel Civilem: neque ubique eodem tempore Anni: puta in Adventu, vel Quadrageſima; in Januario, vel Februario ec. Quapropter non valuere prædictis Diarii hujus tractatibus inſeri. Sed cum earum materiarum quoque ſcientia Eccleſiaſticis ſit neceſſaria viris; de iis ſilere, non expedit, & ab hoc Diario excludere, non oportet; licet ne propoſitam methodum læderemus, neceſſe fuerit, dare ſeorſim in hac Appendice utrique tractatui ſubnexa Diarii. Exponemus autem Capitibus XIV.

Cap. I. *De Horis Canonicis.*
Cap. II. *De Celebratione Miſſarum.*
Cap. III. *De Expoſitione Sanctiſſimi Sacramenti.*
Cap. IV. *De annua ſolemnitate Dedicationis, ſeu Conſecrationis Eccleſiæ.*
Cap. V. *De feſto Tituli Eccleſiæ.*
Cap. VI. *De Feſto Tituli Altaris.*
Cap. VII. *De Sanctis Patronis.*
Cap. VIII. *De die Obitus, & Depoſitionis Defunctorum.*
Cap. IX. *De die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & Anniverſario Defuncti.*
Cap. X. *De functionibus Pontificalibus Abbatialibus.*
Cap. XI. *De Reſidentia Clericorum.*
Cap. XII. *De Indulgentiis.*
Cap. XIII. *De præcepto Confeſſionis annuæ.*
Cap. XIV. *De Confeſſario Monialium extraordinario.*



Digitized by Google

# CAPUT PRIMUM.

## DE HORIS CANONICIS.

### Agitur Paragraphis II.

§. I. *De Commemoratione Sanctorum facienda, quorum Officium ſit impeditum in propria die; nec infra Annum dies ſuperſit, in qua reponatur.*

§. II. *De Officiis, quæ adveniant conceſſa recenter.*

### §. I.

*De Commemoratione Sanctorum facienda, quorum Officium impeditum ſit in propria die; nec infra Annum dies ſuperſit, in qua reponatur.*

*Sancti, qui in fine Anni ſuperſunt, non ſunt transferendi ad Annum ſequentem: ſed quoties toto Anni decurſu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno, diebus eorum propriis conſiderandi ſunt tamquam ſimplices, faciendo illorum commemorationem, ut fit in ſimplicibus, cum nona lectione ad Matutinum compoſita ex omnibus eorum lectionibus propriis ſecundi Nocturni*. S. R. C. 26. Novemb. 1735. in Hiſpalen., & 8. Mart. 1738. in una Ordin. Minor. Cappuccin. apud Cavaler. *tom.* 1. *cap.* 6. *decr.* 3., & 5. *ac tom.* 5. *cap.* 14. *num.* 51. *decr.* 8.

Rurſus ex parte Cleri Eccleſ. Toletanæ quæſitum fuit: an ſtantibus Decretis de non addendo, mutando, vel detrahendo in Breviario Roman. nec non Decretis Officiorum noviter apponendorum in corpore, in quibus præcipitur his verbis: *Debeant: teneantur: agant*. In Officiis vero Provincialibus concluditur ſic: *Valeant: poſſint: recitare poſſe cenſuit: conceſſit: annuit: ec.* Si autem in aliqua Eccleſia, præſertim Regularium ſint tot feſta, quod non poſſint nonnulla ſemiduplicia translata adhuc recurrente anno reponi ſemel in biennio: in hoc ergo caſu quæſitum, inquam, fuit: *An licebit ommittere, quæ ſunt in Breviario, ut fiat de particularibus dicto modo conceſſis?* Et *S. R. C.* ad propoſitum dubium reſpondit: *Potius moderandas eſſe Octavas minus principales in aliquibus Ordinibus Regularibus; & quatenus ſuperſint aliqua Officia adhuc celebranda, ea non eſſe transferenda in annum ſequentem, ſed perſolvenda pro ut diſponitur in Decreto in Hiſpalen. edito ſub die* 26. *Novemb.* 1735. Ita *S. R. C.* 15. Septemb. 1736. *in Toletana*, apud Cavaler. *cit. tom.* 1. *cap.* 6. *decr.* 4., & ibi *num.* 33.

Et licet eadem *S. R. C.* 7. *Decemb.* 1680. *in una Canon. Regul. Lateran. ac* 27. *April.* 1697. *in Florentina* apud Caval. cit. *cap.* 6. *decr.* 1. declaraverit: quod *Officia Sanctorum, quæ de menſe Decembris aliquando ſuperſunt, transferi poſſunt, & fieri in prima die non impedita ſequentis anni*; nihilominus deinde declaravit: quod *poſterioribus hujus Sacræ Congregationis Decretis, quibus cautum eſt, ut Sancti, qui in fine anni ſuperſunt, non ſint ad ſequentem annum transferendi: abroga-*

tum

*tum fuit Decretum 7. Decemb. 1680. ideoque comprehenduntur ſub illis etiam Sancti, qui in menſe Decembri occurrentes tranſlati ſuperſunt. S. R. C. 7. Decembr. 1743. apud Caval. poſt finem tomi 4. in append. ad cap. 6. de Sanct. qui in fine anni ſuperſ. decr. 2.*

*Decreta, quæ ſtatuunt, non eſſe transferendos ad annum ſequentem Sanctos illos, qui in fine anni ſuperſunt: intelligenda ſunt non ſolum de ſemiduplicibus, ſed etiam de duplicibus; & locum habent, ſive ab accidentali, ſive a perpetuo occurrente impedimento eorum celebratio fuerit impedita. S. R. C. 16. Septembr. 1741. in una Ordin. Minor. Obſervant. Reform. apud Caval. tom. 2. part. 2. cap. 43. decr. 20.* & rurſus *poſt finem tomi 4. in append. cit. dec. 1.* Speciale Decretum conforme pro feſto S. Silveſtri Pp. editum, dedimus *31. Decembr. artic. 2. num. 6.*

2 Ut locus ſit Sanctis, qui alias ſupereſſent, declaravit in ſupra allegato Decreto Sacra Congregatio, moderari poſſe Octavas minus principales apud Regulares. Sermo eſt de Octavis, quæ ſint ex particulari privilegio, vel Apoſtolica conceſſione, & permiſſione, non item de celebrandis ex præcepto Rubricar. Breviarii *Caval. tom. 1. cap. 6. in decr. 4. num. 15., & 16.*

Item de minus principalibus, & ſimul minus ſolemnibus. *Caval. num. 18.* Idipſum valet de Sæcularibus, ſi apud eos ſimile detur privilegium Octavarum hujuſmodi; & ſimile impedimentum. *Caval. num. 16.* Hujuſcemodi tamen Octavæ non ſunt moderandæ, ſi dictum impedimentum non occurrat ſemper, aut ſaltem quaſi ſemper. *Caval. num. 20.* Moderari autem poſſunt, etiamſi impedimentum occurrat ſolum in particulari aliquo Monaſterio Regularium, aliave Eccleſia particulari. *Cavaler. num. 26.*

Facta Octavarum moderatione, ſi nihilominus aliqua Officia celebranda ſuperſint, non ſunt transferenda in annum ſequentem, ſed ritu ſimplici perſolvenda, juxta diſpoſitionem ſuperius allegati Decreti in Hiſpalenſi. *Caval. num. 32.*

Ut fiat locus prædictis Sanctis, poſſent omitti Officia conceſſa ad libitum. *Caval. num. 28.* Sed & probabile eſt, quod omitti debeant. *Caval. ibid. & tom. 2. cap. 32. in decret. 2. num. 11. & 12.* 3

Officia Romana redigi non poſſunt ad ritum ſimplicem, ad effectum parandi, ut ſupra, locum Sanctis particularibus; atque adeo in repoſitione Sanctorum, quicumque ii ſint, ſive de Romano, ſive de proprio Calendario, pregrediendum venit juxta Rubricar. mandata: ſecundum videlicet ordinem Calendarii, & dignitatis: eidemque conſulendum etiam cum Octavarum, ſi lubeat, moderatione; & ſi qui adhuc celebrandi ſuperſint, ritu ſunt ſimplici peragendi. *Caval. in ſupra cit. decr. 4. num. 30.*

Multo minus licet omittere, quæ de Breviario Romano ſunt, ut fiat de prædictis particularibus, ſi non ſint ex præcepto. *Caval. num. 29.* Si autem hæc ſint ex præcepto, dicit *Caval. num. 31. fine*, jam de his eſſe rationem eamdem, quæ de Romanis eſt; ſi vero remaneant adhuc poſt acceptationem in recitantium arbitrio, in horum quoque libito ſitam fore eorumdem omiſſionem, cauſa faciendi locum Romanis Officiis.

An-

Digitized by Google

4 Annus in re præſenti intelligitur vulgaris, & civilis: hoc eſt, decurſus dierum a die prima Januarii uſque ad ultimam Decembris, ut declaravit *S.R.C.* 30. *Auguſt.* 1755. *in Angelopolit. apud Caval. tom.* 5. *cap.* 14. *num.* 51. *decr.* 9., *&* *in Collect. recentior. decretor.*, *&* *in opere Merati in* 2. *Append. decretor. Breviar. n.* 534. Aque adeo adveniente die ultima Decembris, Sanctor. Officia in diebus propriis impedita transferri nequeunt ad annum ſequentem, qui incipit a Januario; ſed in ipſis eorumdem diebus propriis facienda eſt de iiſdem commemoratio.

5 Decreta, quæ ſtatuunt, non eſſe transferendos ad annum ſequentem Sanctos illos, qui in fine anni ſupererunt, intelligenda ſunt non ſolum de ſemiduplicibus, verum etiam de duplicibus: ut conſtat ex Decreto anni 1741. ſuperius allegato; atque adeo de duplicibus minoribus id certum eſt, & videri etiam poteſt Caval. *cit. cap.* 6. *in decr.* 5. *num.* 8. ac ſpeciale Decretum pro feſto duplici minori S. Silveſti Pp. dedimus. 31. Decemb. num. 6. ut etiam ſupra innuimus. An item de duplicibus majoribus? Affirmat Caval. *loc. cit. n.* 7. niſi forſitan, inquit, ubi hujuſmodi feſta ſpecialem ſibi vindicent ſolemnitatem, aut populorum devotionem: cujuſmodi ſunt Patroni minus principales, aliique ſimiles. An inſuper de duplicibus 1., *&* 2. *cl.*? Hæc in allegatis Decretis comprehendi negat *num.* 4. *&* *duob. ſeq.* qui videri poteſt; & rurſus *tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 43. *in decr.* 20. *&* *iterum poſt finem tomi* 4. *in append. ad cap.* 6. *de Sanctis, qui in fine anni ſuperſ. in decr.* 1.

6 Eadem Decreta declarantia: non eſſe transferenda ad annum ſequentem feſta, quæ in anni fine ſuperſunt impedita in die eorumdem propria: procedunt de feſtis ſive per accidens, ſive perpetuo impeditis: ut nos monet Decretum anni 1741. 16. Septemb. ſuperius recitatum; & licet Caval. aliter fuerit opinatus *tom.* 1. *cap.* 6. *comment. in decr.* 3. *num.* 30. & confirmaverit *tom.* 2. *cap.* 43. *comment. in decr.* 20. deinde tamen ſe correxit *tom.* 4. *in append. cit. in cit. decr.* 1.

Sanctorum Officia in diebus propriis impedita, ſi impedimentum ſit *per accidens*, & locum non habeant in diebus *ſubſequentibus* uſque ad finem anni, explenda ſunt per ſolam commemorationem in diebus eorumdem propriis: hoc eſt, in die Natali eorum, vel qua in Calendario reponantur; & non poſſunt transferri in aliam diem ex *præcedentibus*. Si feſtum *e. g.* S. Clementis Pp., & M. quod in Calend. Rom. occurrit die 23. Novemb. ſit impeditum *per accidens*, ſeu per accidens excluſum *e. g.* a Dominica occurrenti: (dum eſt ſemiduplex): & non ſit locus illius translationi in diebus *ſubſequentibus* uſque ad finem Decembris; non eſt anticipandum, ſed conſiderari debet tamquam ſimplex in ſua prædicta die 23. Novemb. *Vid. Caval. tom.* 1. *cap.* 6. *in dec.* 5. *a num.* 9. *ad* 16.

Officia vero, quæ ſint in propria die impedita *perpetuo*: ad hoc ut deprimi poſſint ad ſimplicem commemorationem, neceſſe fore putamus, quod iiſdem nec locus adſit in diebus etiam *præcedentibus* infra annum; ita ut nec ulla inveniatur dies non impedita *præcedens*, in qua valeant ſtabiliter collocari. Si *e. g.* feſtum 7

S. Pe-

Digitized by Google

S. Petri Chryſologi ſit *perpetuo* impeditum in propria die, ſeu in die ſibi aſſignata in Brev. Rom. (ut accidit ubi ea die recitatur de particulari Officio S. Barbaræ: *Vid. dicta* 4. *Decemb. num.* 2.) nec in diebus *ſubſequentibus* infra annum inveniatur locus translationi: non poteſt quidem transferri ad annum ſequentem de eo recitando prima die anni ſequentis, quæ fuerit non impedita, uno anno die una, alio anno altera, pro ut occurrerit. Attamen rite poterit ei in dicto caſu aliqua dies fixa, ac ſtabilis in diebus *præcedentibus* deſignari. Quod proprie non eſt, Officium transferre ad annum ſequentem; ſed transferre illud ad aliam diem fixam, ac ſtabilem infra annum eundem; quod jure fieri poteſt etiam in diebus *præcedentibus* diem natalem talis Sancti, diem aſſignatam eidem in Cal. Rom. (Porro, ut ſtatim notabimus, Sanctorum Officia celebrari communiter ſolent in die natali eorumdem, ſeu tranſitus ad cœleſtem gloriam; non raro tamen dies alia eſt deſignata, ut quidem accidit in laudato S. Petro Chryſologo); jure, inquam, fieri poteſt in diebus etiam *præcedentibus* diem propriam, cum non adſit locus in diebus *ſubſequentibus*.

Hoc autem probatur ex eo, quia ex una parte, juxta Decretum S.R.C. 22. *April. anni* 1741. quod inferius dabimus §. 2. *n.* 19. aſſignatio alterius diei Officio duplici, vel ſemiduplici in perpetuum impedito fieri poteſt; inconſulta etiam Sacra Rituum Congregatione. Ex alia parte, Sanctis *perpetuo* impeditis in propria die, ſeu die natali eorumdem, aſſignare aliam diem etiam *antecedentem*, aliqua juſta de cauſa, non eſt omnino contrarium ipſimet Breviario Romano, in quo quidem non deſunt exempla anticipationis hujuſmodi. Cavalerius *to.* 1. *c.* 9. *comment. in decr.* 13. *num.* 33. meminit Sancti Joannis Chryſoſtomi, qui licet ad cœleſtem gloriam tranſierit die decima quarta Septembris, atque adeo, juxta communiorem Eccleſiæ morem, illa die eſſet propria ipſius in ordine ad celebrationem Officii: nihilominus, quia præfata dies 14. eſt impedita Officio Exaltationis S. Crucis, ideo deſignavit Sancto Chryſoſtomo aliam diem: deſignavit autem diem 27. Januarii, atque adeo affixit diei *ante* diem propriam, & quidem longe ante, & procul ab ea: eo quod præfata dies 27. poſita neceſſitate prædicta translationis, fuerit congruentior: in illa enim contigit Corporis laudati Sancti translatio. Rurſus idem Caval. meminit Sancti Staniſlai Epiſcopi, & M. qui e die ipſius natalitia 8. Maji in præcedentem 7. mutatus eſt ob feſtum Apparitionis S. Michaelis Archangeli. Item Sancti Dominici, qui primum e die 6. Auguſti, qua ille obiit, ob feſtum Transfigurationis Domini, per *anticipationem* conſignatus fuit diei quintæ, & poſtea diei quartæ, ob feſtum Dedicationis Sanctæ Mariæ ad Nives. Hæc, & alia ſimilia in Officiis recentibus Sancti Vincentii a Paulo, Sancti Joannis Cantii, Sanctæ Joannæ Franciſcæ Fremiot &c. *anticipatæ* deſignationis feſtorum exempla in ipſo Romano inſpicimus Calendario. Hinc ſequitur ex tertia parte, quod Sancti prædicti in caſu præfato, jure non recto in perpetuum privarentur cultu ſibi cæteroqui collato integræ celebrationis Officii, ac nonniſi ſolius commemorationis dignarentur hono-

nore, & a ritu ſemiduplici, vel etiam duplici ad ſimplicem in perpetuum deprimerentur.

Nec obſtat, quod Rubrica Breviarii diſponat, translationem feſtorum impeditorum faciendam in prima die non impedita: atque adeo ſignificet, feſta impedita in propria die celebranda eſſe poſt, non ante diem propria: hoc, inquam, non obſtat: loquitur enim de translatione proprie tali, ſeu de feſtis *per accidens* transferendis, non item de mutandis, ſeu in alia die *ſtabiliter*, & *perpetuo* collocandis: ut docet Cavalerius eodem *cit.* c. 9. in decr. 12. n. 12. Et licet fateamur cum eodem, etiam mutationem feſtorum fieri congruum eſſe juxta prædictam Rubricam translationis, quando mutationis præfatæ ſit locus poſt diem propriam; ubi vero locus hujuſmodi deſit, videtur, tunc ſaltem ſequi poſſe tamquam alteram Rubricam, ipſius Breviarii Romani exempla ſupra laudata celebrandi ſtabiliter feſta Sanctorum *ante* diem propriam ſtabiliter impeditam: *nam licet anticipatio illa repugnare videatur translationi, non tamen mutationi:* ait Guyetus, non improbans anticipationis hujuſmodi exempla particularium Eccleſiarum.

Porro nec deſunt particularium Eccleſiarum exempla, deſignandi feſtis perpetuo impeditis aliam diem *antecedentem*; nec, ut dicebam, improbat Guyetus, qui, ut refert Caval. *cit. c.* 9. *in d.* 13. *n.* 35. hæc habet *lib.* 2. *c.* 13. *qu.* 8. *Alicubi mutatio fit per anticipationem in diem præcedent., uti Turonis anticipatur feſtum SS. Juliani, & Hermetis mart. e die S. Auguſtini, qui eſt dies 28. Auguſti in 27. Maclovii feſtum S. Briocie die 1. Maji SS. Philippo, & Jacobo Apoſtolis ſacro in præcedentem ultimam Aprilis;* quod *non improbaverim in ſimilibus caſibus, maxime cum plures ſunt dies ſequentes impediti, & præcedens vacuus eſt; nam licet anticipatio illa repugnare videatur translationi, non tamen mutationi.* Hæc Guyetus. Quænam vero dies fixa ſit deſignanda Sanctis a propria die perpetuo translatis? indicabimus infra §. 2. n. 19. Interim procedamus ad alia, quæ pertinent ad Sanctos impeditos in propria die, quatenus de illis in ea ſit facienda commemoratio.

Prædicti igitur Sancti *diebus eorum* 8
*propriis conſiderandi ſunt tamquam ſimplices:* ut dicitur in Decreto allegato priori loco. Quod intelligendum eſt, in quantum de iis facienda eſt commemoratio in Officio occurrenti, quemadmodum de Simplicibus fieri conſuevit; attamen Simplicium legibus non omnibus ſaltem ſubjiciuntur; licet enim feſtorum *per ſe* Simplicium commemoratio plane excludatur a feſtis 1. claſſis: minime vero excluditur horum feſtorum ſimplicium *per accidens*: uti ea recte nuncupat Caval. *to.* 1. *c.* 6. *in d.* 5. *n.* 25. Quod certum eſt, ſaltem ſi per ſe habeant ritum duplicem majorem, aut minorem: uti colligitur ex quodam Decreto *S.R.C.* in quo declaratum fuit, quod *occurrente feſto Dedicationis propriæ Eccleſiæ* (quod utique eſt 1. cl.) *in die S. Silveſtri*, (Papæ 31. Dec.) *Officium S. Silveſtri non eſt transferendum ad annum ſequentem, ſed celebrandum in ipſomet die Dedicationis cum commemoratione ejuſdem S. Silveſtri.* quemadmodum notavimus 31. *Decemb. n.* 6. Quapropter Cavalerius, qui aliter docuerat *to.* 1. *l. cit. n.* 21. deinde ſe correxit *in Appendice ad c.* 6. *de Sanctis*, *qui in fine anni ſuperſunt*, *poſt*

Digitized by Google

*poſt finem tomi* 4. *comment. in decr.* 3. An autem ſimiliter locum habeat in duplici primæ claſſis horum feſtorum commemoratio, ſi per ſe habeant ritum ſemiduplicem? Cavalerius in cit. decr. 3. inclinat ad negandum. Nec, etiamſi habeant ritum duplicem, eſt proculdubio de hujuſmodi feſtis per accidens ſimplicibus facienda commemoratio, ſi incidant in dies maxime ſolemnes, & ſpecialiſſime privilegiatos Paſchæ Reſurrectionis, & Pentecoſtes, vel ultimi tridui majoris hebdomadæ: ſed eo anno plane omittenda: uti ſignificat etiam Cavalerius in *cit. d.* 5. *n.* 47. ubi docet: ſi aliquod ex dictis feſtis per accidens ſimplicibus occurrat in feria V. Cœnæ, tunc in Veſperis feriæ quartæ præcedentis nequidem commemorationem faciendam eſſe de eo, quia poſtridie, nempe in feria V. nec habet commemorationem in Laudibus.

Quod ſi aliquod ex Officiis per accidens ſimplicibus occurrat in feria IV. Cinerum, tunc, quia tale feſtum in dicta feria non habet Officium, ſed tantum commemorationem, ideo etiam pridie in Veſperis habebit tantum commemorationem: ut animadvertit Cavalerius loc. cit. Unde ſi nullum feſtum novem lectionum præceſſerit, Veſperæ erunt de feria occurrenti cum commemoratione dicti Sancti per accidens ſimplicis: quemadmodum fit de Sanctis per ſe ſimplicibus in ſimili caſu: eo quod non conveniat habere Veſperas feſtum illud, quod privatur Officio. Eadem de cauſa commemoratio ſola de iiſdem per accidens ſimplicibus fiet in Veſperis dictæ feriæ IV., ſi nullum feſtum novem lectionum ſubſequatur. *Caval. loc. cit.*

9 Porro de præfatis feſtis per accidens ſimplicibus facienda eſt commemoratio, *ut fit in ſemiduplicibus*: quemadmodum ſubditur in eodem ſuperius allegato Decreto. Per quod ſignificare, faciendam eſſe de iis commemorationem non ſolum in 1. Veſp. & Laudib. ut fit in ſimplicibus per ſe: verum etiam in 2. Veſp. *ut fit in ſemiduplicibus*: interpretatur Cavalerius *comment. in cit. d.* 5. *n.* 19. Ita quidem, ſed ſervandæ ſunt Rubricæ de concurrentia, ut ipſe Caval. ſignificat: non enim huiuſmodi feſta ad ritum ſimplicem depreſſa, & ſola commemoratione celebrata, ampliori jure donata credenda ſunt, quam potirentur, ſi integrum haberent Officium ſemiduplex, reſpective, vel duplex. Quapropter ſi aliquod hujuſmodi feſtum ſemiduplex concurrat cum duplici ſecundæ claſſis, commemoratio non fiet de eo in 1. Veſp. feſti ſequentis: quia duplex ſecundæ claſſis non admittit in 1. Veſp. commemorationem ſemiduplicis præcedentis. Similiter ſi aliquod hujuſmodi feſtum, habens per ſe ritum duplicem minorem, aut majorem, concurrat cum duplici primæ claſſis, non fiet de eo commemoratio in 1. Veſp. ſequentis duplicis primæ cl. quia hoc reſpuit in primis ſuis Veſperis commemorationem præcedentis duplicis minoris, aut majoris.

Si occurrant in feſto ſecundæ claſſis, faciendam eſſe de his Sanctis commemorationem etiam in ſecundis Veſperis, licet habeant per ſe ritum ſemiduplicem: affirmat Cavalerius *l. cit. n.* 25. Niſi ſubſequatur aliud feſtum iterum duplex ſecundæ claſſis: quia & illud habet privilegium excludendi in primis Veſperis commemorationem præcedentis ſemiduplicis quemadmodum & ſequentis ſimplicis occur-

occurrentis in eo. Vid. Caval. *l. cit.* *nu.* 29. & dicta 14. *Jan. n.* 8. *fine*.

Significat Caval. *l. cit. n.* 21. *fine* de præfatis Sanctis occurrentibus in duplici ſecundæ claſſis non eſſe faciendam commemorationem in primis Veſperis, etiamſi habeant ritum duplicem minorem: quia, cum conſiderandi ſint tamquam ſimplices, juxta Decretum: duplex ſecundæ claſſis reſpuit in primis Veſperis commemorationem feſti ſimplicis occurrentis in eo. Sed nos judicamus, in primis Veſperis duplicis ſecundæ claſſis faciendam eſſe commemorationem de præfatis Sanctis *per accidens* ſimplicibus, ſi *per ſe* habeant ritum duplicem minorem: quia duplex ſecundæ claſſis admittit in primis Veſperis commemorationem duplicis minoris occurrentis in eo, puta commemorationem diei Octavæ. Præfati autem Sancti, cum ſolum *per accidens* depreſſi ſint ad ſimplicem commemorationem, ſed *per ſe* habeant ritum duplicem, non eſt cur arceantur a primis Veſperis duplicis ſecundæ claſſis: cum rectum non ſit, eoſdem ulterius deprimi, quam exigat neceſſitas feſti occurrentis: nec juſtum, eoſdem ſpoliari juribus illis, quibus alteri non officiunt; ideoque licet feſtum primæ claſſis omnino reſpuat ſimplicium *per ſe* commemorationem: nihilominus, ut ſupra vidimus, horum feſtorum *per accidens* ſimplicium commemoratio locum habet in feſto etiam primæ claſſis: ſaltem ſi *per ſe* ritum habeant duplicem minorem. Similiter ergo aſſerimus, de iiſdem faciendam eſſe commemorationem in primis Veſperis duplicis ſecundæ claſſis, in quo occurrat; quia duplex 2. claſſis non reſpuit in primis Veſperis commemorationem duplicis minoris occurrentis in eo.

Nec quidquam obeſt, quod hi Sancti *tamquam ſimplices conſiderandi* dicantur in Decreto: cum id nec impediat commemorationem eorumdem in duplici etiam primæ claſſis. Porro, ut ſuperius dicebamus, hujuſmodi Sancti ſimplices *per accidens* non omnibus ſaltem ſimplicium *per ſe* legibus ſubjiciuntur; in quonam autem ſenſu *tamquam ſimplices conſiderandi* dicantur: ſuperius etiam explicavimus. Sed & Cavalerius ſe correxiſſe videtur in appendice ad *cap.* 6. *de Sanctis, qui in fine anni ſuperſunt poſt finem tomi* 4. *commentar. in decr.* 3. dum hic ait: ſibi jam arridere magis, dicere: *quod eorumdem Sanctorum commemoratio, relatione habita ad eorum ritum duplicem, vel ſemiduplicem, fieri debeat inſtar diei octavæ reſpective, vel diei infra octavam, quoties per feſtum altioris ritus, vel Dominicam privilegiatam quo ad Officium impediuntur, & per ſolam commemorationem ſuppleri debeant ... Prædie autem infra Octavam, quæ in occurſu in feſtum duplex 2. cl. commemorationem deperdit, prædictum feſtum licet dumtaxat ſemiduplex, commemorationem aſſequitur, quam jam obtinet feſtum ſimplex; licet poſtea hoc tantummodo in Laudibus, & Miſſis privatis, ubi illam tribuendam eſſe, credimus, etiam in utriſque Veſperis, & Miſſis omnibus*. Hæc Caval. Ergo jam admittit commemorationem horum feſtorum per accidens ſimplicium in 1. Veſp. duplicis 2. cl. in quo occurrunt, ſi habeant per ſe ritum duplicem; immo & concedit, etiamſi habeant ritum ſemiduplicem.

De præfatis Sanctis facienda eſt commemoratio, ſi habeant ritum duplicem, & concurrant cum duplici ſecundæ claſſis, quia hoc admittit in pri-

primis Veſperis commemorationem præcedentis duplicis minoris. Excipe privilegium ſingulare feſti Circumciſionis Domini, uti notavimus in feſto S. *Silveſtri* 31. Decembr. n. *6. in fine*.

10. Si commemoratio feſti per accidens ſimplicis occurrat in feſto qualitatis ejuſdem, e. g. ſi utrumque feſtum ſit Confeſſoris non Pontificis; tunc in 1. Veſp. dicatur Antiphona cum verſu ſecundarum Veſperarum; deinde in Laudibus Antiphona cum verſu primarum Veſperarum; denique in 2. Veſp. Antiphona de Laudibus cum verſu primarum Veſperarum. Vid. Caval. *to.* 2. *c.* 3. *in decr.* 9. *n.* 19. Si vero Antiphonæ, verſuſque prædicti impediantur ab aliis, quid faciendum? vide 14. *Januarii art.* 1. *a n.* 26.

11. Etſi prædicti Sancti in caſu, de quo agitur, tamquam ſimplices conſiderandi ſint: præferentiam tamen ſuper alios quoſcumque *per ſe* ſimplices, occurrentes debent habere: horum enim Officium quamvis *per accidens* tamquam ſimplex celebretur, revera tamen ſimplex non eſt, & ſuper Officium *per ſe* ſimplex habet commemorationem in ſecundis Veſperis, in quibus Officium mere, & *per ſe* ſimplex eam non habet. Memoratorum itaque Sanctorum commemoratio fieri debebit ante quamcumque aliam Sanctorum mere ſimplicium; hinc ſi e. g. S. Clemens P. & M. qui ritu ſemiduplici die 23. Novembris una cum Sancta Felicitate ſimplici occurrit, impediretur, nec infra annum locum haberet, ac per conſequens, dicta die 23. ritu foret ſimplici celebrandus: ejuſdem commemoratio fieret ante eam Sanctæ Felicitatis, tam in 1. Veſperis, quam in Laudibus, in quibus occurrit: immo & in 2. Veſperis commemoratio ejuſdem præferenda eſſet commemorationi Sancti Chryſogoni, cum quo concurrit; ita Caval. *tom.* 1. *c.* 6. *in d.* 5. *n.* 30.

Si quæras: quiſnam ordo in commemorationibus ſervandus ſit, ſi duo hujuſmodi Officia in ſimplicia per accidens immutata ſibi invicem ſuccedant? Ut ſi die 12. Novembris occurrente feſto ſemiduplici S. Martini P. & M. & 13. ejuſdem menſis feſto itidem ſemiduplici S. Didaci Conf. utrumque ex his feſtis remaneat impeditum, ac neutrum infra annum habeat locum, atque adeo ritu ſimplici celebrandum: an die 12. in 2. Veſperis prius ponenda ſit commemoratio S. Martini, an vero ea Sancti Didaci? Ad hujuſmodi dubium reſpondet Cavalerius n. 32. (qui tamen ponit exemplum feſti S. Clementis P. & M. 23. Novembr. & Sancti Joannis a Cruce 24. ejuſdem; ſed hoc exemplum nunc non eſt ad rem: quia feſtum S. Joannis a Cruce elevatum eſt ad ritum dupl. Parum tamen refert: de materiali enim ſe habet exemplum, eoque a nobis variato, Cavalerii hæc doctrina perſiſtit:) prius faciendam eſſe commemorationem ſequentis ſcilicet S. Didaci, quam præcedentis, ſeu Sancti Martini P. de eo enim prius commemorationem faciendam eſſe ſuadet ratio, de quo Capitulum diceretur, ſi minime impediri contingeret. Sed ſi ea duo Officia minime impedirentur, Capitulum foret de ſequenti, nempe de S. Didaco; cui ſubjiceretur commemoratio præcedentis, nempe S. Martini P. Ergo &c.

Hæc autem procedunt, quoties Officia hujuſmodi impedita, ambo du-

plicia ſint, vel ſemiduplicia: quia ſi alterutrum duplex foret, tunc, cum de eo, ſi ut ſupra non impediretur, integræ forent Veſperæ in concurſu cum altero, quod ſolum ſupponitur ſemiduplex, profecto & prius deberet ejuſdem commemoratio fieri, ut animadvertit Caval. n. 33. Si itaque feſtum S. Ceciliæ, quod duplex eſt, & occurrit die 22. Novembris, redderetur ſimplex per accidens, & ſimplex per accidens redderetur pariter feſtum ſemiduplex S. Clementis occurrens die 23. ejuſdem menſis: in ſecundis Veſperis diei 22. prius facienda eſſet commemoratio S. Ceciliæ, quam S. Clementis. Eadem de cauſa id ipſum dicendum venire de duobus Officiis ſemiduplicibus, duplicibuſve ſimul occurrentibus, & ſimplicibus per accidens factis, quoties unum illorum in dignitate alterum ſuperaret, ratione cujus integræ tribuerentur Veſperæ, ſi nequaquam accideret impediri: docet Caval. l. cit. Verum quoad ſemiduplicia attinet, non habet locum hæc regula, eſt enim de falſo ſuppoſito. Profecto, ut ex eodem Cavalerio docuimus tr. 1. lib. 2. par. 2. in feria V. nu. 6. in ſemiduplicium concurrentia non attenditur feſtorum dignitas, nec locum habet Rubrica *de concur. nu.* 2. verſu: *Inter feſta*. Unde, ut loco cit. notavimus ex Declarat. S. C. R. Officium votivum ſemiduplex SS. Sacramenti, ſi concurrat in Veſperis cum alio Officio ſemiduplici, dividit Veſperas a Capitulo.

In ſimultanea vero occurrentia duorum feſtorum per accidens ſimplicium, illud prius commemorationem ſortiretur, de quo Officium fieret, ſi ambo non impedirentur; & feſtum illud, quod in tali occurſu eſſet transferendum, ſecundo loco commemorationem habebit; quod enim alteri feſto in caſu Officii locum cedit, utique & cedere debet in caſu ſolius commemorationis. *Caval. l. cit. n.* 34.

Exiſtimat Caval. *in append. ad c.* 6. *de Sanct. qui in fine anni ſuperſ. poſt finem tomi* 4. *comment. in decr.* 3. hujuſmodi Sanctorum per accidens ſimplicium commemorationem, relatione habita ad eorum ritum duplicem, fieri debere inſtar diei octavæ, reſpective, vel diei infra Octavam, quoties per feſtum altioris ritus, vel Dominicam privilegiatam quo ad Officium impediuntur, & per ſolam commemorationem ſuppleri debent: quo de ritu. Vide 14. Januar. art. 1. a n. 6. Hinc cum feſtum ſemiduplex prævaleat ad diem infra octavam, & feſtum duplex præferatur Dominicæ non privilegiatæ, haberentque Officium, aut Veſperas in tali occurſu, vel concurſu: idcirco feſtum ſemiduplex incidens infra Octavam, ſi impedietur, ſortietur commemorationem ante diem infra Octavam: & feſtum duplex ante dictam Dominicam: & ſic proportione habita ad caſus cæteros tam occurrentiæ, quam concurrentiæ. Præ die autem infra Octavam, quæ in occurſu in feſto duplici ſecundæ claſſis commemorationem deperdit, prædictum feſtum ſemiduplex commemorationem aſſequi, vidimus ſupra n. 9.

Deinde diſpoſitio illa de legenda 12
lectione nona de Sanctis, qui in fine anni ſuperſunt: hoc eſt, ad ſimplicem commemorationem rediguntur: intelligi debet, dummodo occurrant diebus, quibus ſecundum Rubricas Breviarii Rom. legi permittitur nona lectio de Sanctis ſimplicibus occurrentibus, ut animadvertit Caval. *to.* 1.

*c.* 6.

c. 6. in d. 5. n. 41. Excepta Rubrica de ſimplicibus in feſtis primæ claſſis, ut ſtatim dicemus. Quapropter ſi hujuſmodi commemoratio feſtorum per accidens ſimplicium habentium lectiones, ſeu lectionem propriam, occurrat in die, qua nona lectio legenda ſit de Dominica, vel Vigilia, aut feria majori habente Evangelium proprium, non legitur lectio nona de Sancto per accidens ſimplici. Similiter cum in Officio non dicitur *Te Deum*; ſed poſt ultimam lectionem dicitur Reſponſorium, omittitur lectio propria de Sanctis præfatis: quia Reſponſorium non convenit lectioni de Sancto, ſed bene lectioni de homilia: ut notavit Gavantus *in Rubr. Brev. ſect.* 3. *c.* 12. *n.* 33. Omittitur itaque in dicto caſo lectio de Sanctis *juxta Rubr. Brev. tit.* 9. *nu.* 10. Si tamen occurrant in feſto primæ claſſis, ſicut in eo locum habet commemoratio horum feſtorum *per accidens* ſimplicium, quamvis ex Rubrica non admittatur commemoratio ſimplicium *per ſe*: ita videtur, & locum habere nonam lectionem de hujuſmodi feſtis ſimplicibus *per accidens*; & ita cenſet Cavalerius *in append. ſupra cit. in cit. d.* 3. licet aliter docuerit *to.* 1. *c.* 6. *in decr.* 5. *n.* 42. ubi etiam docet, infra Octavam Corporis Chriſti, quando fit Officium de Octava, non eſſe legendam nonam lectionem de hujuſmodi ſimplicibus *per accidens*, quemadmodum nec legitur in eadem de ſimplicibus *per ſe*, etſi de his commemoratio fit. Sed illud eſt privilegium illius Octavæ, ex ea ratione, quam ex eodem Cavalerio aſſignavimus ibi n. 57. videlicet, *quia homiliæ, quæ per Octavam* (Corporis Chriſti) *leguntur, apte de tanto cunctæ profantur myſterio, quare conveniens haud erat, ejuſdem laudes, & præconia taceri, ut ſimplicis legeretur hiſtoria*. Nec eſſe legendam lectionem de hujuſmodi feſtis infra Octavas Paſchæ & Pentecoſtes habentes Officium proprium trium lectionum, docet etiam Caval. *in cit. d.* 5. *n.* 41.

Diſpoſitio eadem de legenda nona lectione de Sanctis per accidens ſimplicibus, intelligenda eſt, ſi quidem lectiones, ſeu lectionem propriam habeant in ſecundo nocturno. Quod ſi non habeant ullam propriam, ſed omnes de eorumdem reſpectivo Communi, ſolum de iis commemoratio fiet abſque lectione nona de iiſdem. Quapropter ſi e. g. feſtum S. Georgii M. eſſet ſimplex per accidens; de eo legenda minime foret lectio nona, quia nullam habet in 2. noct. propriam in Breviario Rom. ſed habet de Communi; ut animadvertit Caval. *in cit. d.* 5. *n.* 40. Porro etſi lectiones ſecundi nocturni in feſtis Sanctorum eſſe communiſſime ſoleant de actis propriis eorumdem, de quibus Officium celebratur; nihilominus ubi de actis hujuſmodi non admodum certa habeantur, iis relictis; de Communi leguntur lectiones ſecundi nocturni, vel aliunde ſumuntur ex aliquo, puta, tractatu, vel ſermone alicujus Sancti, & occurrenti feſto applicantur, ſeu accommodantur; ob quam utique rationem de S. Georgio M. lectiones propriæ non leguntur in Breviario Romano: vide Petrum Ribadeneir. in vita laudati Sancti 23. April. initio. Igitur de Sanctis per accidens ſimplicibus lectio nona legenda non erit, ſi propriam non habuerint, ſed habeant de Communi. Addit Cavalerius cit. *n.* 46. *aut ex tractatu, vel ſermone alicujus Sancti*: Sed hoc limitandum eſt: niſi ibi agatur vere, & per

Digitized by Google

per ſe de illo Sancto, ſeu feſto, de quo commemoratio fit: & non ſolum per accommodationem quamdam legantur lectiones illæ de tali Sancto, ſeu feſto. Unde ſi feſtum e. g. Sancti Joannis *ante Portam latinam* redderetur ſimplex per accidens; legendæ de eo forent pro nona lectione, lectiones ſecundi nocturni, quæ in illo feſto leguntur, quamvis ſint *ex libro S. Hieronymi contra Jovinianum*: quia vere, & per ſe in lectionibus illis ſermo eſt de S. Joanne Evangeliſta, & ejuſdem *paſſione ante Portam latinam*: atque adeo, ſunt propriiſſimæ de occurrenti feſto.

14. Si die, qua legi debet nona lectio de hujuſmodi Sanctis *per accidens* ſimplicibus, occurrat feſtum aliquod ſimplex *per ſe*, lectionem habens propriam: nona lectio de his eſt legenda, & tacenda illa Sanctorum *per ſe* ſimplicium; quia ſuper eos præſerentiam habent Sancti Simplices *per accidens*. Eadem de cauſa, ſi duo occurrant eadem die Officia hujuſmodi *per accidens* ſimplicia, nona lectio erit de eo, de quo alias fieret Officium, ſi minime impediretur, & de altero non fiet niſi ut ſupra commemoratio tantum. Si vero feſtum *per accidens* ſimplex, de quo alias fieret Officium, & prius facienda eſt commemoratio, propriam non haberet lectionem, debet hæc legi de altero ſimiliter *per accidens* ſimplici occurrenti, quoties iſtud illam haberet propriam: hujus tamen commemoratio nihilominus locum cederet alteri Officio *per accidens* ſimplici, juxta ſuperius dicta. Quod ſi neuter ex prædictis Sanctis *per accidens* ſimplicibus propriam aliquam haberet lectionem, & ſimul occurreret feſtum aliud *per ſe* ſimplex propriam habens lectionem, tunc legi deberet nona lectio de hoc Sancto *per ſe* ſimplici; cujus tamen commemoratio locum noviſſimum retineret. Illius autem ratio eſt, quia quilibet ex dictis Sanctis jus habet ad ſuam lectionem, unde ſi a digniori non impediatur per ſuam propriam lectionem, ſortiri debet effectum. *Caval. num.* 44.

Nona lectio de Sanctis iiſdem componi debet ex omnibus lectionibus eorumdem propriis ſecundi nocturni ad modum unius, ſeu legendo eas pro una; & quidem ſi tres habeant proprias, ut communiter habent, tres legendæ ſunt ad modum unius; ſi vero duas proprias, & tertiam de communi, duæ propriæ tantum legendæ ſunt; ſimiliter ſi unicam habeant propriam: quemadmodum fieri ſolet in ſimplicibus *per ſe*; & ſic ſi Sanctus Timotheus reddatur ſimplex *per accidens*: quia duas lectiones habet tantum proprias, illæ ſolum duæ ſunt legendæ ad modum unius pro nona lectione. Si autem S. Alexius reddatur ſimplex *per accidens*: quia unicam lectionem habet propriam (in Breviario Romano pro Eccleſia univerſali): illa tantum legenda eſt pro nona lectione in Officio, in quo de eo commemoratio fiat. *Caval. num.* 39. & 40. 157

Nota hic: ex Caval. *tom.* 5. *cap.* 12. *nu.* 59. (alias per errorem num. 60.) non eſſe recitandum Symbolum in Miſſa, eo quod in ea fiat commemoratio feſti alicujus Sancti habentis *Credo*, ſeu Symbolum, puta S. Ambroſii ad ſimplicem commemorationem redacti; & in ſimili caſu negat idem *cap.* 14. *num.* 51. recitandam eſſe in Miſſa Præfationem propriam feſti, ſi eam habeat, ad 158

ſim-

Digitized by Google

ſimplicem commemorationem redacti; *e.g.* ſi feſtum Expectationis partus B. V. redigeretur ad ſimplicem commemorationem, non eſſet in Miſſa recitanda Præfatio de B. V. ratione prædictæ commemorationis: ſed Præfatio, quæ dici deberet, ſi commemoratio hujuſmodi nequaquam occurreret.

17 Denique ad ſimilitudinem Tabellarum, quæ in capite Breviarii Rom. conſpiciuntur de Occurſu, & Concurſu feſtorum, dat Cavalerius *tom.* 1. *cap.* 6. *comment. in decret.* 5. *num.* 48. quaſdam Tabellas de Occurſu, & Concurſu feſtorum *per accidens* ſimplicium: quæ tamen corrigendæ ſunt, & emendandæ juxta doctrinas, & regulas hactenus traditas.

## §. II.

### *De Officiis, quæ adveniant conceſſa recenter.*

18 *ADveniente notitia alicujus Officii recitandi a* S. R. C. *recenter conceſſi, ſi talis notitia ita opportune perveniat, ut prædicti Officii recitatio evenire poſſit tempore congruo, ſcilicet vel die a Sacra eadem Congregatione pro tali recitatione præſcripto, vel diebus poſt illum vacantibus, quibus juxta Rubricarum regulas hujuſmodi Officium recitari poſſit, recitetur quidem; ſi autem talis notitia non ita opportune pervenerit, ut prædictis diebus impleri potuerit Officii recitatio, pro præſenti anno omittatur. S. R. C.* 11. *Julii* 1739. *apud Caval. tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 43. *decr.* 18. quod inſeruit comment. *in decr.* 15. *num.* 4. ubi ait: ſe tamen non credere, quod etiamſi notitia opportune perveniat, eo anno ita rigoroſo præcepto conſtituatur Officium, ut ſi particularia Calendaria ad adventum ejuſdem notitiæ jam ſint evulgata, hæc ſequi quilibet non valeat eodem omiſſo Officio: ne quandoque mutationes plurimas in Officiis translatis, quæ recitanda ſuperſunt, ſine duce cogatur facere, præſertim, ſubdit, quia de Clero adſunt plurimi, qui non probe ſciunt Rubricarum leges.

Qu. Si dies, in qua novum Officium præcipitur, ſeu conceditur recitandum, inveniatur alicubi occupata aliquo Officio, perpetuoque impedita, quid faciendum?

℟. Alterutrum eſt tranſferendum, & alteri diei ſtabiliter aſſignandum, juxta regulas vero traditas a Caval. *tom.* 1. *cap.* 9. *de perpet. feſtor. immutat. commentar. in decr.* 13. *& tom.* 2. *cap.* 26. *de occur. ſeu translat. feſtor.* quæ videndæ ſunt; ſed videantur etiam Decreta, quæ idem exponit *in append. ad cit. cap. de immut. feſtor. poſt finem tom.* 4. Interim nota hic, quod *aſſignatio alterius diei Officio* (duplici, vel ſemiduplici) *perpetuo impedito fieri poteſt Sac. Congregatione inconſulta; abrogando alia Decreta contra hoc emanata* 28. *Novembr.* 1681., *&* 22. *Aug.* 1722. *Sed confirmentur illa* 18. *Octob.* 1699. *&* 2. *Julii* 1712. *&* 20. *Nov.* 1717. *huic Dec. concordantia, S.R.C.* 22. *Apr.* 1741. *in Vilnen. apud Caval. in cit. append.* d. 1. Vide etiam aliud Decretum pro Sanctis *ad libitum* emanatum anno 1746. allegatum 19. Januar. art. 1. n. 5. Confer item quæ notavimus 10. Maji nu. 2. & die 4. *Decembr. art.* 1. *n.* 2. videri rurſus poteſt *Caval. to.* 1. *c.* 9. *in d.* 7. *&* 10. *ac duob. ſequentib.*

Talis aſſignatio facienda eſt ab Epi-

ſcopo

ſcopo in Calendario Diœceſis, & a Prælatis Ordinum in Calendariis Religionum: vide tamen dicta in Novemb. *par.* 1. *num.* 7. Docet Caval. *to.* 1. *c.* 9. *comment. in decr.* 11. *num.* 3. præfatam aſſignationem faciendam eſſe a proprio reſpectivo Prælato, ſeu Superiore, videlicet ab Epiſcopo in Calendario Diœceſis, ut jam dicebamus, a Prælatis Ordinum in Calendariis Religionum, a Superiore Monaſterii, vel Collegiatæ, aut Parocho, ſeu quocumque alio Eccleſiaſtico, qui alicui præeſt Eccleſiæ, ſi inibi perpetuus ille accidat occurſus. Sed quo ad Eccleſias ſubjectas Epiſcopo ſervandum eſt Decretum ſequens: cum enim a S. R. C. quæſitum fuerit: *utrum Eccleſia particularis, quæ non poteſt facere de feſto in die aſſignata tamquam propria pro tota Diœceſi, poſſit, & debeat huic feſto aliam diem eligere tamquam propriam? Reſponſum fuit affirmative, cum approbatione tamen Epiſcopi loci Ordinarii circa electionem diei. S. R. C.* 22. *Aug.* 1744. *in Cracovienſi apud Caval. poſt finem tomi* 4. *in append. ad c.* 9. *de perpet. feſtor. immut. decr.* 20. Illa vero cenſetur a præfatis Superioribus aſſignatio facta diei, etiam quando fit ab iis, qui ex eorumdem mandato Calendarium pro Cleri directione componunt: ita *Caval. to.* 1. *c.* 9. *in decr.* 11. *n.* 3. Semel attamen facta deſignatione, non debet amplius immutari, niſi forte ſimile iterum occurrat impedimentum: vid. Caval. *in cit. d.* 11. *& in d.* 13. Quænam autem dies debeat deſignari in hujuſmodi caſu? vid. Caval. *to* 1. *cit. c.* 9. *in d.* 12. *&* 13.

Si concedatur Officium annexum alicui Dominicæ; ſi ſit ex præcepto, poteſt transferri, ubi illa Dominica ſit impedita; eſt autem transferendum in aliam diem, quæ non ſit Dominica fixa; vid. dicta 23. Januar. art. 1. num. 2. Non poſſunt tamen transferri Officia illa certis affixa diebus, nimirum aliquibus Dominicis, vel feriis, quæ ſint conceſſa in terminis facultativis pro locis, & Eccleſiis particularibus ad eorum inſtantiam: vide dicta *in Novembr. par.* 1. *n.* 8.

*Quando feſta ſimplicia ſunt perpetuo impedita: ita ut de illis ne quidem commemoratio perpetuo fieri poſſit, non poteſt Ordinarius loci aſſignare certam diem aliam illis feſtis impeditis. S. R. C.* 7. *Maji* 1746. *in Verſavien. apud Caval. in append. ad cap.* 9. *de perpet. immut. feſtor. ad calcem tomi* 4. *d.* 21. 21

Quibus ſit conceſſa facultas recitandi aliquod Officium particulare, ſi idem fiat univerſale, debent illud impoſterum recitare eadem die, qua in univerſali recitatur Eccleſia; & illud ipſum, quod in univerſali recitatur Eccleſia: dimiſſo particulari proprio, ſi forte conceſſum fuerat; & ſic S. R. C. 28. Novemb. 1722. declaravit: Feſtum SS. Nominis Jeſu recitari non amplius licere die 14. *Januarii* ab iis, qui de eo, præcedenter ad dicti feſti conceſſionem univerſalem, particulari gaudebant Indulto: ſed omnes teneri, ad illud celebrandum in Dominica ſecunda poſt Epiphaniam, in qua pro univerſali demandatur Eccleſia (vide Meratum *in Rubr. Brev. ſect.* 6. *c.* 8. *n.* 1. ubi tamen addit, traditque: poſt allegatum Decretum nihilominus Fratres Obſervantes, eorumque Miniſtro Generali ſubjectos, per Reſcriptum obtinuiſſe facultatem a Benedicto XIII. celebrandi dictum feſtum die 14. Januarii.) Simile eſt Decretum edi- 22

tum

tum 1736. pro Officio B. Mariæ de Monte Carmelo; necnon illud 17. Junii 1684. pro feſto SS. Nominis ejuſdem B. Mariæ, in quibus declaratum fuit: non eſſe amplius licitum Privilegiatis perſeverare in celebratione dictorum feſtorum in priſco uſu quo ad diem; ſed debere cum Eccleſia univerſali, poſtquam ad hanc extenſa illa fuere, ſeſe prorſus conformare; & ceſſare debere in hujuſmodi locis privilegiatis Officium particulare proprium, quod fuerat conceſſum. Accedit uſus particularium ipſarum Eccleſiarum, ac Religionum, quæ non amplius celebrant Feſtum SS. Nominis Jeſu, (quo ad Fratres vero Minores Obſervantes, recole modo ſupra dicta:) ac B. Mariæ, juxta Indulta priora; ſed in diebus, & cum Officio univerſalis Eccleſiæ. Status itidem quamplurimi, qui cum ad Monarchiam pertinerent Hyſpanicam, Feſtum S. Mariæ de Mercede celebrabant olim in Dominica proximiori Calendis Auguſti: (ita Caval. *to.* 2. *c.* 25. *comment. in decr.* 7. *n.* 3. etſi *Cal. Octobris*: ſcripſerit *to.* 1. *c.* 12. *comment. in decr.* 1. *n.* 5.) & Status Venetus Officium S. Gertrudis die 18. Novembris; ſed vix reddita fuere univerſalia hæc Officia, quod cum univerſali Eccleſia, & quo ad qualitatem Officii, & quo ad diem ſeſe illico conformarunt. Quæ notat Caval. *to.* 1. *c.* 4. *in decr.* 1. *n.* 18. *& c.* 12. *in d.* 1. *&* 2.

Utile eſt hic animadvertere: Indulgentias feſti particularis ceſſare, ſi fiat univerſale, & deſignetur alia dies, in qua ſit univerſaliter celebrandum: ut colligitur ex Dec. S. C. R. 17. Junii 1684. nam cum pluribus in locis celebraretur die 17. Septembris Feſtum SS. Nominis B. Mariæ cum Indulgentiis: poſtquam prædictum feſtum redditum fuit univerſale, & univerſaliter celebrandum in Dominica infra Octavam Nativitatis ejuſdem B. V. declaratum fuit: *Indulgentias pariter ceſſare pro illa die* (17. Septemb.) *& pro translatione ſupplicandum eſſe Sanctiſſimo*. Vid. Caval. to. 1. c. 12. comment. in decr. 1. n. 7. & to. 2. c. 13. in decr. 18. n. 13. Qui tamen n. 14. rite docet: Indulgentias Feſti univerſalis pro ea die, in qua univerſaliter celebratur, non ceſſare in illis locis, in quibus Officium perpetuo transferatur vi ſupradictorum generalium Decretorum, propter impedimentum occurrens; ſed lucrari tantum poſſe in illa ipſa die, in qua Feſtum pro univerſali demandatur Eccleſia. 23

# CAPUT II.

## DE CELEBRATIONE MISSARUM.

1 IN libro primo Tractatus primi, ubi egimus de notandis quotidie in genere, cap. 1. notavimus plura quo ad celebrationem Miſſarum quotidianam. Examinavimus autem qu. 2. utrum ſingulis Sacerdotibus eſſet obligatio celebrandi quotidie? Et Reſolutio ſuit negativa. In hac autem Appendice, cum agamus de quæſtionibus moralibus, Inſtitutionibus Eccleſiaſticis, Sacriſque Ritibus notandis per annum occurrentibus non uno, & eodem ubique tempore: circa Miſſarum celebrationem poſſet

Quæri I. Utrum ſimplex Sacerdos ratione ſimpliciter Ordinis Sacerdotalis teneatur aliquoties ſingulis annis celebrare, ſi alias non impediatur involuntarie: ut infirmitate, Carcere, &c.?

℞. Res eſt inter Doctores valde controverſa, videlicet, an adſit prædicta obligatio? Item, an ſub gravi, vel tantum levi? & quoties urgeat? Videatur *Divus Thomas 3. par. qu. 81. art. 10. Sylveſt. V. Miſſa. 1. qu. 7. §. 4. Azor. Inſtit. moral. par. 1. lib. 10. c. 24. qu. 1. Bonac. to. 1. diſp. 4. quæſt. ult. pu. 7. prop. 1. a n. 1. Suarez to. 3. in 3. par. diſp. 80. ſect. 1. Armilla V. Communio. n. 14. Diana to. 2. edit. coordin. tr. 1. Reſol. 58. Franciſcus De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miſſa c. 5. quæſt. 1. Reginal. in praxi lib. 29. c. 9. ſect. 4. (alias per errorem 3.) n. 166. & 167. Tolet. Inſtruct. Sac. lib. 2. c. 3. n. 1. Filliuc. to. 1. tract. 5. c. 4. qu. 1. & 2. Pelliz. in Man. Regul. tr. 5. c. 9. ſect. 1. qu. 1. Tambur. Meth. celebr. Miſſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 1. Buſemb. lib. 6. par. 2. tract. 3. c. 3. dub. 1. reſol. 1. Fagund. in præc. 1. Eccl. lib. 3. c. 15. Gavant. in Rubr. Miſſ. par. 3. tit. 12. n. 6. Benedict. XIV. de Miſſa ſect. 2. c. 1. §. 1.* Nihilominus ut aliquid pro praxi ſtatuamus:

Dico: in praxi tenendum eſſe: ſimplicem Sacerdotem ratione ſimpliciter Ordinis Sacerdotalis obligari etiam ſub gravi ſingulis annis aliquoties celebrare: quia revera ſententia hæc eſt magis conſentanea rationi; immo Divus Thomas cit. *art. 10. corpore*: ſententiam contrariam vocat irrationabilem: & Suarez loc. cit. verſus finem affirmat, non eſſe in conſcientia ſecuram; & cum Cajetanus *in 3. par. qu.* 82. *art.* 10. dixiſſet: quoad ſimplices Sacerdotes obligationem celebrandi, eſſe tantum ſub veniali: hanc illius opinionem juſſit ex ejus Commentariis expungi S. Pius V. Pontifex, ut in impreſſione Romana Operum Divi Thomæ. Quaſi ſummus Eccleſiæ Pater ſentiret, non eſſe dignam, quæ teneatur: uti teſtatur Filliucius n. 94. & Bened. XIV. l. cit. verſus finem, alias lib. 3. c. 1. n. 10. Et nos etiam inferius proferemus Declarationem quamdam S. Congregationis Concilii, ex qua habetur, eſſe mortale, numquam celebrare per annum ſine excuſatione legitima. Præterea vix poteſt ſine magno ſcandalo a celebratione vacare Sacerdos tanto temporis ſpatio, & ut minimum exiſtimatur communiter, omiſſionem hujuſmodi diuturnam Sacrificii eſſe ſignum conſcientiæ pravæ, ac perditæ vitæ, ut obſervat Suarez l. cit. & Cardinalis De-Lugo de

Sacram.

Sacram. Euchar. diſp. 20. ſect. 1. n. 13. conſentitque Bened. XIV. l. cit. fine. Quapropter Azorius l. cit. §. *Si quæras*: jure dixit: quod ipſe non abſolviſſet Sacerdotem, qui ſtatuerit, numquam per totum anni curſum Miſſæ Sacrificium facere: conſentiunt Pelliz. n. 3. fine, Reginaldus n. 167. Bened. XIV. l. cit. verſus finem. Aliæ rationes a Doctoribus, qui pro hac ſententia merito pugnant, adductæ videri poſſunt apud Auctores laudatos locis cit.

2. Quod autem attinet ad tempus magis determinatum, pro quo ſit obligatio celebrandi ſingulis annis: ſeu quoad numerum Miſſarum, quas oporteat ad minimum celebrare: plerique Doctores volunt, ſingulis Sacerdotibus non legitime impeditis eſſe obligationem, ſingulis annis celebrandi ter, aut quater; & ex his alii reſtringunt ad feſta ſolemniora: deſignant autem Natale Domini, Paſcha, feſtum Pentecoſtes, & diem Aſſumptionis B. V. Alii vero non reſtringunt prædictam obligationem ad certos dies; ſed quibuslibet ſufficere, docent; & ex his aliqui volunt ſervari aliquam diſtantiam temporis: alii vero neque hanc exigunt. Alii autem ampliant hanc obligationem ad plures vices: volunt enim, eſſe obligationem celebrandi quinquies, alii ſexies; alii decies; alii duodecies; alii in feſtis præcipuis, ex iis, quibus fideles ſolent communicare. Sed non explicant; quinam ſint dies illi feſti præcipui? Paludanus autem numerat quinque, ſcilicet Natale Domini, Paſcha, Pentecoſten, diem Aſſumptionis B. V. & feſtum generale omnium Sanctorum die 1. Novembr. *Major* his adjungit feſtum SS. Corporis Chriſti; quidam addunt Feſtivitates B. V., & Sanct. Apoſtolorum.

Verum hujuſmodi, ſimileſque temporis determinationes non poſſunt ſufficienter fundari per principia intrinſeca, ut animadvertit Suarez l. cit. fine: & Filliuc. n. 98. probat, incertum eſſe, quoties per annum urgeat obligatio celebrandi: ut etiam nos ſupra innuimus: & ſatis colligi poteſt ex hactenus ſignificatis Doctorum opinionibus variis circa hujuſmodi quæſtionem. Quod autem Gavantus *in Rubr. Miſſ. par. 3. tit. 12. n. 6.* dixit: ſingulos Sacerdotes teneri in anno ſaltem ter, aut quater celebrare ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. c. 14.*: id non ita ſe habet. Quid autem Concilium circa rem hanc ſtatuerit loco allegato: videbimus infra n. ſequ. Invenio quidem S. Congregationem Concilii Tridentini anno 1696. menſe Novemb. declaraſſe: quod Sacerdos, *qui ſine juſta cauſa ter, vel quater in anno non celebravit, peccat mortaliter, & poteſt ab Epiſcopo puniri*. Quod Decretum ex Monacell. refert Ligorius *in ſua theol. moral. lib. 6. tr. 3. c. 3. dub. 1. n. 313. dub. 2.* Sed ex prædicta etiam declaratione non videtur argui poſſe, non eſſe mortale, ſi tamen intra annum quinquies celebretur. Innocentius III. in Cap. *Dolentes*, de celebr. Miſſ. improbat eorum negligentiam, qui vix quater celebrant in anno: *ſunt & alii, qui Miſſarum ſolemnia celebrant vix quater in anno*. Inde autem inferri non poſſe: ſufficere, Sacerdotem in anno Miſſam ſepties, aut octies celebrare: animadvertit Benedictus XIV. de Sacrific. Miſſ. l. 3. c. 1. nu. 8. Utique, ſicut ex eo quod Innocentius XI. eam propoſitionem damnaverit: *Probabile eſt, ne*

*ſingulis quidem rigoroſe quinquenniis obligare præceptum charitatis erga Deum*: perperam hinc inferat aliquis: ſatis eſſe, intra quinquennium ſemel actum amoris in Deum exercere, ad præceptum charitatis implendum.

Suarez itaque cenſet, moraliter loquendo, conſideranda eſſe principia extrinſeca, qualia ſunt, inquit, aliorum ſcandalum, proprium ſpirituale detrimentum, aut periculum liberius peccandi, omittendo Sacrificium, vel (quod gravius eſt:) quod propterea omittatur, ut peccandi licentia non impediatur: & ſimilia; hiſque omnibus penſatis, prudentis judicio committendum eſſe tempus obligationis hujuſmodi. Idem ex eodem Suarez docet Franciſcus De-Lugo *ſupra cit. qu.* 1. *n.* 13.

3 Sed nota hic 1. ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 14. *de reform.* imponi curam Epiſcopis, ut ii, qui ad Presbyteratus Ordinem aſſumuntur, ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus Miſſas celebrent. Ex vi autem hujus Decreti non imponitur Sacerdotibus præceptum, & obligatio gravis, diebus celebrandi prædictis, ſed tantum commonentur Epiſcopi muneris ſui, ut id curent: ſuadendo, ſcilicet, & ſuaviter inducendo: non vero pœnis mulctando tranſgreſſores, quaſi ex præcepto obligatos.

Ex vi itaque Decreti prædicti non tenentur ſub gravi ſinguli particulares Sacerdotes celebrare in Dominicis omnibus, & Feſtis quibuſque ſolemnibus. Si tamen accedat præceptum grave Epiſcopi; poſtquam Sacerdotes hujuſmodi præceptum acceperint, tenebuntur quidem ſub gravi ſervare; ita Filliuc. *num.* 98. *fine* Franc. De-Lugo *cit. n.* 13. Buſemb. l. ſupra cit. Bonac. *l. cit. nu.* 3. qui teſtatur, hujuſmodi præceptum latum fuiſſe, & urgere in Diœceſi, & Provincia Mediolanenſi ex Concilio Provinciali Mediolanenſi I. *tit. de frequenti Divini Sacrificii oblatione*: ubi ſic: *Cum Pontifices, ut inquit Apoſtolus, ex hominibus aſſumpti, pro hominibus conſtituantur in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerant dona, & Sacrificia pro peccatis: Epiſcopus Dominicis, & reliquis Feſtis diebus, niſi jure impediatur, Miſſam celebret. Tridentini etiam Concilii auctoritatem ſecuti præcipimus Sacerdotibus reliquis cujuſcumque gradus, & dignitatis, & conditionis illi ſint, ut iiſdem diebus Miſſam celebrare, non omittant.* Exiſtimat vero ipſe Bonacina, ſimplicem Sacerdotem in locis prædictis, ubi hujuſmodi grave præceptum habetur; qui ſingulis annis ſex, aut ſeptem diebus feſtis Miſſæ Sacrificium non faciat, excuſari poſſe a peccati mortali; quia, inquit, præceptum non videtur uſu receptum eum tanto rigore: & ita cenſuiſſe, teſtatur, Congregationem Pœnitentiariæ Mediolanenſis, ipſo præſente, & ita Conſilium dante. Loquitur autem de Diœceſi, & Provincia Mediolanenſi; quæ tamen doctrina applicari etiam poterit aliis locis, in quibus ſimile præceptum inveniatur: dummodo ſimiliter videatur, non eſſe receptum cum magno rigore.

Nota 2. ex Franc. De-Lugo n. 11. 4
eum, qui primo poſt receptum Preſbyteratus Ordinem anno non celebrat, minime peccare; quia, inquit, licet detur præceptum celebrandi, non ita vero videtur urgere poſt Sacerdotinm ſuſceptum, ut mox debeat novus Sacerdos celebrare: requiritur ergo congruum temporis ſpatium

tium ad ritus, & cœremonias addiſcendas; & multo magis ad animæ præparationem, & ad devotionis fomentum; ita ille. Quod etiam confirmat exemplo Sancti Ignatii de Loyola, in ejus Vita apud Ribadeneir. lib. 2. c. 11. ubi narratur, nonniſi poſt annum a ſuſcepto Sacerdotio Miſſam celebrare cœpiſſe.

Sed ego puto: quod, etſi de jure communi non ſit determinatum certum tempus, quo legi debeat prima Miſſa poſt receptum Presbyteratus Ordinem: ut notat La Croix lib. 6. par. 2. qu. 336. n. 2324. Rurſus, etſi obligatio ſacrificandi poſt receptam poteſtatem, ſit moralis, & requirat adhuc congruum tempus ad præparationem, & ſcientiam Rituum, ſacrarumque cœremoniarum: ut etiam vult Filliuc. *n.* 95. quam tamen ſcientiam comparari oporteret ante Ordinationem, & non poſtea: nihilominus communiter non debet protrahi ultra unum, vel alterum menſem. Et confirmatur ex *Synodo Colon. anni* 1662. ex qua, ubi *de Ordine cap.* 4. §. 9. teſte La Croix loco cit. ſic ſtatuitur: *Sacerdotes intra* 40. *dies ab Ordinatione ſua, juxta antiquam conſuetudinem, primitias ſuas celebrent; & ſi qui præſcripto tempore id non præſtiterint, denuntientur, ac debite puniantur.*

Ad exemplum S. Ignatii dico: quod, ut bene obſervat Suarez loc. cit. §. *Hæc res dubia*: & Benedictus XIV. *de Miſſa ſect.* 2. c. 1. §. 2. multa interdum operantur Sancti ex ſpeciali Spiritus Sancti motione præter communem legem, quæ a nobis imitanda non ſunt; Unde Auguſtinus *lib. contra mendacium c.* 9. *fine* monet, quod *non omnia, quæ a Sanctis, vel juſtis viris legimus facta, transferre debemus in mores*. Et vero, nonne Durandus, & alii referunt, teſte eodem Suarez, ac Benedicto XIV. l. l. cit. alios viros Sanctos a celebratione Miſſæ abſtinuiſſe ſemper? ut quidem de Abbate Muthue, & diſcipulo ejus legitur apud Roſvveydum *de Vitis Patrum lib.* 3. *n.* 188. Quod autem, ut Suarez, ac Benedictus monet, & ſignificat etiam Victoria *in Sum. de Euchar. n.* 94. *fine*, & ipſe Franciſcus De Lugo utique concedet; non debet in exemplum adduci.

Nota 3. ex Franciſco De Lugo *n.* 12. Filliuc. *n.* 96. Suarez, & reliquis Doctoribus: ſi detur aliquod impedimentum legitimum, ſeu cauſa juſta non celebrandi etiam per diuturnum tempus; ea durante, non fore peccatum abſtinere; quamvis enim ſit impoſitum Sacerdotibus celebrandi præceptum, hoc habebit, ſicut alia præcepta, juſtas excuſationes ſuas; immo addit Franciſcus De Lugo, atque, quod, cum hoc præceptum ſit dubium, (ſed quo ad hoc recole dicta ſuperius n. 1.) & multomagis incertum tempus obligationis ipſius; minor cauſa erit ſufficiens ad ejus excuſationem, quam aliorum præceptorum: ſcilicet vel infirmitas non valde gravis, vel difficultas adeundi locum celebrationi congruum, vel ſcrupulorum ſtimuli, vel quid ſimile.

Non tamen ſatis excuſare, monet impedimentum ab impediti voluntate dependens, ut eſſet frequens peccati lapſus, quem vitare deberet; Cenſura, vel Irregularitas, quam facile tollere poſſet. Hoc enim non tam eſt impediri, quam nolle expediri; ita Lugo. Idipſum ſignificat Azorius l. ſupra cit. §. *ſi quæras*: ubi dicit: quod

quod non excuſaret eum, qui numquam per annum ſacrificat ob impedimentum, quod ex ipſius voluntate exiſtit, ac pendet: nec item eum, qui ideo numquam per annum ſacrificat, quia frequenter peccare ſolet: peccatum enim eſt voluntarium, & proinde id cavere, & evitare debet, ut digne Miſſæ Sacrificium facere, & offerre queat; nec etiam eum, qui, cum commode ab excommonicatione abſolvi, vel ab Irregularitate, qua tenetur, ſive impeditur, liberari poſſit, id non curat, ſive nullam in eo diligentiam ponit; ita Azorius. Quod etiam nos in ipſa præſentis quæſtionis propoſitione initio ſignificavimus; etenim inquirere propoſuimus; Utrum ſimplex Sacerdos, ratione ſimpliciter Ordinis Sacerdotalis teneatur aliquoties ſingulis annis celebrare, ſi alias non impediatur *involuntarie, ut infirmitate, carcere, &c.*

Ex dictis autem facile eſt, arguere a fortiori: teneri Parochum in Parochia ſua exiſtens celebrare per annum Miſſæ Sacrificium ex vi muneris Parochialis, quod nemo negavit:

6 Sed interrobagis I. quoties ex vi hujus muneris celebrare Parochus teneatur?

℟. Certum eſt: eum teneri in ſingulis Dominicis, & cæteris omnibus diebus feſtis, in quibus nimirum ſit obligatio ex præcepto Eccleſiæ aſſiſtendi Sacrificio Miſſæ. Enimvero ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *c.* 14. *de Reform.* Sacerdotes, curam animarum habentes, tenentur tam frequenter Miſſas celebrare, ut ſuo muneri ſatisfaciant. Certiſſime autem muneri ſuo minime ſatisfacerent, non celebrando in diebus feſtivis ex præcepto: populus enim non poſſet hiſce diebus Miſſam audire, ad quam celebrandam conduxiſſe cenſetur Curatorem animarum. Ergo &c. Ita *Bonac. prop.* 2. *n.* 4. *Azor. qu.* 2. *Sylveſt. V. Miſſa.* 1. *quæſt.* 7. §. 4. *Tolet. inſtruct. Sacerd. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 2. *Franc. De-Lugo n.* 14. *Armill. V. Miſſa. n.* 27. *Tambur. Meth. celebr. Miſſ. lib.* 1. *c.* 6. §. 2. *n.* 2. *Bened. XIV. de Miſſa. ſect.* 2. *c.* 1. §. 2. & paſſim Doctores.

7 Exiſtimat inſuper Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *qu.* 2. *art.* 2. Parochum, ultra dies feſtivos ex præcepto, teneri jure, & præcepto celebrare aliis etiam diebus pro ratione Decimarum, aut Beneficii, quod poſſidet, & pro ratione plebis, pie, & religioſe Sacrificium Miſſæ frequentantis; idem dicit Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 72. *ſect.* 3. *poſt initium*; hoc alterum vult etiam Vaſquez apud Franc. De-Lugo cit. *n.* 14. *fine*, obligans Parochum celebrare diebus adhuc feriatis, ſi Parochiani velint audire Sacrum. Sed id refellit Fagundez *in* 1. *præc. Eccl. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 8. quocum videtur ſentire Franciſcus De-Lugo l. cit. attamen ſatis probabile judicat Azorius. Verum quidquid ſit de hoc: certe poteſt Parochus obligari ex ſpeciali ſtatuto alicujus Diœceſis, ad celebrandum ultra dies feſtivos ex præcepto, nonnullis etiam feriatis in ſua Parochia; ita Franciſcus De-Lugo, & Bonacina; idem ſignificant Tamburinus. Bened. XIV. & alii. Rationem dat Bonacina: cum enim, inquit, in Tridentino *ſeſſ.* 23. *c.* 14. Epiſcopis impoſitum ſit onus curandi, ut Sacerdotes, curam animarum habentes, tam frequenter Miſſas celebrent, ut ſatisfaciant ſuo muneri: jure optimo poſſunt Epiſcopi

Digitized by Google

pi certum Miſſarum numerum præſcribere Curatoribus animarum. Idque confirmat exemplo Provinciæ, & Eccleſiæ Mediolanenſis, quæ in Concilio Provinciali primo Mediolanenſi *par. 2. tit. de frequ. Divini Sacrific. oblatione*, Tridentini auctoritatem ſequens, præcipit Curatis, ut præter dies Dominicos, & reliquos dies feſtos, ter in hebdomada, aut etiam ſæpius, quo vel loci conſuetudo, vel neceſſitas crebriorem Divini Sacrificii uſum poſtulabit, Miſſam celebrent. Et in pluribus Synodalibus Epiſcoporum Conſtitutionibus conſtitutos, ac deſignatos eſſe dies, quibus, præter Dominicas, & alios dies feſtos, animarum Paſtores Miſſas debeant celebrare: tradit Benedictus XIV. *Conſtit. Cum ſemper. 19. Aug.* 1744. ubi §. 6. id approbat, atque collaudat, dicens: *provide* conſtitutos eſſe, ac deſignatos dies hujuſmodi.

Dixi ſupra: poſſe Parochum obligari, ad celebrandum diebus etiam feriatis *nonnullis*: quia, ut Suarez *ſect.* 2. §. *Dico tertio*. Fagundez *n.* 8. & alii dicunt: Parochus, ſi ſolus ſit, non eſt cogendus, omnino quotidie ſacrificare: cogeretur enim ſemper ſacrificare per ſeipſum; hæc autem eſſet nimis rigida, & oneroſa obligatio. Confer dicta *tr. 1. lib. 1. c. 2. de celebrat. Miſſ. quotid. qu.* 4. *n.* 6.

Interr. II. Utrum Parochus iis diebus, quibus obligatur, ad celebrandum ratione muneris Parochialis, poſſit nihilominus celebrare per alium? 8

℞. Negat Vaſquez apud Franc. De Lugo l. ſupra cit. contendens, debere per ſemetipſum celebrare. Sed contradicunt communiſſime Doctores, concedentes, poſſe per alium; ita *Suarez*, *Bonac. Filliut. Fagund.*, *Franciſcus De-Lugo*, *Azorius*, *Armilla*, *Sylveſter*, *Tolet. Tambur. locis ſupra cit.* & cæteri Doctores. Quibuſnam vero diebus teneatur Parochus, applicare Miſſam pro Parochianis ſuis in communi? Diximus 25. *Decembr. art.* 1. *ſect.* 4. *ſubſ.* 2. *qu.* 2. *num.* 41.

Qu. II. Utrum Regulares, qui ex Regula, vel conſuetudine canere ſolent Miſſam in ſuis Eccleſiis in diebus feſtis, peccent mortaliter, ſi aliquando eam ex negligentia omittant? 9

℞. Negative: niſi Regula ipſa obligaret ad id ſub mortali, vel conſuetudo ſub gravi obligatione recepta fuerit. Vid. *Dian. to.* 2. *edit. coord. tr.* 1. *R.* 86. & 87. Franc. De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miſſ. c. 5. qu. 2. n. 21. & 22. Pelliz. Man. Regul. tr. 5. c. 9. ſect. 2. qu. 2. & videri poſſunt dicta tr. 1. lib. 1. c. 2. qu. 5. interrog. 6. n. 19. & 20.



Digitized by Google

# CAPUT III.

## DE EXPOSITIONE SS. SACRAMENTI.

### AGITUR ARTICULIS VII.

Art. I. *De facultate Epiſcopi requiſita pro Expoſitione ſolemni Euchariſtiæ.*
Art. II. *De Altari, ubi ſit Expoſitio SS. Sacramenti.*
Art. III. *De Ritu ſervando in SS. Sacramenti Expoſitione.*
Art. IV. *De Veneratione exhibenda SS. Sacramento expoſito.*
Art. V. *De Miſſa.*
Art. VI. *De Ritu ſervando in SS. Sacramenti Repoſitione.*
Art. VII. *De Not. ſpecialiter in Expoſitione Euch. pro Oratione quadraginta horarum.*

### ARTICULUS I.

*De facultate Epiſcopi requiſita pro Expoſitione ſolemni Euchariſtiæ,*

SACRAMENTUM Euchariſtiæ publice, ſeu ſolemniter adorandum exponere, non licet ſine expreſſa licentia, & conſenſu Ordinarii, ſeu Epiſcopi in quibuslibet Eccleſiis, etiam Regularium, & Monialium, quamvis Regularium regimini ſubjectarum: ſive aliis Eccleſiis, ubi continuo aſſervetur Euchariſtia. Expoſitio vero privata licet. Pro Eccleſiis autem Romanæ Urbis videatur §. 36. Inſtructionis Clement. editæ pro Expoſitione Euchariſtiæ cauſa Orationis continuæ quadraginta horarum: quam Inſtructionem dabimus infra a num. 68.

Epiſcopus tamen non dabit facultatem exponendi ſolemniter Euchariſtiam niſi ex cauſa publica, & gravi. Conſtant hæc ex pluribus Decretis Sacrarum Congr. Romanarum apud Caval. *tom.* 4. *c.* 7. Ubi tamen in *decr.* 2. *n.* 3. concedit expoſitionem ſolemnem ſine licentia Epiſcopi Regularibus illis, quibus faveat quo ad hujuſmodi expoſitionem conſuetudo legitima præſcripta. Et apud eumdem ibidem Clericatus concedit iiſdem expoſitionem publicam tempore Viſitationum generalium, pro felici harum progreſſu; id enim, inquit, conceſſiſſe, videtur, Paulus V. ſua Conſtitutione: *Romanus Pontifex.* 23. *Maji 1606.* in qua Religioſis Indulgentiam plenariam impertitur, ſi duarum horarum ſpatio eidem orationi interfuerint in diverſo tempore; uti notabimus inferius *n.* 63. In quibuſnam Eccleſiis liceat exponere Euchariſtiam *feria V. in Cœna Domini?* diximus tr. 2. ubi egimus de notandis in illa feria. Ubinam vero liceat in Feſto Corporis Chriſti? Diximus ibi, hoc eſt in feria V. poſt Dominicam I. Pentec.

Non ſunt autem ab Epiſcopo ob leves cauſas prohibendæ Expoſitiones ſolemnes Euchariſtiæ: præſertim quæ in aliquibus Eccleſiis conſueverint celebrari. Videatur Cavalerius *cit. cap.* 7. *commentar. in decr.* 19. ,

&

& videantur modo infra dicenda num. 3.

2 Expoſitio publica, ſeu ſolemnis eſt, quæ fit januis apertis Eccleſiæ, & inſuper Sacramento detecto. Privata vero, quæ fit januis Eccleſiæ clauſis; vel in Oratoriis Regularium, ad quæ non pateat aditus Sæcularibus; vel in Eccleſiis quidem, januis etiam apertis, ſed in Pyxide velata in aperto Tabernaculi oſtiolo, a quo non extrahatur; ita ex pluribus Declarationibus *S. C. Epiſcop.* Videatur Cavaler. *cit. c.* 7. *comment. in decr.* 2. *n.* 3. *& in decr.* 8. *&* 9. Qui etiam in *cit. decr.* 8. *n.* 3. *&* 4. & in cit. decr. 9. *n.* 1. docet: eſſe ſimiliter expoſitionem privatam, licet Pyxis exponatur in Throno cooperta tamen operculo ſuo, & conſueto velata velo; aut etiam ſi exponatur Euchariſtia in Oſtenſorio, & reponatur in eodem Throno, dummodo ante Oſtenſorium, ſtatim ac expoſitum eſt, & collocatum in Throno, dependeat Velum ita, ut ipſa ſacra Hoſtia videri non poſſit.

Expoſitio ſacra pro perſonis particularibus infirmis, aut afflictis &c. non eſt niſi ex cauſa privata: unde prædicto nuper modo fieri debet: ut ex ſequenti Decreto: *Expoſitio SS. Sacramenti facienda non eſt niſi ob cauſam publicam, & gravem; & pro perſonis particularibus infirmis, aut afflictis &c. quæ in ſui auxilium publicas preces ante SS. Sacramentum exoptant, non exponatur detectum, ſed oſtiolo Tabernaculi aperto, aut ad ſummum in Pixide velata, cum numero convenienti luminum, & aſſiſtentia Sacerdotum. Et ita Ordinarii fieri curabunt nedum in Eccleſiis Sæcularibus, ſed etiam Regularibus. S. C. Epiſc.* 1. *Septemb.* 1598. *apud Caval. cit. c.* 7. *d.* 8. *Cum aſſiſtentia Sacerdotum*: vult fieri Decretum expoſitionem etiam privatam. *Cum aſſiſtentia alicujus Sacerdotis Stola, & ſuperpelliceo induti*: habet aliud Decretum ejuſdem S. C. Epiſc. 9. Decemb. 1602. apud Caval. cit. c. 7. d. 9. Pro Eccleſiis autem Romanæ Urbis vide infra §. 36. *Inſtructionis Clement.* Eadem expoſitio etiam privata facienda præſcribitur: *cum numero convenienti*: *Conveniens* autem quinam ſit? videbimus infra art. ſeq.

Cauſa publica, & gravis, quæ pro dicta exigitur expoſitione ſolemni, judicio relinquitur Epiſcopi, ex *Decr. S. C. Epiſc. apud Caval. cit. c.* 7. *d.* 2. videri rurſus poteſt idem eodem cap. *comment. in decr.* 18. *n.* 2. *& in d.* 28. *n.* 2. *&* 3. 3

Præter expoſitionem ratione Orationis quadraginta horarum: cauſa publica, & gravis item eſſe ſignificatur expoſitio pro initio Spiritualium Exercitiorum: in Decreto *S. C. R.* 13. *Febr.* 1666. *in Romana, apud Caval. cit. c.* 7. *d.* 33. Similiter expoſitio Euchariſtiæ in Triduo ante Quadrageſimam ad coercendos ludos bacchanales: de qua expoſitione diximus *tr.* 2. ubi de *Domin. in Quinquageſima*. Et, ut notat Caval. cit. c. 7. in d. 8. nu. 1. conſuetudo habet, quod, ſine magno criterio cauſæ, fiant expoſitiones publicæ, in quibus cæteroqui publica latet cauſa: quatenus inde populus, qui ad eas accurrit, excitatur ad virtutum actus, a rebus profanis avertitur, & ad devotionem erga SS. Sacramentum accenditur. Hæ, aliæve ſimiles quatenus adſint, & eveniant cauſæ, etſi nulla alia gravis occurrat, & publica, utique Epiſcopi in conceſſione ſe poterunt præbere faciles: difficiles vero,

vero , ſi ex uberiori frequentia non exurgant congrui pietatis fructus ; ita Caval. cit. n. 1. & videri poteſt idem in d. 28. n. 3. & legatur Conſtitutio Benedicti XIV. incip. *Accepimus in Civitate*. 5. to. 2. Bullarii ſui.

4 Qu. hic : an tempore Interdicti localis generalis liceat publica , & ſolemnis expoſitio Euchariſtiæ?

℟. Si fiat extra Miſſam, affirmat Quintanadvennas etiam conſueto cum ritu exponi, deponique poſſe : puta, cum campanarum ſonitu , hymnorum conſuetorum cantu , aſſiſtentia Sacerdotum , ſeu Celebrantis parati &c. & poſſe omnes non excommunicatos nec ſpecialiter interdictos ingredi Eccleſiam , ut videant , & adorent : quia non eſt Divinum Officium , quale Interdicti tempore prohibetur . Videatur laudatus Auctor tom. Singularium , in append. ad Sacr. pœnit. tr. 1. dub. 15. (alias per error. 16.) & ſequentib. videri etiam poteſt Chiavetta Conſult. 150. n. 9.

## ARTICULUS II.

### *De Altari ubi ſit Expoſitio SS. Sacramenti.*

5 LICET Expoſitiones minus ſolemnes, & populo non adeo frequentatæ fieri poſſint in Altaribus lateralibus Eccleſiæ, atque Cappellis ; ſolemniores autem convenit fieri in Altari Majori : niſi forte Eccleſia , aut Cappella lateralis ampliſſima foret : quo caſu fieri poſſent & hæ in hujuſmodi Altaribus lateralibus . In Altaribus autem prope januam vel expoſitiones non fiant, vel janua claudatur , & populus ingrediatur per aliam, ad vitandas irreverentias ; vid. *Caval. tom. 4. c. 7. comment. in decr. 27. &* pro Urbe Roma : vide §.§. 3. & 36. *Inſtruct. Clement.* quam dabimus infra .

In Altari , in quo eſt expoſitum Sacramentum publice ſine velo, non ardeant Candelæ minus quam duodecim ex cera : totidemque colluceant in expoſitione privata , atque adeo etiamſi ſit velatum; extra tamen Tabernaculum . Vid. *Caval. cit. c. 7. in d. 10. nu. 2.* Quod ſi Pyxis non extrahatur a Tabernaculo , ſufficit , ſi ad minus in Altari ardeant ſex : ex *Decr. S. C. Epiſc. 9. Decembr. 1602.* apud *Caval. cit. c. 7. d. 9.* Extra Altare duo ſaltem Funalia ardeant , ſive expoſitio ſit publica , ſive privata . Caval. in *cit. d.* 10. *n.* 2. *fine* . Pro Romanis autem Eccleſiis ; vide §.§. *6. & 36. Inſtruct. Clement.*

Pallium Altaris, ad quod ſit Expoſitio , ſemper erit coloris albi : quamvis Miſſa dicatur in paramentis coloris alterius. Vid. Caval. cit. *c. 7. in d. 46. n. 5. & 6. & c.* 8. *comment. in Inſtruct. Clement.* §. 18. *a num. 2.* Similiter coloris albi erit Thronus , ſi in eo collocetur expoſitum Sacramentum : in cujus baſi erit Corporale, ſuper quod collocabitur Oſtenſorium , ſeu Cuſtodia : lege §. 5. *Inſtruct. Clement.*

*Sanctorum Reliquiæ non ſunt collocandæ ſuper Altare , in quo reipſa SS. Sacramentum publicæ venerationi eſt expoſitum . S. R. C. 2. Septemb.* 1741. *in Aquen.* apud *Caval. cit. c. 7. d. 28.* Lege §. 4. *Inſtruct. Clement.* ubi præterea excluſæ manent Statuæ, Imagineſque Sanctorum ; & in §. 3. cooperiri præcipitur major etiam Statua, vel Imago Sancti , in cujus nomen , vel memoriam Altare eſt conſecratum.

Qu. An in Altari, in quo eſt expoſitum publicæ venerationi SS. Sacra- 6

cra-

Digitized by Google

cramentum, poſſit, aut etiam debeat omitti Crucifixus? Dubium oritur ex eo, quia ex una parte in Rub. gener. Miſſal. *tit.* 20. præſcribitur, ut ſuper Altare collocetur Crux, ſeu Crucifixus: vid. *Caval. tom.* 4. *c.* 18. *comment. in decr.* 1. *n.* 5. Ex alia parte vero non videtur congruere, figuram cum figurato adeſſe ſimul: quod quidem accidit, ſi collocetur Crucifixus in Altari, ubi eſt expoſitum SS. Sacramentum Corporis Chriſti.

℟. Et dico 1. in Altari, in quo eſt expoſitum SS. Sacramentum, non eſt opus ponere Imaginem Crucifixi, niſi in Altari, in quo ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebratur, & pro tempore ſolum, quo illud celebretur: ut obſervat Gavantus in *Rub. Miſſ. par.* 1. *tit.* 20. *lit. U.*, & cum eo Caval. cit. *c.* 18. *in decr.* 2. *n.* 1. *& in d.* 6. *n.* 4.

Dico 2. in Altari, in quo eſt expoſitum SS. Sacramentum, etiam dum Miſſæ Sacrificium celebratur in eo, Imago Crucifixi debet collocari, vel omitti, pro ut ferat conſuetudo Eccleſiarum collocandi, vel omittendi tempore expoſitionis hujuſmodi. Conſtat ex Litteris Apoſtolicis Benedicti XIV. incipientibus: *Accepimus præſtantium virorum:* agentibus de Ritu Imaginis Crucifixi ſuper Altare tempore Sacrificii; quas Litteras laudatus Pontifex ſcripſit ad Epiſcopos Ditionis Pontificiæ, die 16. *Julii an.* 1746. Et item ex Decreto *S. R. C.* quod eſt hujus tenoris: *Decretum S. R. C. de anno* 1707. *præcipiens, quod in Altari, ubi eſt publice expoſitum SS. Sacramentum, tempore Miſſæ Crux, de more, collocetur; apud aliquas Eccleſias non eſt in virili obſervantia: & hac de cauſa Inſtructio pro Oratione quadraginta horarum Clementis XI. Benedicti XIII. & Clementis XII. Summorum Pontificum juſſu edita, ſub ſilentio præterit, an locanda, an vero removenda ſit hujuſmodi Crux, linquens quemlibet in ſua praxi: S.R.C.* 2. *Septembr.* 1741. apud Caval. *cit. c.* 18. *d.* 4. In laudatis autem Litteris Apoſtolicis Benedictus XIV. hæc ad præſens inſtitutum noſtrum ſcribit: *Quarto loco diſputatur: utrum Crucifixus inter candelabra collocandus videatur, cum Sacrum peragitur in eo Altari, ubi Divina Eucharistia non includitur Tabernaculo, ſed publice Fidelium venerationi exponitur? Id neceſſarium eſſe putavit Sacrorum Rituum Congregatio die* 14. *Maji* 1707. *Hoc enim petitum fuerat: An ſuper Altare, in quo Sanctiſſimum Sacramentum expoſitum eſt, Crux de more collocari debeat? Sic autem reſponſum eſt: Numquam omittenda Crucis cum Imagine Crucifixi appoſita collocationem. Porro quum Nos ipſi tunc in minoribus conſtituti, Coadjutorem Promotoris Fidei gerentes, ipſius loco, eidem Congregationi præſentes adfuerimus, adhuc memoria retinemus, in illa ſententia ferenda, varia fuiſſe, ac diſcrepantia ſuffragia, cautumque deinde fuiſſe, ne ipſa ſententia in lucem ederetur. Itaque res iterum deducta eſt in examen initio Pontificatus Noſtri, die* 2. *Septembris anno* 1741. *in eadem Congregatione Sacrorum Rituum, quæ poſtquam omnia diligenter, accurateque perpendit, decrevit, ut qualibet Eccleſia morem, & inſtitutum, quod antea ſervaverat, in poſterum quoque retineret: Et quidem pro Cruce ab Altari removenda, dum Miſſa in eo celebratur, & ſuper eo publicæ venerationi Eucharistia expoſita eſt, parum urget, quod nonnulli aſſerunt, indecens eſſe, ut Chriſti Imago in eo loco ſit, in quo Chriſtus*

D 2 *ipſe*

*ipſe ſub ſpecie panis realiter præſens eſt, & ab omnibus ſub eadem ſpecie panis videtur: id quippe prorſus contingit, quoties Sacerdos in quolibet Altari rem Divinam faciens, materiam Euchariſtiæ conſecravit; nec enim Eccleſia umquam decernendum putavit, ut peracta conſecratione Crux ab Altari removeatur.* ( Confer Meratum to. 1. par. 1. tit. 20. n. 7. *Quemadmodum nec aſſerentibus, Crucem neceſſario eſſe debere in Altari, in quo expoſitum eſt Sacramentum publicæ venerationi, ſi in eo Miſſa celebretur, quidquam prodeſſe poteſt, quod in publica Euchariſtiæ expoſitione ſignificetur triumphus & gloria Salvatoris; in Miſſæ autem Sacrificio ejuſdem Mors repræſentetur cum Eccleſia tam in actione Miſſæ, in qua Euchariſtia conſecratur, quam in concluſione precum, quæ coram eadem jam conſecrata, & Fidelium venerationi palam expoſita recitantur, una eadem Collecta æque utatur, quam S. Thomas Aquinas confecit, nimirum:* Deus, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti, tribue, quæſumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra Myſteria venerari, ut redemptionis tuæ (*hoc eſt paſſionis, & mortis*) fructum in nobis jugiter ſentiamus. *Quæ cum ita ſe habeant, Rituumque Interpretes, & Scriptores, ob ea, quæ mox relata ſunt, in varias abierint ſententias, ſatis commendari non poſſunt ea, quæ prudenter, ſapienterque decreta fuerunt a prædicta Sacrorum Rituum Congregatione, nempe, ut qualibet Eccleſia, vel Diœceſis ſuam retineat conſuetudinem: ita ut nihil immutetur in ea Diœceſi, ubi Crux in Altari conſtitui ſoleat, dum Miſſa celebratur, etiamſi ſacra Euchariſtia publice proſtet: neque nova diſciplina excitetur in ea Diœceſi, ubi contraria hujuſce rei conſuetudo jampridem invaluerit.* Hucuſque Benedictus XIV. Videri etiam poteſt Caval. *cit. c. 18. in d. 3. & 4.*

Nota hic: quod *dum incenſatur Altare, in quo eſt expoſitum publicæ adorationi Venerabile Sacramentum, non debet poſt illud incenſatum, Crux quoque incenſari. S. R. C. 29. Novembr. 1738. in una Carthagenen. in Hiſpan. apud Caval. to. 4. c. 7. d. 32. & c. 18. d. 5.* Cujus ſenſus eſt, quod ubi ſupra Altare, in quo eſt expoſitum Sacramentum, conſuetudo ſit ponendi Crucem tempore Sacrificii: facta incenſatione Sacramenti publice expoſiti, incenſanda non eſt Crux in Miſſa cantata, ſeu ſolemni: ſed Crucis omiſſa incenſatione, illico eſt procedendum ad Altaris thurificationem: vide dicenda *art. 5. n. 28. & 31.* ubi explicabimus Ritum celebrandi Miſſam ſolemnem coram Venerabili expoſito. *Caval. l. cit. & comment. in Inſtruct. Clement. in* §. 30. *n. 5. & tom. 4. c. 16. comment. in decr.* 10. *n.* 2. ubi rationem aſſignat, quam retulimus *tr. 2. in Fer. VI. Paraſcev. ſubſ.* 5. §. 13. *n.* 250. 7

## ARTICULUS III.

### *De Ritu ſervando in SS. Sacramenti Expoſitione.*

IN Sacriſtia Clerici, ideſt Thuriferarius, & Navicularius, vel ſaltem ſolus Thuriferarius induit ſuperpelliceum, quo ſimiliter induuntur alii quatuor, vel ſaltem duo, qui deferant intortitia accenſa. Sacerdos autem, qui expoſitionem facere debet, etſi functionem hujuſmodi peragere valeat ornatus tantum Cotta, & Stola e collo pendenti; decens nihilominus eſt, paretur amictu, Alba, Stola, & Pluviali coloris albi, 8

&

& quod ei inſuper aſſiſtat Sacerdos alter ſuperpelliceo indutus, qui utatur ſtola, ut dicemus ſtatim. Si qui Celebranti aſſiſtant Miniſtri cum Pluviali, eodem utantur albo colore. *Caval. to. 4. c. 7. in decr. 47. n. 1. & 5. fine*. Si autem expoſitio immediate fieri debeat ante Miſſam, tunc expoſitio fiet a Celebrante induto Planeta ejus coloris, qui congruit Miſſæ celebrandæ. *Caval. in cit. d. 46. n. 9.* vide dicenda *art. 5. n. 21.* Similiter ſi expoſitio facienda ſit ante Veſperas, quæ Sacramento expoſito ſtatim cantari debeant: Paramenta Celebrantis, & Miniſtrorum erunt coloris correſpondentis Officio, cujus Veſperæ cantari debeant. *Caval. in cit. d. 46. n. 6.*

Accenſis luminibus ad Altare, prædicti omnes facta profunda inclinatione Cruci, vel Imagini principali Sacriſtiæ, hoc pacto ad Altare procedunt, vel eorumdem illi, qui intererunt. Præcedit Thuriferarius cum thuribulo non fumigante, a ſiniſtris habens Naviculårium, ſequantur portantes funalia, poſt quos incedit Sacerdos alius Cotta indutus; ac deferens Stolam plicatam ſuper brachium ſiniſtrum, & omnium ultimus procedit Sacerdos Pluviali indutus, & duo hi tecto capite, & manibus junctis ante pectus. *Caval. n. 1.*

9 Ubi prope, & ante infimum Altaris gradum devenerint, dicti duo Sacerdotes cedunt alicui aſſiſtenti ſua birreta, & flectunt unicum genu, non ſuper infimum Altaris gradum; ſed in plano; (aliis poſt eos genu pariter unicum ſimul flectentibus in eodem plano:) & mox ſurgentes, ſe ſiſtunt genibus flexis in infimo Altaris gradu, reliqui vero in plano Cappellæ, & ibi aliquantulum orabunt omnes; principalis autem Sacerdos genuflexus ut ſupra erit ante Altaris medium, Aſſiſtens vero ad ejuſdem dexteram, ut promptior ſit ad miniſtrandum. Poſt brevem orationem Sacerdos aſſiſtens ſibi imponit Stolam, aſcendit ad Altare, flectit unicum genu, aperit oſtiolum Tabernaculi, iterum ut ſupra genuflectit: *Caval. n. 2.* Oſtenſorium extrahit, & collocat in medio Altaris ſuper Corporale, ac denuo facta genuflexione unico genu, deſcendit ad dexteram Celebrantis. *Caval. n. 3. & c. 10. in d. 2. n. 2.* ubi ablata ſibi ſtola, quam alicui tradit tenendam, vel eam ſuperponit brachio ſiniſtro, ſtans de more ſine oſculis miniſtrat Celebranti ſimiliter ſtanti naviculam thuris; de qua Celebrans ponit thus in thuribulo ſine benedictione, & mox genuflexus ſuper infimum Altaris gradum, Sacramentum incenſat triplici ductu, facta profunda reverentia ante, & poſt incenſationem, etiam a Sacerdote aſſiſtente, qui ſimiliter genuflexus ſuper eumdem infimum Altaris gradum, interim elevat dexteram Pluvialis fimbriam.

Peracta incenſatione, & reverentia; Celebrans reddit thuribulum Sacerdoti aſſiſtenti, & hic Thuriferario: ac poſtea ſibi iterum impoſita Stola, idem Aſſiſtens aſcendit ad Altare, flectit unicum genu, & collocat Sacramentum in Throno, ſuper Corporale, aut pallam; ibi ſubſtitutam: flectit unicum genu; & deſcendit ad dexteram Celebrantis; ubi iterum exuit Stolam. Statim ſurgit Celebrans, & ſimul cum Sacerdote aſſiſtente flectit utrumque genu in plano cum profunda reverentia, & deinde ambo ſurgunt, & accipientes birre-

birreta, cum reliquis eodem ordine, quo venerunt, redeunt in Sacriſtiam, ita tamen ut caput minime tegant, niſi poſtquam egreſſi fuerint a Preſbyterio, & receſſerint e medio. *Caval. in cit. d. 46. n. 2. & 3. & c. 10. in cit. d. 2. n. 4.*

Poſſet etiam adhiberi alter hic Ritus: videlicet, quod Aſſiſtens, ubi extraxit e Tabernaculo Oſtenſorium, ſtatim collocet illud in ſuo loco eminenti ſub Baldachino, ſeu Throno, & facta genuflexione deſcendat ad dexteram Celebrantis, eique ut ſupra miniſtrat pro incenſatione: qua peracta, & Thuriferario thuribulo reddito, omnes ſurgant, & ut ſupra facta genuflexione utroque genu, in Sacriſtiam redeant. Quem quidem Ritum magis approbat Caval. in cit. d. 46. n. 4. eumque, ait, eſſe concordem cum probatiori Ritu Sacramentum exponendi: qui item Sacramentum thurificat antequam e Throno illud deponat, & non jam depoſitum, & in medio Altaris collocatum; ſubditque: eumdem Ritum implicite probari ab Inſtructione Romana. *Clement. pro expoſit. Sacram. ratione orationis quadrag. hor.* quæ Inſtructio §. 24. in Proceſſionis reditu, a Diacono Sacramentum in Throno ſtatim collocari jubet, & ibi incenſari, & non in Altaris medio prius poſitum; ita Caval. apud quem *n.* 2. videri etiam poteſt Ritus alius a nonnullis traditus, ſed minus probatur apud eumdem *Caval. nu.* 4. Videri etiam poteſt *Meratus to. 1. par. 4. tit. 12. n.* 28.

Quod ſi Celebrans careat Sacerdote aſſiſtente, ipſe per ſeipſum peragat, quæ ab Aſſiſtente facienda eſſe diximus; præſtantur vero a Diacono, quando adſunt Miniſtri ſacri, & non Sacerdos aſſiſtens; ſed nec Celebrans, nec Diaconus, quando prædicta præſtant, umquam Stolam exuunt; Sacerdos vero ut ſupra aſſiſtens, Stolam dumtaxat adhibet, quando debet aperire oſtiolum Sacramenti, pertractare ipſum Sacramentum, ſeu Oſtenſorium in aliquo loco collocare, ſeu e ſummo Altari demittere: & ſtatim ac has functiones peregerit, debet Stolam a collo pendentem ſibi auferre, eamque alicui cuſtodiendam tradere, vel ſuper brachium ſuum ſiniſtrum, ut cum dextero promptior ſit ad operandum, eam deponere. *Caval. n.* 5.

100 Si poſt expoſitionem cantari debeant Veſperæ, Ritus exponendi Sacramentum erit, qualis fuit deſcriptus ſuperius: ſed in fine Celebrans cum Miniſtris non pergit in Sacriſtiam, ſed vel ad ſcamnum in cornu Epiſtolæ, ad primam ſedem Chori, ubi de more cantantur Veſperæ; omnibus ſtantibus detecto capite, & ſimiliter ipſe Celebrans cum Miniſtris non ſedet unquam, neque caput tegit. *Caval. n. 6. Merat. cit. n.* 28. Ad Canticum: *Magnificat*: e Choro exit Celebrans nudo capite, & facta genuflexione ab omnibus utroque genu in plano, ante inferiorem Altaris gradum, cum profunda reverentia, aſcendit ad Altare cum ſuis ſacris Miniſtris, (ſtantibus aliis ante infimum gradum:) & facta iterum cum Miniſtris ſacris genuflexione unico genu, ut facilius, & commodius ſurgant, dictum Altare etiam oſculatur Celebrans in medio, deinde retrocedit aliquantulum in cornu fere Evangelii, genuflexione præmiſſa unico genu, & miniſtrante Diacono, ſi adſit, alioquin Thuriferario, ſine oſculis, idem Celebrans imponit in-

cen-

Digitized by Google

cenſum in thuribulum, illudque benedicit: *quia* non ſolum cum eo incenſari debet Sacramentum, ſed etiam Altare, Celebrans, & reliqui. Porro hæc eſt generalis regula, ut non benedicatur incenſum, quando cum eo incenſandum eſt ſolum Sacramentum: bene vero, quando incenſari debet etiam Altare; in utroque tamen caſu ſemper abſtinendum eſt ab oſculis tum cochlearis, tum thuribuli, tum manus Celebrantis. Quantum vero ad genuflexionem, hæc utroque genu fiet cum profunda reverentia in plano, in acceſſu, & receſſu ab Altari: ſed apud Altare dum aliquid fit, ſemper facienda erit unico genu, & ſine inclinatione. *Merat cit. n.* 28.

Impoſito igitur, ut ſupra, thure, Celebrans ſe reſtituit ad Altaris medium, ibique cum ſacris Miniſtris flectit unicum genu, & ſtatim deſcendit ad ſecundum gradum Altaris, & genuflexus ſimul cum ſacris Miniſtris in ſuppedaneo, accipit thuribulum, & Sacramentum triplici ductu thurificet, cum profunda inclinatione ante, & poſt, interpoſita brevi morula inter quemlibet ductum, & ſacris Miniſtris interim elevantibus anteriores Pluvialis fimbrias. Peracta incenſatione, ſimul cum ſacris Miniſtris aſcendit ad Altare, ubi genuflexione præmiſſa, incenſat more ſolito ipſum Altare, ſemper flectens unicum genu dum tranſit ante Altaris medium, & deinde fit incenſatio Celebrantis, & aliorum prout de more, & abſolvuntur Veſperæ. *Caval. n. 7. & 8.*

Quæſitum autem fuit a S. R. C. *Expoſito SS. Sacramento in Altari majori, dum ſub* Magnificat *in Veſperis idem Altare majus incenſatur, an debeant etiam incenſari alia Altaria, ex eo quod incongruum eſſe videtur, relinquere in Altari expoſitum Sacramentum; & utrum thurificato Altari majori, ubi eſt expoſitum Sanctiſſimum, debeat etiam fieri thurificatio illius Altaris, in quo eſt reconditum Sanctiſſimum in Ciborio? Reſponſum fuit: non eſſe thure adolenda alia Altaria, licet alibi Sanctiſſimum Sacramentum aſſervetur. S. R. C. 7. Maji 1746. in Varſavien. apud Caval. to. 4. c. 7. d. 46.*

Hæc autem omnia, quæ ſervanda eſſe diximus in expoſitione, quæ fit ante Veſperas, reſpective etiam ſervari debent in expoſitione, quæ fiat ante alias horas canonicas; ſola excepta incenſatione, quæ nequidem in Completorio fit ad Canticum *Nunc dimittis*: ut cum Gavanto notat *Caval. l. cit. n. 9.*

Quod ſi expoſitio fieri debeat im- 12
mediate ante Miſſam, tunc fiet a Celebrante induto Planeta ejus coloris, qui congruit Miſſæ celebrandæ, ut ſuperius dictum eſt: & quatenus adſit Diaconus, hujus erit muneris, præſtare ea, quæ a Sacerdote aſſiſtente præſtanda eſſe, dicebamus, ſecus præſtabuntur a Sacerdote aſſiſtente: & quatenus neque hic adſit, a Celebrante ipſo; & ſic pariformiter loquendum eſt de expoſitione, quæ poſt Miſſam foret facienda. Quoties tamen fit cum Hoſtia conſecrata in eadem Miſſa, & media Proceſſione, Ritum deſcribemus in §. 19. Inſtructionis Clem. quam dabimus infra. Si autem ſine Proceſſione: aptato Sacramento intra Oſtenſorium poſt Communionem Celebrantis, ut l. cit. explicabimus: & finita Miſſa, pergit Celebrans cum ſacris Miniſtris ad Altaris medium, flectit unicum genu, & mox per Diaconum ab Oſtenſo-

rio

rio auſertur Velum, quo opertum fuerat, ut l. cit. dicetur, & repetita ab omnibus genuflexione deſcendunt in planum, ubi flectunt utrumque genu cum profunda inclinatione, & mox ſurgunt, & genuflectunt ſine ulla reverentia ſuper infimum Altaris gradum, ubi brevi orationi vacant, poſt quam ſe Sacerdos cum Miniſtris erigit, imponit incenſum in thuribulo, deinde genuflexus incenſat ter Sacramentum, & denique Diaconus aſcendit, ut ſupra, ad Altare, & Sacramentum in Throno collocat, deſcendit, & poſtea omnes pergunt in Sacriſtiam ordine jam deſcripto. *Caval. cit. n. 9.*

12 In Expoſitione cantari poterit hymnus conſuetus: *Pange lingua glorioſi Corporis &c.* ſerventur autem dicenda *art. 6.* & poſt Expoſitionem dici etiam poterunt preces aliæ, dummodo ſint ex approbatis; vid. dicenda *in* §. 24. *Inſtruct. Clement.*

13 Expoſitio privata, quamvis Sacramentum e tabernaculo non extrahatur, fiet ritu ordinario, nempe cum incenſatione, genuflexionibus, aliiſque, de quibus jam dictum eſt. *Caval. to. 4. c. 7. in decr. 8. n. 6.* & rurſus hic videantur dicta *art. 1. n. 2.* ubi expoſuimus, quænam dicatur Expoſitio privata?

14 Qu. I. Si non poſſit haberi Hoſtia magna, quemadmodum conſuevit adhiberi pro Expoſitione in Oſtenſorio: an poſſit conſervari Hoſtia parva ad dictum finem?

℟. Si ſit neceſſitas exponendi Sacramentum, Auctores, teſte *Caval. to. 4. c. 7. in decr. 46. n. 10.* probant, ut conſecretur in dicto caſu Hoſtia parva cum Hoſtia magna, quæ de more elevetur poſt conſecrationem, & eadem exponatur deinde, ſeu in Oſtenſorio collocetur. Hoſtia autem parva a Celebrante abſumatur.

Qu. II. Si poſt Miſſam immediate ſit exponendum Sacramentum, & ſola habeatur Hoſtia magna: an Celebrans poſſit in Miſſa communicare ſe cum aliqua particula præconſecrata in alia Miſſa, & reſervare pro Expoſitione Hoſtiam magnam a ſe conſecratam in eadem Miſſa? 15

℟. Negative: ſed ſi ſit neceſſitas exponendi Sacramentum, exponatur aliqua particula ex præconſecratis. Ad vitandam vero populi admirationem, & negligentiæ notam, populus moneri poterit, ac doceri. Vid. *Caval. cit. n.* 10. *&* 11.

Qu. III. An ad vitandam notam, & admirationem populi, ſi non habeatur Hoſtia magna conſecrata, poſſit in Oſtenſorio poni Hoſtia magna non conſecrata una cum particula conſecrata? 16

℟. Negative. Vid. Caval. cit. n. 11.

## ARTICULUS IV.

*De veneratione exhibenda SS. Sacram. expoſito.*

QUANDO *SS. Euchariſtiæ Sacramentum publice diſcoopertum exponitur, omnes ante illud tranſeuntes, cujuſcumque conditionis, & ordinis ſint, ſeu ad illud accedentes, ſeu ab eodem recedentes, ſemper utroque genu genuflectere debent. S. R. C. 19. Aug. 1651. in una Urbis. Apud Caval. to. 4. c. 10. d. 2.* Videri etiam poteſt §. 7. *Inſtruct. Clement.* 17

*Sacerdos celebraturus Miſſam privatam, dum tranſit ante Altare, in quo eſt expoſitum SS. Sacramentum, poſt factam adorationem flexis genibus, aperto capite, dum ſe erigit, caput cooperiat.*

Digitized by Google

vat. S. R. C. 7. Septembr. 1638. in una Urbis. apud *Caval. l. cit. d.* 3. & confirmatum fuit in *Inſtruct. Clem. cit.* §. 7. Teſtatur autem Caval. l. cit. & Meratus tom. 1. par. 2. tit. 2. n. 7. quod ex communi uſu Romæ recepto, & univerſali Rubriciſtarum auctoritate, Sacerdos in dicto caſu utrumque genu flectit: poſtea, & non prius, deponit birretum, tradens illud Miniſtro tenendum, vel ipſemet tenens, ita vero ut vola manus dexteræ cum parte aperta birreti ſit verſus Sacerdotem, & pars inverſa ejuſdem manus ponatur ſupra Calicem: ne ab hoc decidat aliquid; deinde Sacramento caput profunde inclinat; poſtmodum prius ponit birretum in capite, mox ſurgit, & ſine alia reverentia inceſſum ſuum proſequitur cum birreto in capite. Sacerdos autem celebraturus Miſſam ſolemnem, cum impedimentum Calicis non habeat, antequam genuflectat, diſcooperit caput, ſimiliter & Miniſtri ejus, & deinde poſtquam ſurrexerit, cooperit caput, nec illico, ſed poſtquam a conſpectu Sacramenti ſe ſubtraxerit; ita Caval. De Sacerdote vero, & Miniſtris ejus, dum ſunt ad Altare, in quo eſt expoſitum Sacramentum, dictum eſt art. præcedenti, & rurſus dicetur art. ſequenti, ubi de Ritu celebrandi Miſſam coram Venerabili expoſito.

*Genuflexio utroque genu eſt facienda a tranſeuntibus ante SS. Sacramentum, etiamſi fuerit in pyxide patenter expoſitum. S.R.C. 7. Maji 1746. in Varſavien. apud Caval. to. 4. c. 10. d. 4.* Itaque etſi Euchariſtiæ Sacramentum in Tabernaculo aſſervatum, ac latens oſtiolo clauſo, adoretur unicum genu flectendo: utrumque tamen genu flectendum eſt, quando adoratur quomodolibet expoſitum, ſive in Oſtenſorio etiam velato, ſive in Pyxide etiam intra Tabernaculum, ſed hujus oſtiolo aperto: ſic enim ut ſpecialiter adoretur, Fidelibus proponitur; ſpecialis ergo ei competit adoratio, & veneratio: ut animadvertit *Caval. l. cit.* confer infra dicenda *n.* 30.

18 *Ante SS. Sacramentum publice expoſitum non fiat Concio capite tecto: non obſtante quacumque conſuetudine, & abuſus omnino eſt tollendus. S.R.C. 16. Febr. 1630. in Belgica, & antea 28. April. 1607. in Illerden. 9. Decembr. 1622. in Giennen.* apud Merat. ind. decr. Miſſ. *n.* 353. & Caval. *to.* 4. *c.* 7. *d.* 29. & *to.* 5. *c.* 11. *n.* 11. ubi etiam teſtatur, hoc Decretum confirmatum fuiſſe a ſummo P. Clemente XI. Conſtitut. pro Orat. 40. horar. an. 1705. & ab aliis Pontificibus; vide dicenda *nu.* 116. Aliqui volunt hoc tantum eſſe obſervandum, ſi concionetur intra Chorum, in quo Sacramentum proſtat; ſecus ſi cathedra ſit in Navi Templi, ſeu infra Chorum. Meratus vero tom. 1. par. 2. tit. 6. n. 38. fine, allegatum Decretum intelligit ita, ut quando SS. Sacramentum eſt ſuper Altare expoſitum, ſive ſermo habeatur in pulpito, vel ante Altare in cornu Evangelii: ſemper tamen Concionator ſtare debeat capite detecto. Teſte autem La Croix lib. 6. par. 2. qu. 68. §. 3. n. 479. praxis habet, ſi autem cathedram, & Sacramentum expoſitum nihil intercedat, ut concio fiat nudo capite. Itaque tam audientes concionem, quam Concionator coram SS. Sacramento publice expoſito ſtare debent detecto capite; ſi autem ob longitudinem concionis ſtare non poſſint, ſedere quidem poterunt, ſed nudo ſemper capite. *Caval.*

*val. in cit. d.29.n.7.* Quod ſi tempore concionis Velum extendatur ante Sacramentum: quemadmodum nonnullarum Eccleſiarum fert uſus, teſte Caval. in cit. d. 29. n. 9. tunc licitum reputatur omnibus ſedere, & Concionatorem, vel Clerum uti poſſe birreto clericali, aut parvo pileolo; quem uſum approbat Caval. aitque, eſſe admodum opportunum: dum enim Sacramentum, quod prius patebat, deinde velatur, quodammodo quaſi reconditur: unde nonnulla tunc admitti poſſunt, ſeu tolerari, quæ minus licent, dum diſcoopertum patet; ita Caval. qui tamen to. 5. c. 11. n. 11. ait: ſe opinari, quod ſi concio habeatur ad Altare, in quo SS. Sacramentum ſtat publicæ venerationi expoſitum, aut intra Presbyterium, ſi ſit expoſitio ad Altare majus, in his caſibus, etſi SS. Sacramentum Velo cooperiatur, concio habenda ſit detecto capite: quia prædicta velatio non tollit, quod SS. Sacramentum adhuc publicæ ſit venerationi expoſitum; nec facit, quod concio non habeatur ante ipſum SS. Sacramentum expoſitum &c. Si autem concio habenda ſit in Eccleſia extra loca prædicta; ut habeatur capite tecto, ſufficere, ait, quod SS. Sacramentum cooperiatur ut ſupra: quia ly *ante* in allegato Decreto non debet ſumi ita late, ut ſe extendat ad totam Eccleſiam, præcipue ſi Eccleſia ſit aliqualis amplitudinis &c. ita Caval. Sed hæc ratio æque probat, extra loca prædicta haberi poſſe concionem tecto capite, Sacramento etiam non velato. Cui tamen obſtat praxis, ex teſtimonio P. La-Croix ſuperius allegato.

Dictum eſt ex eodem Caval. velato Sacramento, tunc admitti poſſe, ſeu tolerari nonnulla &c. quia ut ipſe Caval. animadvertit, cum reipſa Sacramentum adhuc expoſitum in Throno reſideat, etſi velatum, tanti Sacramenti ſolemnis præſentia exigit, ut non conſideretur plane reconditum: quapropter abſtinendum eſt ab iis, quæ magnam præſeferunt irreverentiam: cujuſmodi ſunt, eidem directe terga vertere, aut pileis, vel galeris caput tegere. Idque dictum ſit etiam, atque procedat pro expoſitionibus in quibus exponitur Pyxis, aut Sacramentum ab initio velatum: ut ſatis inſinuant dicta ſuperius, & videri poſſunt dicenda Art. ſequenti fine. Quo ad conciones coram Venerabili expoſito in Eccleſiis Romanæ Urbis: vide §. 32. *Inſtruct. Clement.* Quo ad Sedes permiſſas coram eodem Venerabili expoſito Epiſcopis, Gubernatoribus Civitatis, ſeu Perſonam Regiam repræſentantibus; videantur dicenda in §. 25. Inſtructionis laudatæ n. 107.

## ARTICULUS V.

### *De Miſſa.*

In Altari, ubi expoſitum eſt Sacramentum, non conveniret Miſſas celebrari, niſi pro eo exponendo, & reponendo, ex *Cærem. Epiſc. lib. 1. c. 12. Gavant. in rubr. Miſſ. par. 1. tit. 14. n. 17. Inſtruct. Clem.* §. 12. & ex ſequentibus Decretis: *Miſſam in Altari majori, ubi eſt expoſitum publice Sacramentum, non licet celebrare, præſertim ſi in Eccleſia adſunt alia Altaria, in quibus celebrari poſſit. S. R. C. 9. Aug.* 1670. *in Bononien.* apud *Merat. ind. decret. Miſſ. n.* 443. & apud *Caval. tom. 3. c. 7. d.* 30. *Non debet cantari, neque cele-* 19

brari

*brari Miſſa in Altari , ubi expoſitum eſt SS. Sacramentum , niſi ſit pro eo exponendo : at ſi ex neceſſitate opus eſſet , populus benedicendus eſt more conſueto , & non cum SS. Sacramento* . *S.R.C.* 13. *Junii* 1671. *in Angelopolitana* . apud *Caval. l. cit. d.* 31. & in opere Merati in 2. *append. decretor. Miſſ. n.* 748. vide dicenda *art.* 6. *fine* . Poſſe tamen ex neceſſitate celebrari Miſſas etiam privatas in Altari, ubi eſt expoſitum Sacramentum, plane ſignificatur in præfato poſteriori Decreto , & item in Decreto ſequenti : *Quando frequenter fiunt Expoſitiones Sanctiſſimi publice in majori Altari , & præter Miſſam ſolemnem dicuntur etiam Miſſæ privatæ ad idem Altare majus : tam in iſtis Miſſis , quam in aliis , quæ celebrantur ad alia Altaria minora , fieri poteſt commemoratio de SS. Sacramento durante expoſitione* . *S. R. C.* 7. *Maji* 1746. *in Verſavien.* apud *Caval. l. cit. d.* 39. Neceſſitatem populi in die de præcepto , & reverentiam Sacramenti , aut devotionem ejuſdem populi , cui aliter conſuli , & ſatisfieri non valeat : pro neceſſitatis exemplo , ut Miſſas liceat celebrare ad Altare , ubi expoſitum eſt Sacramentum : ponit Caval. in cit. d. 30. n. 2. nimirum ait : poſſe celebrari Miſſam ad Altare expoſitionis , præcipue quando urget præceptum audiendi Miſſam , & in Eccleſia non eſt ; niſi Altare Expoſitionis ; tunc enim , ſi nulla alia Eccleſia adſit in loco , non poteſt alias populus ſatisfacere præcepto ; & quatenus alia adſit ; cogeretur alio divertere , & Sacramento diminueretur admodum adoratorum copia , cum periculo remanendi ſine adoratoribus , præſertim in locis ruralibus, in quibus ſolummodo una , vel altera habetur Miſſa, & infrequens valde reperitur populus . Quod incommodum ſi in diebus etiam ferialibus timeatur , evenire poſſe, concedit in Eccleſiis prædictis unam item , vel alteram Miſſam celebrari poſſe ad Altare , in quo eſt expoſitum Sacramentum , ad ſatisfaciendum devotioni populi , & votis ejuſdem , & ad conſulendum honori SS. Sacramenti . Videtur etiam quod generaliter loquendo , in omni caſu , quo , ſi aliter fiat , accurrente populo ad Miſſas in aliis Altaribus , Sacramentum remaneret ſine competenti adoratorum cultu , poſſet celebrari Miſſa ad Altare expoſitionis .

Diebus , quibus prohibentur Miſ- 20
ſæ votivæ , non poteſt dici Miſſa votiva de Sacramento lecta , vel cantata , ſive ſolemnis , etiam pro eo exponendo , vel reponendo : unde *Miſſa de Dominica , ſeu de feſto duplici , ſi illa die occurrat , debet dici cum commemoratione SS. Sacramenti ad formam Rubricarum Miſſalis , quando fit particularis proceſſio cum SS. Sacramento in aliquibus Dominicis , ſeu aliis diebus cujuslibet menſis* . *S.R.C.* 6. *Decembr.* 1653. *in Fanen. apud Cavaler. to.* 4. *c.* 19. *n.* 7. *decr.* 21. & iterum : *ubi eſt Confraternitas SS. Sacramenti, quando in una Dominica cujuslibet menſis fit proceſſio intra , vel extra Eccleſiam cum SS. Sacramento , debet dici Miſſa de Dominica* . *S. R. C.* 24. *Januar.* 1693. *in una Galliarum* . apud *Caval. tom.* 4 *c.* 7. *d.* 34. Debet dici Miſſa *de Dominica* , vel de feſto duplici occurrenti : confer Decretum ejuſdem S. C. allegatum tr. 2. in feſto Corp. Chr. ſeu fer. V. poſt Dom. I. Pentecoſt. ſect. 1. ſubſ. 7. §. 6. n. 54. Celebranda eſt Miſſa cum commemoratione SS. Sacramenti : atque adeo Miſſa de



Digitized by Google

Officio occurrenti etiam in caſu, quo facienda ſit ſolemnis Proceſſio Sacramenti translata a die Corporis Chriſti, in qua ob aliquam cauſam non potuerit alicubi celebrari, ad aliquam diem Dominicam poſt Octavam. Porro quamvis Miſſæ votivæ ſolemnes liceant ex cauſa gravi diebus, quibus interdicuntur votivæ privatæ, ſed non univerſim; & quamvis Expoſitio publica Sacramenti nonniſi ex cauſa gravi debeat haberi, quemadmodum diximus art. 1. attamen cum, juxta ibidem dicta, ad hujuſmodi expoſitionem non adeo gravis cauſa requiratur; contra vero pro Miſſa votiva celebranda: ideo non omnis cauſa ſufficiens ad expoſitionem Sacramenti ſolemnem poteſt ſimul eſſe valida, ad reddendam licitam celebrationem Miſſæ votivæ etiam ſolemnis diebus prædictis: ut obſervat Cavalerius in decr. 33. n.4. & in d. 38. n. 3. Cæterum cum ex Decreto S. R. C. 13. Febr. 1666. apud Caval. cit. d. 33. approbetur, & concedatur Miſſa ſolemnis votiva de SS. Sacramento, quando exponatur pro initio ſpiritualium Exercitiorum, diebus, in quibus non liceant Miſſæ Votivæ; ad quas cæteroqui Exercitationes totus non ſolet occurrere ſimul populus, aut major ejuſdem pars, & quandoque dumtaxat aliqua Congregatio, vel Collegium: idcirco, ait Caval. in cit. d. 33. n. 5. ubi circumſtantiæ Expoſitionis unitur gravis cauſa aliqua, quæ non particularem perſonam præcipue tangat, ſed plures, aut Congregationem, vel Collegium; ſcrupulis inſiſtendum nimis non eſt, in admittendis, ut ſupra, Miſſis votivis ſolemnibus SS. Sacramenti; vide etiam infra dicenda n. 24. Quæ dicta ſimiliter ſint de Expoſitione SS. Sacramenti media Pyxide, ita ut inſpiciendum ſit ad cauſam Expoſitionis, & ex hac ſuper Miſſis ut ſupra judicandum; ita Caval. Sunt autem nonnulli dies, in quibus ne quidem ratione Expoſitionis ſolemnis Sacramenti pro Oratione quadraginta horarum poteſt dici Miſſa ſolemnis votiva de Sacramento; quinam vero hi ſint? explicabimus infra n. 54.

Si coram Venerabili expoſito dicatur Miſſa etiam privata correſpon- 21
dens Officio, color quoque Veſtium Sacerdotalium erit conformis Officio: ut declaravit S. R. C. Cum enim quæſitum fuiſſet: *Dum ſit expoſitio SS. Sacramenti ratione ſolemnitatis ad populum in Dominicis privilegiatis, vel aliis, qualis debeat adhiberi color in Miſſis celebrandis de Dominica ad Altare majus, ubi manet expoſitum SS. Sacramentum: an albus competens ſolemnitati ratione expoſitionis SS. Sacramenti: an violaceus? Reſponſum fuit: in Altari, ubi eſt publice expoſitum SS. Sacramentum, ſi celebretur Miſſa diei, celebrari debet cum paramentis feſto, ſeu Officio convenientibus. S. R. C. 29. Januar. 1752. in una Ordin. Carmelit. Excalceat. Prov. Polon. ad 3. dub. apud Caval. to. 5. in Collect. recentior. decretor.* Videri etiam poteſt §. 18. Inſtructionis Clement. Si autem dicatur Miſſa Votiva de Sacramento ſive ſolemnis, ſive privata, color Veſtium Sacerdotalium erit albus, ex Rubr. gener. Miſſ. tit. 18. num. 2.

Quando coram SS. Sacramento ſo- 22
lemniter expoſito dicitur Miſſa ſolemnis de die, ſeu de feſto occurrenti pro Expoſitione quadraginta horarum, aut pro alia cauſa vere gravi, dicitur in Miſſa Oratio unica feſti,

Digitized by Google

feſti, ſeu de die: ſed facienda eſt commemoratio SS. Sacramenti ſub unica concluſione cum Oratione feſti, ſeu de die; vid. Caval. cit. c. 7. comment. in decr. 30. & dicenda in cit. §. 12. Inſtruct. Clement. n. 83. In Collegiatis, quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio quadraginta horarum, vel Spiritualium Exercitiorum, ſi accidat in feſto 1. aut 2. claſſis, ſive in Dominica privilegiata 1. vel 2. cl. & dicatur unica Miſſa cantata de die, ſeu de feſto, facienda eſt in ea commemoratio SS. Sacramenti, ex Decreto *S. R.C.* 13. *Febr.* 1666. *in Romana. apud Caval. to.* 4. *c.* 7. *d.* 33. vid. dicenda *in cit.* §. 12. *Inſtruct. Clement. Miſſa de Dominica, ſeu de feſto duplici, ſi illa die occurrat, debet dici cum commemoratione SS. Sacramenti ad formam Rubricarum Miſſalis, quando fit particularis Proceſſio cum SS. Sacramento in aliquibus Dominicis, ſeu aliis diebus cujuslibet menſis. S. R. C. 6. Decembr.* 1653. *in Fanen. apud Merat. ind. decret. Miſſ. n.* 313. Confer Decretum *in una Galliar.* datum ſuperius *n.* 20.

Quando autem dicitur Miſſa ſolemnis de feſto, ſeu de die coram Venerabili expoſito pro aliqua ex communibus, & ordinariis gravibus cauſis communiter ſufficientibus ad hujuſmodi expoſitionem: tunc in Miſſa de feſto, ſeu de die fit commemoratio SS. Sacramenti poſt omnes alias commemorationes de præcepto, ſeu a Rubrica præſcriptas, ſi occurrant; & in Miſſis ſolemnibus feſtorum 1. & 2. cl. eſt facienda ſub unica concluſione, ex Decreto S. C. R. hujus tenoris: *Dum Miſſa cantatur coram SS. Sacramento poſt omnes alias commemorationes de præcepto: & in Miſſis ſolemnibus tantum feſtorum* 1. & 2. *claſſis eſt facienda ſub unica concluſione. S.R.C.* 23. *Junii* 1736. *in Burgen.* & 16. *Febr.* 1737. *apud Caval. d.d.* 37. & 38. vide eum in cit. *d.* 38. *n.* 1. & 4. ubi docet, faciendam eſſe commemorationem SS. Sacramenti in dictis Miſſis ſolemnibus feſtorum 1. & 2. cl. ſub unica concluſione cum Oratione feſti, non poſt dictas commemorationes, etſi minime ceſſent. Item putat eodem n. 4. in Dominica Palmarum, & Vigilia Pentecoſtes, ſi diceretur Miſſa ſolemnis coram Venerabili ſolemniter expoſito, faciendam eſſe commemorationem Sacramenti ſub unica concluſione cum Oratione Dominicæ, aut Vigiliæ prædictæ: quarum Miſſæ cum per Rubricas factæ ſint immunes commemorationibus ipſis ſimplicium, atque orationibus, quæ juxta temporis contingentiam dici deberent: idcirco videntur, ait, item ineptæ ad ſuſtinendas diſtinctas orationes arbitrarias, & de mandato: unde in earum Miſſa ſolemni cum oratione diei unienda erit Collecta Sacramenti; ita ille, cujus ſententiæ nos adhæremus.

In omnibus Miſſis privatis de die, ſeu de feſto occurrenti, quæ dicantur in Eccleſia, ubi eſt ſolemniter expoſitum Sacramentum, etiam ex alia cauſa, quam pro oratione quadraginta horarum, facienda eſt commemoratio SS. Sacramenti, etiam ad alia Altaria; ubi non eſt expoſitum; commemoratio autem facienda eſt poſt omnes alias commemorationes de præcepto, ſeu a Rubrica præſcriptas: dummodo non occurrat feſtum 1. vel 2. cl. tunc enim non eſt facienda prædicta commemoratio in prædictis Miſſis ex Decr. *S.C.R.* 16. *Febr.* 1737. & 2. *Septemb.* 1741. & 7. *Maji* 1746. *in Varſavien.* apud Caval.

val. *d.d.* 36. 37. *&* 39. Non excluditur autem commemoratio a Miſſis privatis Dominicarum 1. *&* 2. *cl.* & ſimilium dierum, quæ hujuſmodi ritu donantur ſolum in ordine ad excluſionem aliorum Officiorum occurrentium, ut alibi notavimus. Excipit vero *Caval. comment. in d.* 35. *n.* 2. Dominicam Palmarum, & Vigiliam Pentecoſtes, in quarum Miſſa privata non eſſe faciendam commemorationem SS. Sacramenti ſolemniter expoſiti, arguit ex eo quod earum Miſſa per Rubricas adeo donata ſit privilegio unicæ orationis, ut etiam occurrentium ſimplicium commemerationem expellat. *Commemoratio de SS. Sacramento in Miſſis privatis poterit fieri, quando ejus expoſitio fiat pro publica cauſa, etiamſi Sacramentum expoſitum ſit in Pyxide.* S. R. C. in eodem cit. Decreto diei 7. *Maji* 1746. apud Caval. *d.* 40. Si itaque Expoſitto Sacramenti in Pyxide fiat, ut regulariter ſic fieri ſolet, ob cauſam particularem, atque privatam, puta ob infirmitatem, aut tribulationem alicujus particularis perſonæ, facienda non erit commemoratio Sacramenti; bene vero, ſi expoſitio fiat ſic pro publica cauſa: etſi ſufficiat quælibet reputata publica, & gravis juxta vulgarem uſum, & praxim, ſecundum dicta ſuperius. *Caval. l. cit.*

23 *In Miſſis votivis privatis de SS. Sacramento, & de Officio duplici, quæ celebrantur in Eccleſiis, ubi adſit SS. Sacramentum expoſitum occaſione XL. horarum, non dicitur* Credo, *niſi aliter competat Miſſæ Officii duplici de die. S.R.C.* 2. *Decemb.* 1684. *in una Canon. Regul. Lateran.* apud *Caval. tom.* 4. *c.* 7. *d.* 41. *& Merat. ind. decr. Miſſ. nu.* 470. Confer §. 17. *Inſtruct. Clem.* recitandum inferius *n.* 90. Miſſæ igitur privatæ de Officio occurrenti, eodem prorſus ritu dicendæ erunt, & pacto, ac ſi Sacramentum non eſſet expoſitum, cum ſola additione Collectæ de Sacramento: ſi quidem ſit expoſitum ex cauſa publica, ut ſupra. Specialia vero reverentiæ ſigna, quo ad Miſſam ad Altare, ubi eſt expoſitum Venerabile, celebratam, inferius exponemus.

Miſſa de Sacramento votiva, ſive quæ cantetur, ſive quæ legatur, erit ea, quæ habetur in Votivis circa finem Miſſalis, non autem quæ in feſto Corporis Chriſti; adeoque non eſt dicendus hymnus, ſive Sequentia poſt Epiſtolam, niſi caſus accidat infra ipſam Octavam Corp. Chr. *Caval. comment. in cit. d.* 41. *n.* 3. *& comment. in* §. 12. *Inſtruct. Clem. n.* 5. *fine. Gavant. & alii*; & poteſt argui a fortiori ex Decreto S. C. pro recitantibus Officium hebdomaticum SS. Sacramenti, hujus tenoris: *Recitantes ex legitima conceſſione Officium SS. Corporis Chriſti in qualibet feria V. per annum non impedita feſto novem lectionum, illud perſolvere debent ut in die ejuſdem ſolemnitatis; Miſſam vero debent celebrare, quæ eſt votiva de SS. Sacramento. S. R. C.* 12. *Julii* 1664. *in una Ordin. Minor. de Obſervant. apud Caval. to.* 2. *c.* 24. *d.* 14. De qua Miſſa egimus nos tr. 1. lib. 2. par. 2. in fine. V. art. 2. ſect. 2. ubi allegavimus auctoritatem Franciſci De-Lugo docentis, veniale eſſe, ſi in Miſſa votiva de SS. Sacramento dicatur Sequentia, quæ eſt in Miſſa feſti Corp. Chr. Non eſt igitur recitanda, niſi, ut dicebamus, caſus expoſitionis accidat infra Octavam Corporis Chriſti; etſi enim S. R. C. declaraverit quod

quod *infra Octavam Corporis Chriſti prohibentur Miſſæ votivæ quæcumque, vel pro Defunctis :* approbante Clemente X. 21. Junii 1670. apud Caval. tom. 2. c. 9. d. 3. nihilominus in §. 12. Inſtructionis Clement. pro expoſitione Sacramenti ratione orationis quadraginta horarum, aſſignatis diebus, quibus non liceat Miſſa votiva etiam ſolemnis de Sacramento ratione expoſitionis prædictæ, non adnumerantur dies infra Octavam Corporis Chriſti; unde dicendum eſt, ex præfata Inſtructione licere Miſſam ſolemnem votivam de SS. Sacramento infra laudatam Octavam, ſi ex ſpeciali cauſa gravi, & publica exponatur Venerabile. Quemadmodum, etſi ex allegato Decreto Miſſæ Defunctorum ſimpliciter videantur excludi ab Octava Corporis Chriſti: nihilominus eas non abſolute, & ſimpliciter excludi, ſed ſolemnes eſſe conceſſas Corpore præſente: conſtat ex aliis Decretis poſterioribus, ut videre eſt hic cap. 8. art. 3. n. 23. & dictum eſt tr. 2. ubi de Miſſa infra Oct. Corp. Chr. Id ſignificat etiam Cavalerius, dum commentario in allegatum Decretum, ſic habet : *Dictio* quæcumque *adeo univerſalis eſt, ut omnia includat, & nihil excludat; an autem modo in tota ſua univerſalitate ſit accipienda? alibi dictum eſt.* Deinde tom. 4. c. 7. comment. in decr. 33. n. 2. enumeratis diebus, quibus, ut dictum eſt, excluditur Miſſa votiva etiam ſolemnis ab Inſtructione laudata : ſubdit : *In aliis vero diebus, Miſſa votiva ſolemnis fieri poterit de Sacramento, aut de neceſſitate, pro qua ſit Expoſitio.* Rurſus comment. in §. 12. Inſtruct. Clement. iterum enumeratis diebus prædictis exceptis, in quibus, ut diximus, non deſcribuntur dies infra Octavam Corporis Chriſti : concludit : *Ex quibus ſequitur diebus omnibus aliis Miſſam votivam SS. Sacramenti non eſſe inhibitam:* & infra n. 5. fine ait : *Quod vero dictum eſt de Miſſa votiva cantanda, fallit infra Octavam Corporis Chriſti; tunc enim non Miſſam votivam, ſed Miſſam ut in feſto Corporis Chriſti dicendam eſſe, tametſi Officium fieret de Sancto, aperte eruitur ex Decreto S. R. C. 2. Decembr.* 1684. Hæc Cavalerius. Porro quando dicitur Miſſa votiva de aliquo feſto habente Octavam, infra Octavam dicitur ut in feſto; vide dicta a nobis tr. 1. in fer. V. ſupra cit. ſect. 2. n. 15.

Quando dicitur Miſſa Votiva de 25
Sacramento tempore Paſchali, additur *Alleluja* : ſicut in cæteris Votivis.

Si fit expoſitio SS. Sacramenti pro cauſa publica, ſeu re gravi, & celebretur Miſſa votiva de eo ſolemnis, dicatur unica oratio, *Gloria* & *Credo*. Gavant. *in Rubr. Miſſ.* par. 2. tit. 14. n. 3. Pelliz. Man. Regul. tr. 5. c. 9. ſect. 2. qu. 7. n. 39. Tambur. meth. celebr. Miſſ. l. 2. c. 6. §. 1. num. 4. La Croix lib. 6. par. 2. qu. 63. §. 3. num. 466.

Si autem dicatur Miſſa votiva privata de Sacramento, non eſt dicendum in ea *Credo*. ex *Decr. S. R. C. 2. Decemb.* 1684. apud Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *d.* 41. *Inſtr. Clement.* §. 16. *& Author cit.* Neque *Gloria*. *Rubr. Miſſ. ante Miſſ. votiv. & Inſtruct. Clement. loc. cit.*

In Miſſa votiva privata de Sacramento dicuntur orationes plures numero impari : puta tres, quinque, aut ſeptem : (non ſupra ſeptem; vid. Caval. tom. 3. cit. comment. in decr. 7. n. 6.) juxta Rubr. de Miſſis votivis privatis : etſi non neceſſario di-

cendæ

Digitized by Google

cendæ ſint collectæ impares: conſtat enim ex declaratione S. R. C. 2. Decembr. 1684. quod in Miſſa de ſemiduplici, vel ſimplici, vel votiva non ſint neceſſario dicendæ Collectæ impares: puta tres, quinque, vel ſeptem. apud Caval. tom. 3. c. 11. in d. 2. n. 10. & Merat. ind. decr. Miſſ. n. 476. confer dicta tr. 1. lib. 3. 3. Febr. n. 5. Secunda oratio erit de eo, de quo fit Officium: tertia vero, ſi non occurrat facienda commemoratio aliqua, puta feſti ſimplicis, erit ea, quæ ſecundo loco dicenda aſſignatur juxta diverſitatem temporis; ſi autem dicatur infra aliquam octavam, tertia oratio erit, quæ pro ſecunda aſſignatur infra eamdem octavam; non item vero ſi dicatur extra octavam, etiamſi Miſſa votiva de aliquo feſto habente octavam ſuo loco, quando recurrit; quapropter in Miſſa votiva SS. Sacramenti tertia oratio non erit, quæ pro ſecunda aſſignatur infra Octavam Corporis Chriſti, ſed prædicta, juxta Rubricam generalem de Miſſis votivis, (quæ non ſint de B. Maria:) & declaratur in ſequenti Decreto: *In Miſſa votiva SS. Sacramenti tertia oratio dicenda eſt, quæ ſecundo loco erit dicenda ratione temporis occurrentis; non vero ea, quæ eſt aſſignata ſecundo loco infra octavam ejuſdem SS. Sacramenti. S. R. C.* 4. *Julii* 1705. *in Lycien. apud Cavaler. decr.* 42.

4 P. Didacus De Avendanno apud Gobat *tr.* 3. *nu.* 731. *in append.* exiſtimat, congruum eſſe, inclinari caput in Miſſa de Sacramento, ubi in Collecta nominatur Sacramentum; nec contradicit La Croix l. ſupra cit. qu. 69. §. 2. n. 481. admittit Gobat, ſi uſus adſit; recipit, approbatque Meratus tom. 1. par. 1. tit. 4. num. 29 & iterum meminit par. 4. tit. 12. num. 33.

In Miſſis votivis de Sacramento dicitur Præfatio tantum de Nativitate: & in fine Miſſæ Evangelium conſuetum S. Joannis. Tambur. vid. dicta tr. 1. in Septemb. par. 1. n. 14. fine: cum *Ite Miſſa eſt*; in Miſſa votiva de Sacramento ſolemni: quia dictum eſt *Gloria in excel.* contra vero cum *Benedicamus Domino*; in Miſſa votiva privata: quia non eſt dictum *Gloria in excel.*

26 *Durante expoſitione SS. Sacramenti occaſione XL. horarum, regulariter celebrari non poteſt Miſſa privata de* Requiem*; licet occurrat Officium hujuſmodi Miſſas admittens; neque cantari poteſt Miſſa Defunctorum pro adimplenda mente Teſtatoris, ſive Anniverſario ſatisfaciendo. S. R. C.* 2. *Decemb.* 1684. *in una Canon. Regul. Lateran. In Eccleſiis, in quibus occaſione XL. horarum expoſitum detinetur Auguſtiſſimum Sacramentum, congruentius abſtinendum eſt a celebratione Miſſarum Defunctorum: etiamſi ex præſcripto Teſtatorum eſſent celebrandæ. S. R. C.* 27. *April.* 1697. *in Eugubina. Miſſa de* Requiem *extra Altare, ubi eſt expoſitum SS. Sacramentum etiam in Pyxide, poterunt celebrari: dummodo tamen Oratio coram Sacramento non ſit pro publica cauſa. S. R. C.* 7. *Maji* 1746. *in Verſavien.* apud Caval. *to.* 4. *c.* 7. *d.d.* 43. 44. 45. Rurſus videatur §. 27. *Inſtruct. Clement. Miſſa de ſemiduplici, vel voto, vel de feria celebrata in Altari privilegiato, in quo eſt expoſitum SS. Euchariſtiæ Sacramentum, ſive in Oſtenſorio, ſive in Ciborio, ſuffragatur Defunctis, ac ſi de* Requiem *diceretur. S. C. de Indulg. ſacriſq. Reliq.* 20. *Julii* 1751. *apud Caval. tom.* 5. *c.* 26. *n.* 12. *decr.* 7.

Ex

Digitized by Google

Ex his Decretis habemus primo : non eſſe celebrandas Miſſas Defunctorum, nequidem in paramentis violaceis, ad Altare, ubi eſt expoſitum SS. Sacramentum, licet in Pyxide, ſeu etiam ex cauſa privata ; & in hac circumſtantia Miſſam non de *Requiem* prodeſſe Defunctis æque, ac ſi foret de *Requiem*, etiam in Altari privilegiato. Habemus ſecundo : extra Altare, ubi eſt expoſitio Sacramenti, poſſe celebrari Miſſas privatas Defunctorum, ſi expoſitio in Eccleſia ſit ex cauſa privata ; quo caſu eſt congrua ratio ex Caval. in cit. d. 45. fine, non adhibendi colorem nigrum, ſed violaceum, utpote qui eſt minus lugubris : porro in colore etiam violaceo celebrari poſſunt Miſſæ Defunctorum, uti vidimus tr. 1. lib. 3. 2. Novembr. Habemus tertio non eſſe tamen, etiam extra Altare Expoſitionis, regulariter celebrandas Miſſas Defunctorum, ſi Expoſitio, etiam in Pyxide, in Eccleſia ſit ex cauſa publica : cujuſmodi eſt Expoſitio quadraginta horarum, vel pro initio Spiritualium Exercitiorum ; &, ut ſupra diximus ex Caval. comment. in d. 34. fine, quoties circumſtantiæ Expoſitionis unitur gravis cauſa aliqua, quæ non particularem perſonam præciſe tangat, ſed plures, aut Congregationem, vel Collegium.

Dicitur in Decreto priori : *regulariter* non eſſe celebrandas : quia non excluduntur Miſſæ cantatæ Conventuales, quæ ex Rubricarum præcepto quandoque occurrunt : ut prima die menſis non impedita, & in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum : quemadmodum obſervat Caval. commentar. in idem Decret. cit. 43. n. 2. Sed & Miſſæ privatæ celebrantur de *Requiem* in die Commemorationis præfatæ, aut omnium Defunctorum Ordinis alicujus. Porro Miſſæ Defunctorum ſunt ea die occurrentes : & quidem adeo ut de *Requiem* dicendæ ſint etiamſi duplex feſtum occurrat : ut ſuo loco vidimus. Affert Cavalerius num. 3. exemplum Eccleſiæ S. Ignatii in Urbe. Conformiter item loquendo ad ſupra modo dicta, congruentius videtur, ſi in dicto caſu adhibeatur color violaceus. Ad Altare tamen Expoſitionis nequidem in paramentis violaceis dicendæ ſunt Miſſæ de *Requiem* : quia adhuc Miſſa undequaque lugubris eſt : ab eo autem Altari, in quo Chriſtus glorioſus ſpecialiter micat, abeſſe debent lugubria quæque ; rurſus quia ab Altari expoſitionis Miſſæ de *Requiem* excluduntur abſolute ex Decreto anni 1746. ſuperius allegato, quemadmodum animadvertit Caval. in illud Decretum n. 2. Quando autem Rubricæ Miſſas Defunctorum non ponunt in præcepto, ſed in arbitrio Celebrantis ; non ſunt celebrandæ, ſi expoſitio ſit ex cauſa publica ; vid. Caval. l. cit. n. 4.

*Neque cantari poteſt Miſſa Defunctorum pro adimplenda mente Teſtatoris, ſive Anniverſario faciendo* : dicitur in priori Decreto ex nuperallegatis. Solemnes itaque, atque cantatæ, tamquam impeditæ, in diem alterum erunt transferendæ, cum privilegio ut celebrari valeant in prima die etiam feſto duplici majori impedita ; privatæ vero ſupplendæ erunt per Miſſam de die cum applicatione Sacrificii : quæ ſi celebrentur in Altari privilegiato, æque ſuffragabuntur Animabus Purgatorii, ac ſuffragarentur Miſſæ de die, quoties Miſſæ de *Requiem* a feſto duplici impediuntur. Caval. nu. 6. videantur dicta tr. 1.

2. Novemb. art. 2. nu. 104. Docet etiam Caval. *l. cit.* & *tom.* 3. *c.* 15. *in decr.* 15. *fine*: Expoſitionis tempore inferenda non eſſe Cadavera in Eccleſiam, & quando neceſſitas ea inferri cogeret, eſſe tumulanda privatim, & abſque ſolemnitate ulla, adeoque ſine Miſſa. Idipſum, monet eodem *tom.* 3. *c.* 16. *in decr.* 1. *fine*, eſſe præſtandum in Exequiis etiam parvulorum; vid. dicenda c. 8. art. 2. fine.

Quamvis autem prohibeantur Miſſæ Defunctorum tempore Expoſitionis Sacramenti ex cauſa publica: etiam extra Altare expoſitionis; non ſic vero Collectæ pro Defunctis: ex Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *in d.* 43. *nu.* 5. qui admittit hujuſmodi Collectas, quando dicendæ ſunt in Miſſa de die ex præcepto Rubricæ, aut etiam quando Rubrica dat facultatem, illas addendi in Miſſa de die; etſi fateatur, non eſſe laudabile, uti facultate prædicta in hujuſmodi caſu. Quotieſcumque tamen additur, penultimo ſemper fiat loco; vid. 2. Novembr. n. 106. Dicit autem La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 64. §. 4. *n.* 450. quod expoſito Venerabili, nulla fiat commemoratio pro Defunctis ſolis, procul dubio id procedit de Altari ipſo, in quo eſt expoſitum Venerabile. Porro in repoſitione Venerabilis excludendas eſſe Collectas pro Defunctis, docebimus infra art. 6. cum Caval.

27 Nunc de Ritu oportet dicere, quo celebranda eſt Miſſa coram Venerabili expoſito: & primo de Miſſa cantata, & ſolemni; deinde de Miſſa privata, ſeu lecta. Itaque quo ad Miſſam ſolemnem, omiſſis iis omnibus, quæ cuicumque Miſſæ ſolemni communia ſunt, ſolum exponemus ea, quæ ſunt particularia Miſſæ prædictæ: in qua primo, Celebrans, & Miniſtri prope, & ante ingreſſum Presbyterii, caput denudare debent, & inferioribus Miniſtris birreta tradere; ut autem devenerint ad Altare, ante infimum hujus gradum flectunt omnes utrumque genu omnino in plano, & etiam caput profunde inclinant, inde ſurgunt, & Sacerdos Miſſam inchoat: in cujus progreſſu, quoties genuflectere, ut infra, contingit, ſemper unicum dumtaxat flectunt genu, ut nimirum facilius, & commodius ſurgant, nec ſimul caput inclinant. Quando autem Sacri Miniſtri genuflectunt prope Altare recedentes, vel accedentes, non imponant extremitates manuum ſuper Altare: quod ſoli Sacerdoti conceditur, quando manus impeditas non habet. Caval. *tom.* 4. *cap.* 8. *comment. in Inſtr. Clem.* §. 30. *n.* 2.

28 Secundo, completa Confeſſione, abſque ulla genuflexione, ſimul cum Sacris Miniſtris Sacerdos aſcendit ad Altare, ubi omnes unicum genu flectunt, & dicta de more Oratione: *Oramus te Domine*; Celebrans genuflectit, & ſurgens, aliquantulum ſe retrahit verſus cornu Evangelii, facie verſa ad cornu Epiſtolæ, & Diacono miniſtrante naviculam acceptam a Thuriferario, qui genuflexus, vel ſtans ad majorem commoditatem Sacerdotis, ſuſtentat thuribulum; de more in hoc imponit incenſum, illudque benedicit: quia ultra Sacramentum cum eo incenſari debet Altare, & ipſemet Sacerdos; Diaconus vero abſtinet a quibuſcumque oſculis. Mox cum debita genuflexione recedente Thuriferario ad locum ſuum, Celebrans iterum ſe conſtituit ad Altaris medium, genuflectit, ſurgit, & cavens cum Sacris Miniſtris,

ne

Digitized by Google

ne terga vertat Sacramento, deſcendit ad ſecundum Altaris gradum, ubi genuflexus in ſuppedaneo, medius inter Sacros Miniſtros, accipit thuribulum de manu Diaconi, & cum Miniſtris præmiſſa profunda reverentia, incenſat illico SS. Sacramentum triplici ductu; interpoſita brevi morula inter unumquemque ductum, iiſdem Miniſtris interim elevantibus poſteriorem partem Planetæ Celebrantis circa brachia, & omnibus aliis manentibus genuflexis. Caval. l. cit. n. 3. & 4. Triplici ductu; ut ſupra, incenſato Sacramento, Celebrans, & Miniſtri ſacri ſe profunde inclinant, poſtea ſurgunt; ac mox Celebrans, habens præ manibus thuribulum, cum Miniſtris Sacris ad Altare accedit, ubi facta genuflexione unico genu, incenſat Altare more ſolito; & dum tranſit ante Altaris medium, una cum Miniſtris ſemper unicum genu flectit. Caval. nu. 5. Si Crux adſit in Altari, eam non eſſe incenſandam: notavimus art. 2. fine, vide ibi dicta. Abſoluta Altaris incenſatione, Celebrans ex parte laterali Epiſtolæ deſcendit in planum, ubi convertit ſe ad populum: (ſed ne terga vertat Sacramento, dum ſe vertit reſpicit cornu Evangelii; & ibi triplici ductu incenſatur a Diacono ſtante contra ipſum, id eſt vertente terga populo, & ſe profunde inclinante eidem Celebranti ante, & poſt incenſationem: interim Subdiacono ſtante a ſiniſtris ipſius Diaconi. Caval. num. 5.

29 Tertio, quoties Celebrans ad populum ſe debet convertere dicturus *Dominus vobiſcum*, vel aliud quodvis, prius (ſiquidem inveniatur in Altaris medio) oſculatur Altare, quando oſculandum eſt, deinde facta genuflexione in medio, ſe parumper retrahit ad cornu Evangelii, & ita ſe vertit ad populum; ut non teneat renes omnino, & directe verſus ad Altare, ſed magis ad idem Evangelii cornu, & ibi dicto, quod dicturus erat, revertitur ad medium Altaris, & iterum genuflectit. Idipſum præſtatur ad *Orate fratres*, quod in hoc caſu non dicitur ut alias, perficiendo circulum. Hæc autem erit ratio oſculandi Altare, quando oſculandum eſt, ut quoties Sacerdos jam eſt in medio Altaris, prius illud oſculari debeat, & poſtea genuflectere: quando vero non eſt in medio, ſed venit ab aliquo Altaris latere, prius genuflectet, & poſtea oſculabitur Altare. Caval. n. 6.

Quarto: ex Merato allegato a 30
Caval. n. 7. in hac Miſſa omittuntur oſcula, tantum, quando fieri debet aliquid, quod ſpecialiter Sacramentum expoſitum dumtaxat reſpiciat; & ideo Subdiaconus dicta Epiſtola, oſculabitur manum Celebrantis more ſolito, & ab illo benedicetur. Diaconus itidem ante Evangelium recipit benedictionem, & manum Celebrantis oſculatur, ſicut & ipſe Celebrans oſculari debet librum Evangelii a Subdiacono ſibi delatum. Rurſus Diaconus ad oblationem ut alias oſculatur Patenam, & manum Celebrantis: uti & in fine Orationis Dominicæ, dum Patenam porrigit Celebranti. Subdiaconus, dum Celebranti defert Evangelium oſculandum, etſi tranſeat ante SS. Sacramentum, huic nullam genuflexionem facit, ob reverentiam ſacri Evangelii. Oſculato autem Evangelii libro a Celebrante, incenſatur more ſolito ipſe Celebrans, qui non deſcendit in planum, ſed in ſuo ſe ſiſtit loco. Cav. l. c.



Digitized by Google

31 Quinto : poſt Offertorium genuflectit Celebrans , aliquantulum ſe retrahit ad cornu Evangelii, ad imponendum incenſum in thuribulum cum benedictione , deinde convertit ſe ad Altare, & genuflectit , ut ſupra faciendum diximus, ad initium Miſſæ , & poſtea de more incenſat oblata : quibus incenſatis, Celebrans, & Diaconus genuflectunt , & poſtea deſcendit Celebrans una cum Diacono, & genuflexus in ſuppedaneo incenſat SS. Sacramentum . Dum hic Sacramentum incenſat Celebrans , convenientius videtur , quod Diaconus genuflexus a dextris ejus in gradu collocetur inferiori . Hæc autem incenſatio id ſpeciale habet , quod licet in aliis Miſſis, dum incenſatur Crux, Calix e medio Corporalis debeat amoveri, non tamen in incenſatione SS. Sacramenti, etſi ſtet loco incenſationis Crucis ; ideo enim in incenſatione Crucis amovetur Calix, quia, cum fiat a Sacerdote ſtante prope Altare, immineret alias periculum effuſionis Calicis, quod non contingit in incenſatione Sacramenti, quæ fit a Sacerdote genuflexo in Suppedaneo . Caval. n. 8.

Peracta incenſatione Sacramenti , Sacerdos eidem facit profundam reverentiam, &.Diacono ſemper comite accedit ad Altare, genuflectit, & deinde incenſat Altare, & poſtea deſcendens in planum, incenſatur a Diacono, ut ad initium Miſſæ . Qui Celebrans in eodem plano , & ſitu exiſtens mox lavat manus , eaſque extergit , & poſtea aſcendit ad Altare, ubi genuflectit in medio , deinde reliqua omnia peragit uſque ad communionem , ut in aliis Miſſis , præter quam ad *Orate Fratres* , de quo diximus ſupra, Caval. *tom.* 5. *c.* 13. *n.* 41. ubi agit de lotione manuum Celebrantis ad Altare, docet, Miniſtrum inſervientem illi ad hujuſmodi lotionem , aquæ ampullam quaſi oſculari. At vero *tom.* 9. *c.* 8. *comment. in cit. Inſtruct. Clement. in cit.* §. 30. *n.* 9. prohibet eidem Miniſtro hujuſmodi ſignum oſculi in Miſſa coram Ven. expoſito. Sed cum lotio prædicta manuum Celebrantis, atque adeo miniſtratio aquæ ad eas lavandas certe non reſpiciat ſpecialiter dumtaxat Sacramentum expoſitum , non videtur id cohærere cum regula illa, quam ex Merato dat ipſe Caval. eodem §. 30. n. 7. quamque noſmodo ſupra deſcripſimus nu. 30. videlicet : in Miſſa coram Venerabili Sacramento expoſito omittenda oſcula tantum , quando fieri debet aliquid, quod ſpecialiter Sacramentum expoſitum dumtaxat reſpiciat.

Diaconus poſtquam incenſavit Celebrantem, procedit ad incenſandum de more Chorum, & redit ad Altare , ſemper cum debitis genuflexionibus, ubi a parte Epiſtolæ incenſat Subdiaconum, & deinde facta genuflexione pergit ad ipſum cornu Epiſtolæ ante Altare, ubi repetita genuflexione ſtans in plano Cappellæ incenſatur a Miniſtro, & poſtea cum genuflexione aſcendit ad Altare ad miniſtrandum Celebranti . Qui vero ultimo loco incenſat populum, facta genuflexione in medio Presbyterii procedit ad ingreſſum ejuſdem Presbyterii, & quaſi ſtans a latere Evangelii , ne terga vertat Sacramento , more ſolito incenſat populum. Cav. cit. n. 9. Miniſter autem non pulſat campanulam ad *Sanctus*, ſed ſolum ad elevationem unum, vel alterum ſignum cum ea dare poterit. Vid. Caval. *Comment.* in §. 16. *Inſtruct. Clem. n.* 2. & 3.

Sexto :

Digitized by Google

32 Sexto: ſumpta Purificatione Celebrans ponit Calicem in cornu Epiſtolæ extra Corporale, poſtea genuflectit, tum accedit ad idem cornu, ubi humeris Sacramento non converſis, ſed facie converſa ad Altare, accipit Calicem, & abluit de more digitos, & ibidem extergit, poſito Calice prope Corporale. Deinde pergit ad Altaris medium, ubi iterum genuflectit, ac mox Calicem accipit, & oblationem ſumit, qua ſumpta Calicem extergit Subdiaconus, & illum de more accommodat. Sumpta oblatione, genuflectit iterum Celebrans, & pergit ad librum, ubi dicit *Communionem*, qua dicta redit ad medium, ubi prius genuflectit, & poſtea oſculatur Altare, quo oſculato nullam genuflexionem faciens (pro qua deſervit genuflexio præmiſſa Altaris oſculo) convertit ſe ad populum, ut ſupra, verſus cornu Evangelii, & dicit *Dominus vobiſcum*. Poſtea ſe reſtituit in medio Altaris, ubi genuflectit, & deinde tranſit ad librum, ex quo legit Orationes, quæ dicendæ occurrunt. His lectis accedit ad medium Altaris, genuflectit, oſculatur Altare, & nullam genuflexionem iterans, dicit, ut ſupra verſus populum *Dominus vobiſcum*. Diaconus vero dicturus *Ite Miſſa eſt*; prius genuflectit, vertit ſe verſus populum, ita tamen ut renes ſemiverſas habeat ad cornu Evangelii, & cantat: *Ite Miſſa eſt*: Subdiacono de loco ſuo minime ſe movente. Caval. num. 10.

33 Septimo: dicto *Ite Miſſa eſt*, & reſponſo *Deo gratias* a Choro, Celebrans, & Diaconus ſe vertunt ad Altare, & genuflectunt: Caval. n. 11. initio. Quod ſi dicendum non ſit *Ite Miſſa eſt*, ſed *Benedicamus Domino*: Sacerdos poſt *Dominus vobiſcum*, accedit ad medium, & genuflectit, & poſtea ſtat verſus Altare, dum Diaconus illud cantat, nec ſe vertit ad populum, nec genuflectit ante, vel poſt. Caval. n. 11. fine. Dicto *Ite Miſſa eſt*: aut *Benedicamus Domino*, & reſponſo *Deo gratias*: Celebrans mox dicit orationem *Placeat*, & interim Diaconus, & Subdiaconus facta genuflexione recedunt e medio Altaris, & Diaconus ſe genuflexum utroque genu collocat in ſuppedaneo verſus cornu Epiſtolæ; Subdiaconus vero in eodem ſuperiori gradu verſus cornu Evangelii, & ibidem genuflexi expectant benedictionem, ad quam ſe ſignant. Finita oratione *Placeat*, Celebrans abſque capitis inclinatione, quia ſtatim debet facere genuflexione, in qua includitur inclinatio, dicit: *Benedicat vos omnipotens Deus*, tunc genuflectit, vertit ſe ad populum ex parte Evangelii modo ſupra dicto, & dat benedictionem more ſolito (confer Decretum in Angelopolitana an. 1671. datum ſuperius n. 19) qua data non perficit circulum, nec redit ad medium pro facienda genuflexione, ſed procedens verſus Altare accedit ad legendum ultimum Evangelium, ad cujus initium non ſignat Altare, ſi legat Evangelium S. Joannis conſuetum: *In principio*; cum illud jam benedicatur per Auctorem omnis benedictionis in Altari expoſitum, quamvis Sacramentum ſit altius collocatum, eſt enim, ac ſi eſſet in Altari; ſignat, itaque tabellam Evangelii S. Joannis, vel librum, ſi dicatur Evangelium ex Miſſali, (ut quando Miſſa non fuerit votiva, & occurrerit Evangelium proprium;) at ſignat ſeipſum, & ad *Verbum Caro factum eſt*, (ſi dicatur Evang. S.

Joan.

Digitized by Google

Joan. *In principio*) non genufle&it verſus cornu Evangelii, ſed aliquantulum verſus Sacramentum, ut docet Gavantus *in Rubr. Miſſ. part.* 4. *tit.* 8. *n.* 8. Merat. tom. 1. par. 2. tit. 14. n. 16. prope finem. Caval. cit. n. 11. Arnaud relatus a La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 81. §. 15. *n.* 573. qui tamen cum Lohner, & aliis tacito nomine vult ad prædicta verba genuflectendum eſſe de more verſus cornu Evangelii, quamvis Venerabile ſit expoſitum. Hujuſmodi genuflexio certe fiet unico genu, ſine capitis inclinatione. Caval. l. cit.

Terminato Evangelio, Celebrans cum Sacris Miniſtris pergit ad medium Altaris, ubi omnes genuflectunt, & ſtatim deſcendunt in planum, caventes, ne terga vertant Sacramento, & ibi in plana terra omnes flectunt utrumque genu cum profunda capitis inclinatione, & poſtea ordine, quo venerant, redeunt in Sacriſtiam contegentes capita, ubi extra Præsbyterium e medio exceſſerint. Caval. l. cit. Si terminata Miſſa facienda ſit Proceſſio, vide dicenda inferius in §. 30. Inſtruct. Clem. Et hic eſt ritus Miſſæ cantatæ, & ſolemnis coram Venerabili expoſito.

34 Ritus autem Miſſæ privatæ coram eodem Venerabili expoſito eſt ſequens: Sacerdos prope, & ante ingreſſum Præsbyterii caput detegit, & birretum Miniſtro porrigit, inde in plana terra ante infimum gradum Altaris utrumque genu flectit, & caput profunde inclinat, quod & facit Miniſter a tergo Sacerdotis. Mox ſurgit, & ſine alia genuflexione aſcendit ad Altare, & Calice collocato ad partem Evangelii, genuflectit unico genu ſine capitis inclinatione, & ſic fiunt omnes aliæ genuflexiones intra Miſſam. Inde extendit Corporale, & Calicem de more collocat, tum genuflectit, & poſtea accedit ad cornu Epiſtolæ, ut aperiat librum. Redit ad medium Altaris, & genuflectit, & retrahens ſe aliquantulum ad cornu Evangelii, facie quaſi verſa ad cornu Epiſtolæ deſcendit in planum, ubi facta genuflexione unico genu ſine capitis inclinatione, erectus incipit Miſſam more ſolito. Caval. *in cit.* §. 30. *Inſtruct. Clement. num.* 19.

Confeſſione facta, ſine genuflexione aſcendit ad Altare, ubi genuflectit, dicit Orationem: *Oramus te Domine*; oſculatur Altare, iterum genuflectit, & poſtea pergit ad cornu Epiſtolæ ad dicendum Introitum, quo dicto, accedit ad medium Altaris, genuflectit, & deinde dicit *Kyrie eleiſon*, & *Gloria in excelſis*: ſi dicendum ſit. Quo facto, oſculatur Altare, genuflectit, & vertit ſe ad populum paulo verſus cornu Evangelii, & dicto *Dominus vobiſcum*; ſe convertit, & iterum genuflectit in medio Altaris, & pergit ad cornu Epiſtolæ, ubi dicit Orationes, Epiſtolam, & Graduale cum Alleluja, vel Tractu, ut tempus poſtulat. Deinde accedit ad medium Altaris, ubi elevatis ad Sacramentum oculis, & ſtatim demiſſis, genuflectit; dicit, *Munda cor meum*, iterum genuflectit, & poſtea pergit ad cornu Evangelii, ubi legit Evangelium, ſignans librum, ac ſeipſum de more. Caval. num. 15. 35

Lecto Evangelio, oſculatur librum, vadit ad medium Altaris, genuflectit, & dicit *Credo*, ſi dicendum ſit, & oſculato Altari, iterum genuflectit, & vertens ſe ad populum verſus cornu Evangelii, dicit *Dominus* 36

*vo-*

*vobiſcum*, & poſtea converſus iterum genuflectit in medio, & ſurgens dicit *Oremus* cum inclinatione capitis, & poſtea recitat Offertorium. Si vero dicendum *Credo* minime ſit, accedens ad medium, genuflectit, & poſtea oſculatur Altare, quo oſculato, abſque nova genuflexione, quia ſupplet genuflexio præmiſſa Altaris oſculo: ut ſupra vertit ſe ad populum, deinde converſus genuflectit, & ut ſupra dicit *Oremus* cum reliquis, quæ ſequuntur. Caval. n. 16.

37 Dicto *Suſcipe*, genuflectit, vadit ad cornu Epiſtolæ, accipit Calicem, in quo de more infundit vinum cum aqua ( Miniſtro non oſculante ampullas, ait Caval. ſed recole quod ſuperius n. 31. animadvertimus: ) & reverſus in medium genuflectit, & ſurgens accipit Calicem, jam præcedenter poſitum prope Corporale, & dicit *Offerimus*. Dicto *Veni Sanctificator*, & benedictis oblatis, non jungit manus, nec inclinat caput, ſed manibus ſuper Altare poſitis, genuflectit, recta incedit verſus cornu Epiſtolæ, deſcendit in planum, ubi ſe vertit ad populum per latus ſuum dexterum, lavat manus, eas extergit, redit ad medium Altaris, genuflectit, dicit *Suſcipe Sancta Trinitas*, oſculatur Altare, genuflectit, & obverſo tergo verſus cornu Evangelii, dicit verſus populum: *Orate Fratres*: non perficiendo circulum, ſed reverſus ad Altare, iterum genuflectit, & poſtea cætera omnia peragit uſque ad communionem, ut in aliis Miſſis. Miniſter tamen non pulſat Campanulam ad *Sanctus*, ſed ad elevationem, cum ea poterit dare unum, vel alterum ſignum. Caval. n. 17. *& Comment. in Inſtruct. Clem.* §. 16. *num.* 1. *&* 3.

Purificatione ſumpta, Sacerdos ponit Calicem extra Corporale ad cornu Epiſtolæ, genuflectit, vadit ad cornu Epiſtolæ, ubi humeris Sacramento non converſis, ſed facie converſa ad Altare accipit Calicem, & in eo facta digitorum ablutione, & poſtea digitorum eorumdem abſterſione, ponit Calicem prope Corporale. Tum procedit ad medium Altaris, genuflectit, accipit Calicem, & ſumit ablutionem. Ubi accommodavit de more Calicem, genuflectit, accedit ad cornu Epiſtolæ, legit Antiphonam *Communio* dictam, redit ad medium Altaris, genuflectit, oſculatur Altare, vertit ſe ad populum verſus cornu Evangelii, & dicit *Dominus vobiſcum*, converſus iterum genuflectit in Altaris medio, redit ad cornu Epiſtolæ, ubi dicit occurrentes Orationes: quibus expletis vadit ad Altaris medium, genuflectit, oſculatur Altare, vertit ſe ad populum verſus cornu Evangelii, & dicit *Dominus vobiſcum*, & *Ite Miſſa eſt*, ac poſtea rediens ad medium Altaris genuflectit, & ſurgens dicit: *Placeat tibi Sancta Trinitas*. Si autem dicendum ſit: *Benedicamus Domino*; Sacerdos dicto *Dominus vobiſcum*, revertitur ad medium Altaris, genuflectit, & ſtans dicit *Benedicamus Domino*. & poſtea more conſueto prædictam Orationem *Placeat*. Caval. n. 18. 38

Finita deprecatione *Placeat*, Sacerdos oſculatur Altare, dicit: *Benedicat vos omnipotens Deus*, ſine capitis inclinatione, mox genuflectit, vertit ſe ad populum ut ſupra ex parte Evangelii, illum benedicit more ſolito, non perficit circulum, nec accedit ad Altaris medium, ut genuflectat, ſed verſus Altare progrediens accedit ad cornu Evangelii,

ubi

ubi legit Evangelium, ad cujus initium non ſignat Altare, ſed vel librum, vel tabellam, & ſeipſum ſolum; & ad *Verbum Caro factum eſt*: non genuflectit verſus Altare, ſed verſus Sacramentum ſine capitis inclinatione, Caval. n. 19. Merat. *to.* 1. *par.* 2. *tit.* 14. §. 19. *de rit. Miſſ. priv. coram Sacram. num.* 27. & alii ſupra laudati n. 33. contra alios, ut ibi.

Terminato Evangelio accedit ad medium Altaris, genuflectit, accipit Calicem, & humeris verſis ad cornu Evangelii deſcendit in planum, & in plana terra genuflectit utroque genu cum capitis inclinatione profunda, & ſurgens diſcedit, non faciens reverentiam alteram, & ubi eſt extra Presbyterium paulo ultra medium, accipit birretum ab Acolytho, ſeu Miniſtro, & caput tegit, interim parum conſiſtens, ne aliquid dicidat e Calice. Caval. l. cit.

39 Denique eſt hic animadvertendum: quod quando celebratur Miſſa coram SS. Sacramento in monſtrantia expoſito, quantumvis velato, aut coram SS. Sacramento expoſito in Pyxide, debent omnes genuflexiones obſervari in tali Miſſa, quæ alias obſervantur coram SS. Sacramento publice expoſito, & non velato, conformiter ad Rubricam Miſſalis Feriæ V. in Cœna Domini, ex Decreto S. R. C. 22. Decembr. 1753. in *Vilnen.* in *Lithuan.* ad 13. dub. apud Caval. tom. 5. in collect. recentior. decret. quod ipſemet docuerat ſupra cit. n. 19., & Gavantus, quem laudavimus tr. 2. ubi de Fer. V. maj. hebd. ſubſ. 4. §. 8. n. 156. & videri poſſunt dicta præcedenti art. 4. n. 7.

## ARTICULUS VI.

### *De Ritu ſervando in SS. Sacramenti Repoſitione.*

PRIMO notanda ſunt ſequentia. 40
Quando reponitur Sacramentum expoſitum, & cum eodem Sacramento populus benedicitur, Ritualia mandant benedictioni præmitti hymnum: *Pange lingua glorioſi Corporis*: qui licet integre præcini valeat, ſufficit, ſi præcanetur a verſu *Tantum ergo*. Caval. *to.* 4. *c.* 9. *d.* 1. *n.* 2.

*In expoſitione, & depoſitione SS. Sacramenti, etiam cauſa devotionis, non eſt addendum* Alleluja *ad* ℟. *Panem de Cœlo*. S.R.C. 5. Julii 1698. in *Collen.* apud Merat. *Ind. Decr. Miſſ. n.* 523. & Caval. *tom.* 4. *c.* 9. *d.* 2. Excepto paſchali tempore, & infra Octavam Corporis Christi: ex Inſtruct. Clem. §. 31. vid. Caval. *in cit. d.* 1. *n.* 4. & 5. Unde dicendum eſt: eſſe fictitium, vel certo revocatum decretum quoddam ejuſdem S. R. C. 23. Feb. 1666. hujus tenoris *Si ante, vel poſt Miſſam, aut alias ſit exponendum, vel reponendum Venerabile, ad* Panem de Cœlo: *ſemper additur* Alleluja. *Præterquam a Septuageſima ad Sabbatum Sanctum*. Dum dicitur ℣. *Panem de Cœlo*, Celebrans ſtat adhuc genuflexus. Caval. *in* §. 31. *Inſtruct. Clem. num.* 1. 41

*In Feſto SS. Corporis Chriſti ſervanda eſt diſpoſitio Cæremonialis Epiſcoporum lib.* 2. *c.* 33. *in reponendo SS. Sacramento, ubi nulla ſit mentio de* ℣. Dominus vobiſcum; *non vero Rituale Romanum, ubi dicitur ad hi* Dominus vobiſcum, *& ſic ſervat in Urbe Summus Pontifex, & ſervatur ab omnibus*. S. R. C. 16. Junii 1663. in *Granaten.* & 28. Septembr. 1675. in 42

Sa-

Digitized by Google

*Salernitana*, apud Caval. *tom.* 4. *c.* 9. *d.* 3. Inſtructio Romana Clem. §. 31. prædicti verſus ſilentium indicit, & allegat decretum deſcriptum, unde eruitur, quod etſi in decreto dicatur: *In feſto SS. Corporis Chriſti ſervanda eſt &c.* nihilominus nedum taceri debeat *Dominus vobiſcum* in feſto Corporis Chriſti, cujus decretum tantummodo meminit ratione expoſiti dubii Sacræ Congregationi: ſed adhuc in repoſitione qualibet: cujuſmodi eſt diſpoſitio Inſtructionis; ut animadvertit Caval. l. cit. n. 1. Proculdubio quia illico cum ipſo Sacramento debet populo adſtanti benedictio dari, quæ eſt realis, & validior deprecatio, quod Dominus ſit cum adſtantibus, quam ea, quæ per vocem exprimitur, ut cum Meratito. 1. *par.* 4. *tit.* 12. *nu.* 19. obſervat Caval. n. 3. qui ſubdit, in hoc concordem videri Inſtructionem Clementinam, quæ propterea in expoſitione Sacramenti, ad quam non ſequitur ipſa realis benedictio, nedum dici non refugit, ſed ipſamet præfatum verſum dicendum aſſignat, ſecus vero in repoſitione, ad quam ſequitur benedictio. Hæc igitur exurgit regula, quod vocalis deprecatio *Dominus vobiſcum* ſit omittenda ante orationem SS. Sacramenti, ad quam ſequatur illico ipſa realis deprecatio, media benedictione ejuſdem Sacramenti; unde in Miſſa, Horis Canonicis, aliiſque precibus, quæ coram SS. Sacramento exponendo, expoſito, vel reponendo, prævie recitantur, omitti minime debet: bene vero ante orationem de SS. Sacramento, ad quam immediate ſequatur prædicta benedictio; ita Caval.

43 *In depoſitione SS. Sacramenti, cantatis, ſeu recitatis verſiculis*: Panem de Cœlo &c. *Sacerdos ſurgens non debet reiterare genuflexionem, antequam recitet orationes*. S. R. C. 2. Auguſti *in una Urbis*. & 6. Septembr. 1698. *in Ravennaten.* apud Caval. d. 4. Idipſum eſt de caſu repoſitionis, aliove ſimili. *Orationes* decretum habet in plurali numero, & ſimiliter præſtat Inſtructio Clem. in §. §. 24. & 31. Verum non eſt putandum, plures orationes dicere oportere, ſed ſufficit oratio conſueta SS. Sacramenti: *Deus qui nobis*. Liberum itaque eſt unam, vel alteram addere juxta exigentium rerum, locorum, atque neceſſitatum. Ait autem Caval. l. cit. n. 2. ab hac lege excipiendam videri expoſitionem in feſto Corporis Chriſti fieri conſuetam, in qua orationi SS. Sacramenti nullam aliam addendam eſſe, ex Rubriciſtis notat Baruſaldus *tit.* 8. *n.* 75. illa etenim expoſitio eſt veluti complementum feſti: unde quaſi de ritu feſti participans, extraneas, minus apta eſt, pati commemorationes. Secus eſt, inquit, de aliis expoſitionibus, quæ cum nihil commune cum feſto habeant, etiam in duplici primæ claſſis commemorationes non reſpuunt; quibus tamen parce eſt indulgendum; & in præcipuis anni feſtivitatibus, aut ſolemnibus expoſitionibus laudabile ſaltem eſt ab iiſdem prorſus abſtinere. Hæc Caval.

Semper autem abſtinendum eſt a Collectis pro Defunctis in expoſitione, & repoſitione Sanctiſſimi; cum Guyeto Caval. num. 3. jam vidimus art. 5. coram SS. Sacramento expoſito Miſſam Defunctorum fieri non poſſe; porro ab eo Altari procul abeſſe debent lugubria quæque; poterunt igitur haberi, poſtquam Sacramentum fuerit reconditum. Caval. l.c.

Cum plures dicuntur Collectæ, omnes dicantur ſub unica concluſione brevi; poſt quam nihil aliud ſubdendum eſt, ſed ſtatim procedendum ad populum benedicendum. Caval. loc. cit.

Licet paſchali tempore poſt adminiſtratam populo Euchariſtiam extra Miſſam dicatur Oratio: *Spiritum nobis*, ut ſuo loco notavimus, nihilominus in repoſitione SS. Sacramenti dicenda eſt conſueta Oratio: *Deus, qui nobis*: Caval. *tom.* 4. *c.* 4. *in d.* 13. *num.* 32.

44 *Benedictio cum SS. Sacramento danda eſt in fine hymni* Pange lingua, *non vero ad* ℣. ſit & benedictio. S. R. C. 5. Febr. 1659. in *Sabinen*: apud Caval. *tom.* 4. *c.* 9. *d.* 5. Intellige adhuc dicto verſu *Panem de Cœlo*: & oratione. Caval. l. cit. n. 1.

*In benedicendo populum cum SS. Sacramento, iſte modus approbatur: nimirum cum Sacerdos ſtat ante populum, Oſtenſorium ante pectus tenet, tum elevat illud decenti mora, non ſupra caput, ſed tantum uſque ad oculos, & eodem modo illud demittit infra pectus; mox iterum recta linea illud tollit uſque ad pectus, & exinde ad ſiniſtrum humerum ducit, & reducit ad dexterum, & rurſus ante pectus reducit, ibique aliquantulum ſiſtit, quaſi peracta ad omnes Mundi partes Cruce, Sacramentum etiam venerandum omnibus præbeat, tunc gyrum perficiens collocat Oſtenſorium ſuper Altare. Servari etiam poteſt modus deſcriptus in Cœrem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 33. *ubi requiritur tantummodo, ut cum eodem Sacramento Celebrans producat ſignum Crucis*. S. R. C. 21. Martii 1679. in *Collen.* apud Caval. *tom.* 4. *cap.* 9. *d.* 6. Et apud Franc. Anton. Zachar. *indic. decret. num.* 106. Poſterior iſte modus in eo ſolum a priori differt, quod ducto Oſtenſorio ad latus dexterum, illud non amplius reducit ante pectus, ſed illico ſuper Altare illud collocat, Sacerdote ſe ſtatim vertente cum Sacramento ad cornu Evangelii, ſicuti facit, quando dicit in Miſſa *Orate Fratres*.

In priori modo dum Sacerdos Oſtenſorium ducit, & reducit a lateribus, non debet corpus movere, ſed ſolum quando poſt brevem morulam, de qua Decretum, vertit ſe verſus cornu Evangelii ad collocandum Sacramentum ſuper Altare. Caval. loc. cit. num. 2.

Dum Sacerdos benedicit populum cum Sacramento, nihil prorſus dicere debet, ex Rit. Rom. *tit. de Proceſs. in feſto SS. Corporis Chriſti fine*, & Cœrem. Epiſcop. proprie enim hic non Celebrans, ſed ipſe Dominus in Sacramento exiſtens benedicit populum. Caval. n. 3. Merat. *tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 12. *n.* 22. Muſici quoque, & Cantores ſilere debent, dum datur benedictio, ne populus inde diſtrahatur, & ſaltem pulſari poſſunt Organa ſuavi ſono, & gravi, moris inſtar, qui ſervatur in Miſſa ad elevationem SS. Sacramenti. Interim vero Diaconus, & Subdiaconus in ora ſuppedanei; hinc inde genuflexi, & inclinati facie verſa ad Sacramentum, elevant partes anteriores pluvialis ejuſdem Sacerdotis. Caval. loc. cit.

Dum Sacerdos benedicit populo, 45 incenſari poteſt Sacramentum ex Dec. S. R. C. 16. Martii 1746. apud Caval. *tom.* 4. *c.* 9. *in d.* 7. *n.* 7. fieri autem poteſt incenſatio ſimili modo, quo ex Rub. Miſſ. tit. 13. in Miſſa ſolemni incenſandum eſt Sacramentum: videlicet triplici ductu: hic autem

tem ita, ut primo ductu; quando Sacramentum prima vice ponitur ante pectus Sacerdotis benedicturi: ſecundo ductu, quando ſecunda vice reſtituitur eidem pectori a latere ſiniſtro: tertio ductu, quando tertia vice iterum ante pectus ponitur, atque proponitur fidelibus adorandum benedictione peracta per ſignum Crucis; Ita Caval. loc. cit. Ubi autem ſervetur modus benedicendi in Cœremoniali præſcriptus ſuperius explicatus, ex quo poſt benedictionem illico Sacramentum eſt collocandum ſuper Altare, neque amplius illud reſtituendum eſt ante pectus Sacerdotis; prima thurificatio dabitur, quando Sacramentum primo ponitur ante pectus Sacerdotis; ſecunda autem, quando eidem pectori reſtituitur, ut ducatur ad latus ſiniſtrum; tertio denique, dum eſt note idem pectus in tranſitu a latere ſiniſtro ad dexteram. Caval. loc. cit.

46 Ex dictis igitur hic eſt ritus reponendi SS. Sacramentum. Sacerdos induitur alba, ſtola, & pluviali coloris albi. Caval. tom. 4. c. 9. initio. Quod ſi poſt Veſperas, aliaſve horas repoſitio fiat, color, qui adhibitus eſt in decantandis horis Canonicis, continuari etiam debet in ſequenti repoſitione; quemadmodum diximus, agentes de expoſitione SS. Sacramenti art. 3. ſub initium; & implicite definitum eſſe ab Inſtruct. Clement. §. 18. animadvertit Caval. cit. c. 9. in præliminar. fine. Thuriferarius, & Navicularius induent ſe ſuperpelliceis, quibus pariter ſe veſtient alii quatuor, qui deferre debent intortitia accenſa. Sunt qui exigunt inſuper alios duos clericos ſimiliter in Cotta, quorum unus velum oblongum deferat humerale, ſeu Sacerdotis humeris imponendum, quando danda eſt benedictio cum Sacramento; alter vero deferat librum, in quo ſunt orationes, & preces recitandæ in expoſitione Sacramenti; ſed & alterum quoque Sacerdotem aſſiſtentem poſtulant, teſte Caval. cit. c. 9. initio: Ex eodem vero, ſive interſint omnes, vel eorumdem deſint aliqui, hic erit ordo incedendi ad Altare. Præcedit omnium primus Thuriferarius cum thuribulo non fumigante, a ſiniſtris habens Naviculariumi: ſequuntur portantes fanalia, poſt quos duo Clerici de velo, & libro; deinde Cœremoniarius, poſtea Sacerdos aſſiſtens, ſuper brachium ſiniſtrum habens ſtolam, & denique principalis Sacerdos; & hi ambo tecto capite, & manibus junctis.

47 Ubi devenerint prope, & ante ingreſſum Presbyterii, prædicti duo Sacerdotes ſua denudant capita, birreta tradentes inferioribus Miniſtris, & presbyterium ingreſſi, utroque genu procumbunt omnes in plano cum profunda capitis inclinatione, & mox ſurgentibus Sacerdotibus, cuncti ſurgunt, & principalis Sacerdos genuflectit ſuper infimum Altaris gradum, & ad ejus dexteram Sacerdos aſſiſtens, reliqui vero in plano poſt eos. Si adſint etiam Miniſtri ſacri, genufleɑunt itidem in eodem Altaris gradu, celebrantem habentes medium; & tunc Sacerdos aſſiſtens, ſi quoque interſit, ſe collocat ad dexteram Diaconi. Ibi omnes brevi orationi vacant, poſtquam ſurgit Sacerdos aſſiſtens impoſita ſibi ad collum ſtola, aſcendit ad Altare, ubi flectit unicum genu (ita ex Caval. *cit. c. 9. in prælimin.* ſed duplex genu ex Merato *tom. 1. par. 4. tit. 12. n. 31.* manibus ſuper Altare poſitis ad differen-

tiam Diaconi, qui nunquam Altare tangit, faciemque convertat ad cornu Epiſtolæ tantiſper, ne terga vertat Sacerdoti principaliori, ſeu Celebranti), & a loco eminentiori deponit Venerabile ſuper Corporale in Altari explicatum, & iterum facta genuflexione, ut prius, deſcendit, ſe reſtituit loco ſuo, ubi mox deponit ſtolam, vel eam alteri tradens tenendam, vel ſuper ſuum ſiniſtrum brachium eamdem collocans. Quatenus vero deſit Sacerdos adjutor, Diaconus deponit Sacramentum modo prędicto; & id præſtat Sacerdos ipſe, quoties non interſint Miniſtri ſacri, neque Sacerdos aſſiſtens. Cav. *in prælim. cit.* c.9.; vide tamen dicenda inferius n.50. Depoſito Sacramento ſuper Corporale, tum Cantoribus incipientibus, Chorus cantat: *Tantum ergo*, & ad ℣. *Genitori* Celebrans ſe erigit cum Sacerdote aſſiſtente (ſi quidem hymnus non cantetur cum maxima repetitione verſuum; aut inter unam ſtropham, & alteram non mediet Organi, vel inſtrumentorum muſicorum ſonus) & hoc miniſtrante ſine oſculis, abſque benedictione imponit ille incenſum in thuribulo, & mox genuflexus ter de more incenſat Sacramentum cum profunda inclinatione ante, & poſt; elevante interim dexteram pluvialis fimbriam Sacerdote aſſiſtente, qui poſtea ſine oſculis a Celebrante recipit thuribulum, illudque conſignat thuriferario. Quod ſi interſint Miniſtri ſacri, hi Sacerdoti inſerviunt ad imponendum incenſum in thuribulo, & ad incenſandum Sacramentum, & Sacerdos adjutor genuflexus remaneat. Si vero non adſint Miniſtri ſacri, neque Sacerdos adjutor, in hoc caſu pro incenſo, & thurificatione, Sacerdoti inſervit Thuriferarius. Caval. l. cit.

Diximus: ad ℣. *Genitori* Celebrantem ad imponendum incenſum ſe erigere: *Si quidem hymnus non cantetur cum maxima verſuum repetitione, aut inter unam Stropham, & alteram non mediet Organi, vel inſtrumentorum ſonus*. Enimvero ſi hymnus cantetur cum maxima repetitione verſuum; ut a Muſicis in cantu figurato; aut inter unam ſtropham, & alteram mediet Organi, aut inſtrumentorum muſicorum ſonus, ut paſſim fit in expoſitionibus ſolemnibus; in hoc caſu præſtat, ut primo terminata tota prima ſtropha, aut dum pulſantur Organa, vel Inſtrumenta, Sacerdos ſurgat ad imponendum, ut ſupra incenſum, & ſtatim ac cantari incipitur: *Genitori*: genuflexus Sacramentum incenſet; vid. dicenda in §. 24. Inſtruct. Clem. n. 105.

Abſoluto hymno, Cantores genuflexi cantant verſum *Panem de Cœlo* cui additur *Alleluja*, paſchali dumtaxat tempore, & infra Octavam Corporis Chriſti. Dicto a Cantoribus verſu prædicto, deinde Celebrans ſolus ſeſe erigit, & nulla facta genuflexione, omiſſo ℣. *Dominus vobiſcum*, cantat orationem junctis manibus, ante eum tenentibus librum ſacris Miniſtris: ſin, Sacerdote adjutore, & in hujus etiam defectu, Cœremoniario, vel alio Clerico. Celebrans orationem abſolvit ſub brevi concluſione, & quatenus plures orationes recitet, omnes terminat ſub una tantum brevi concluſione, poſt quam nihil prorſus addit, ſed mox genuflectit iterum in infimo Altaris gradu, ubi eidem imponitur velum humerale. Caval. loc. cit.

Sacerdos aſcendit illico ad Altare, 48
& ibi facta genuflexione unico genu,

ut

Digitized by Google

ut expeditius ſurgat, accipit in manibus coopertis per ejuſdem veli extremitates, Oſtenſorium, quod prius ita vertit, ut facies Crucifixi in hoſtia impreſſi populum reſpicere poſſit, & poſtea ſe vertens per latus ſuum dexterum, ut ad *Dominus vobiſcum*, tenens manu dextera nodum, & ſiniſtra pedem Oſtenſorii ante pectus, nihil dicens, ſemel cum eo in modum Crucis benedicit populum uno ex duobus modis, ſuperius explicatis n. 44. Quando Sacerdos aſcendit, ut ſupra, Altare, una cum eo aſcendunt itidem ſacri Miniſtri, ſed hi genuflectunt poſtea in ora ſuppedanei, ubi inclinati elevant pluvialis fimbrias, dum Sacerdos benedicit populum; in defectu autem Miniſtrorum Sacrorum id præſtent Sacerdos adjutor, & Cœremoniarius, vel alii Clerici hinc inde genuflexi. Cav. l. c.

Dum Sacerdos dat cum Sacramento benedictionem, Sacramentum incenſari poteſt, quemadmodum ſupra explicavimus.

Dum benedictio datur populo, nedum ipſe Sacerdos nihil dicit, ſed etiam Muſici, atque Cantores omnino ſilere debent, & ſolum permittitur Organi ſonus, ut ſuperius dictum eſt n. 44. fine; fortaſſe etiam congruit, quod data benedictione, cum Sacramentum reconditur, nihil decantetur, ſed quatenus aliquid placeat decantare, in uſu erit: *O ſalutaris Hoſtia*. Vid. Gavat. *tom.* 4. *c.* 9. *Comment. in decr.* 8. *n.* 8. *fine*.

49 Celebrans, data benedictione, ita ſuper corporale Sacramentum collocat, ut Crucifixi facies reſpiciat populum, & deinde facta genuflexione unico genu, deſcendit cum Subdiacono ad infimum Altaris gradum, ubi iterum cum eodem genuflectens, per eumdem Subdiaconum, vel Cœremoniarium exuitur velo humerali. Caval. *in præliminar. cit. c.* 9. Diaconus interim accedit ad Altare, & facta genuflexione unico genu, Tabernaculum aperit, & in eo reponit Sacramentum, cui genuflexione iterum facta, ſurgens, oſtiolum claudit, & poſtea deſcendit ad locum ſuum, ad quem cum acceſſerit, ſurgunt omnes, & facta genuflexione unico genu, redeunt in Sacriſtiam, ordine, quo venerant, ſuperius expoſito: ſed Celebrans, & Miniſtri ſacri tegunt capita, antequam e presbyterio diſcedant. Quod ſi ultra ſacros Miniſtros aſſiſtat Sacerdos alter, hic impoſita ſibi ſtola, Sacramentum, ut ſupra, recondet, & Diaconus cum Celebrante pariter deſcendet, & ab eo removebit velum humerale. Quoties vero, nec Diaconi, neque alterius Sacerdotis aſſiſtentia habeatur, Celebrans, ut depoſuit Sacramentum ſuper Corporale, exutus velo humerali, Sacramentum per ſe ipſum recondet, deſcendet, & ut ſupra recedet. Caval. l. cit.

Sunt, qui Oſtenſorium velo contegunt, antequam illud invehant in Tabernaculum, ſed de hoc nihil Rubricæ, vel Auctores, teſte Caval. l. cit. Si vero Tabernaculum fuerit adeo parvum, ut Oſtenſorium non capiat; e Tabernaculo extrahatur Pyxis, & in ea reponatur ſacra expoſitionis hoſtia, quæ ab Oſtenſorio ad hunc effectum extrahitur. Si dum ab Oſtenſorio in Pyxidem aſportatur Sacramentum, tangatur digitis, hi abluantur in vaſe purificationis quod eſſe debet ſuper Altare.

Hæc eſt methodus ex Ritualibus excerpta, ex Inſtructione Clementina totaliter fere eruta, & ab Auctoribus 49

bus probata, ut adhibeatur in repoſitione SS. Sacramenti, teſte Caval. *l. cit. fine*. Licet Gavantus *in Rubr. Miſſ. par.* 2. *tit.* 14. *n.* 16. velit incenſandum eſſe Sacramentum, priusquam deponatur de loco ſuo ſuper Altare; & ipſemet Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *in d.*46. *n.* 4. tradat: ex probatiori ritu reponendi Sacramentum, illud thurificari, antequam deponatur e Throno, & non jam depoſitum, & in medio Altaris collocatum. Rurſus in iiſdem laudatis præliminaribus capitis 9. fine, exiſtimat, non eſſe deponendum Sacramentum e loco eminenti, niſi poſtquam omnia ſuperius dicta peracta fuerint usque ad orationem incluſive; recitata autem a Sacerdote oratione, dum idem genuflectit in infimo Altaris gradu, & induetur velo humerali, vult Diaconum interim, vel Sacerdotem alterum cum ſtola e collo pendente deponere Oſtenſorium e loco eminenti; illudque collocare ſupra corporale in Altari explicatum. Quo facto Celebrans aſcendat ad Altare, & benedicat populum cum Sacramento, quod poſtea Diaconus, vel Sacerdos prædictus recondat, ut ſupra, in Tabernaculo; videri etiam poteſt Meratus *tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 12. *n.* 31.

51 Si Sacramentum deponatur cum Proceſſione, videantur dicenda in §§. 30., & 31. Inſtruct. Clem. Quid notandum circa hoſtiam expoſitam expoſitione peracta? dicemus in §. 31. Inſtruct. Clem. Hic tantummodo reſtat animadvertendum: repoſitionem quoque expoſitionis privatæ, etiamſi Sacramentum e Tabernaculo non extrahatur, faciendam eſſe ritu ordinario, videlicet cum incenſatione, genuflexionibus, conſueto hymno, & aliis, quæ hactenus tradita ſunt; & poſt orationem conſuetam addi poterit collecta de ingruenti neceſſitate, pro qua facta eſt expoſitio privata. Caval. *tom.* 4, *c.* 7. *in d.* 8. *n.* 6. Abſque benedictione populus non eſt dimittendus in expoſitione etiam privata; benedicatur itaque cum Pyxide velata, ſi quidem ea fuerit expoſita; cum Oſtenſorio autem detecto, ſi hoc expoſitum fuerit. Caval. loc. cit. quapropter in expoſitione removetur velum, quod ante Oſtenſorium pendere debet in expoſitione privata, ut art. 1. n. 2. notavimus.

Denique animadvertendum eſt, quod ſi Sacramentum deponendum erit immediate poſt Miſſam, & cum eo populus benedicendus: non ideo tamen a Celebrante Miſſam poteſt omitti in fine conſueta benedictio, ſed in fine Miſſæ populus benedicendus eſt more conſueto; Confer Decretum S.R.C. 13. Junii 1671. in *Angelopol.* quod dedimus ſupra art. 5. n. 19.

## ARTICULUS VII.

*Not. ſpecialiter in expoſit. Euchar. pro Oratione quadraginta horarum.*

EXPLICANTUR SECTIONIBUS V.

Sect. I. *Ubinam hæc expoſitio haberi poſſit?*
Sect. II. *De Miſſa.*
Sect. III. *De Indulgentiis pro Oratione in expoſitione quadraginta horarum.*
Sect. IV. *De ratione myſtica numeri, ſeu temporis quadraginta horarum orationis coram Sacramento expoſito.*
Sect. V. *Inſtructio Romana Clementina pro expoſitione SS. Sacram. occaſione orationis XL. Hor.*



Digitized by Google

## SECTIO I.

*Ubinam hæc expoſitio haberi poſſit?*

52 EXPOSITIO *XL. Horarum, & benedictio, quæ fit ſuper populo, non eſt de juribus mere parochialibus*. S. R. C. 10. Decemb. 1703. approbante Clemente XI. 12. Januarii 1704. apud Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *d.* 23. Hoc eſt: fieri poteſt abſque licentia, & interventu Parochi, etiam in Eccleſiis Confraternitatum intra Parochiæ limites ſitis. Limita ex eodem Decreto *Salvis conventionibus, ac pactis in erectione Confraternitatum forſan factis concordiis inter partes initis, & a Sancta Sede approbatis, Indultis, Conſtitutionibus Synodalibus, & Provincialibus, & conſuetudinibus immemorabilibus, vel ſaltem centenariis*. Vide Caval. l. cit.

*Non poſſunt Regulares pro Confraternitatibus in eorum Eccleſia erectis exponere SS. Euchariſtiæ Sacramentum occaſione Novenæ SS. Natalis, & quadraginta horarum, in diebus ſibi bene viſis ſine licentia Ordinarii*. S. C. Concil. 15. Martii 1708. apud Cav. *cit. c.* 7. *d.* 6. Vide dicta art. 1. n. 1.

## SECTIO II.

*De Miſſa.*

53 CONGRUUM eſt, ut nonniſi media Miſſa ſolemni fiat expoſitio SS. Sacramenti ratione orationis quadraginta horarum, quemadmodum Romæ faciendum eſſe dicemus ex Inſtruct. Clem. Quatenus autem media Miſſa extra Romam Sacramentum exponatur, neceſſe non eſt celebretur Miſſa de SS. Sacramento; ſed id fieri poteſt per Miſſam de die, aut aliam quamlibet votivam. Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *d.* 33. *n.* 1. & 2.

Publica, atque ſolemnis expoſitio Euchariſtiæ pro oratione quadraginta horarum per gyrum, cum pertineat ad bonum commune, inter illas publicas cauſas graves adnumerari ſolet, ex quibus liceat Miſſam votivam ſolemnem celebrare, etiamſi occurrat feſtum Miſſas votivas excludens; ex Gavant. *in Rubr. Miſſ. par.* 2. *tit.* 14. *n.* 2. & 3. Pelliz. *man. Regul. tract.* 5. *c.* 9. *ſect.* 2. *qu.* 7. *n.* 39. Tamburr. *Method. celeb. Miſſ. lib.* 2. *c.* 6. §. 1. *n.* 4. Verum debent excipi dies omnes, quos excipit Inſtruct. Romana Clem. §. 22. cum, ut animadvertit Caval. *l. cit. n.* 2. Eccleſiis extra Romam plus privilegii in occaſione expoſitionis non poſſit rite excogitari conceſſum, quam competat Eccleſiis Urbis pro ſolemni oratione XL. Horarum. Dies autem excepti ſunt, quæcumque feſta duplicia 1. vel 2. claſſis; quælibet Dominica privilegiata 1. vel 2. cl. Feriæ IV. Cinerum, II., III., & IV. majoris hebdomadæ; Octavæ Epiphaniæ, Paſchatis, & Pentecoſtes, nec non Vigiliæ Pentecoſtes, & Nativitatis Dominicæ. His itaque diebus, aliiſque ſimilibus, ſi quæ habeantur in particulari Eccleſiarum Calendario, Miſſa præciſe fiat de die cum commemoratione SS. Sacramenti ſub unica concluſione cum oratione diei, ut ſervetur orationis unitas, quam expoſcunt ſolemnes Miſſæ, quæ pro re gravi celebrantur. In aliis vero diebus Miſſa votiva ſolemnis fieri poterit de Sacramento, aut de neceſſitate, pro qua fiat expoſitio, idque non ſolum in die expoſitionis, ſed etiam in die medio, & repoſitionis. Caval. cit. num. 2. 54

Di-

Dictum eſt: *Miſſa votiva ſolemnis*: ſcilicet in cantu, & cum Miniſtris, quia privatim, & ſine Miniſtris ſacris fieri non poſſe, exiſtimat Caval. l. cit. fine; niſi diebus illis, quæ Miſſas votivas non reſpuant univerſim, tametſi habeatur circumſtantia expoſitionis; niſi fortaſſe, ubi ex defectu Miniſtrorum ſolemniter fieri non poſſit. Licet autem La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 72. §. 3. *num.* 499. doceat; neceſſitatem ſufficientem ad privatam votivam in duplicibus non primæ claſſis eſſe Preces 40. horarum: attamen dicendum eſt: ne quidem Miſſam votivam ſolemnem licere in duplici etiam ſecundæ claſſis, aliiſque diebus ſupra exceptis, ratione Precum 40. horarum. Quænam ſit vero Miſſa votiva de Sacramento dicenda, explicatum eſt art. 5. *n.* 24.

56 Quando in Precibus 40. horarum Collegiatæ dicunt ſolam Miſſam cantatam Conventualem de die, tenentur eidem addere collectam de SS. Sacramento, ex decreto S. R. C. 13. Febr. 1666. apud Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *d.* 33. aliiſque decr. ejuſdem S. C. & Inſtruct. Clem. Quod procul dubio ſervandum eſt in Miſſa expoſitionis, & repoſitionis; in die enim medio, ſi dicatur Miſſa de die cum collecta de ingruenti neceſſitate: docet Caval. l. cit. n. 3. non convenire addi alteram de Sacramento, quia Miſſæ hujuſmodi unam tantum expoſcunt orationem, & minus decens eſſe, collectas plures uni orationi jungi in Miſſis ſolemnibus. Quod ſi in die medio cantetur Miſſa de neceſſitate, ſive de re gravi, ob quam ſit expoſitio, addendam eſſe, concedit, orationem de Sacramento, cum de hoc in tali caſu non cantetur Miſſa altera, & commemoratio SS. Sacramenti faciendæ ſit in Miſſis ſolemnibus, quæ dicuntur occaſione expoſitionis. Vide dicenda in §. 12. & ſequentib. Inſtr. Rom. Clem.

Docet Biſsus relatus a Merato *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 4. *n.* 44. *fine*, quod in Miſſa votiva, quæ cantatur pro expoſitione, & repoſitione SS. Sacramenti in Oratione quadraginta horarum, ſi cantetur ſola Miſſa de eodem, & non cantetur alia Miſſa de Officio: tunc præter orationem votivam de Sacramento, addenda ſit oratio de officio illius diei occurrenti. Idem docet Guyetus ex Cœrem. Monaſtico.

*In Miſſa privata de feſto duplici, vel ſemiduplici, de quo tali die ſit officium, poteſt quidem fieri commemoratio occaſione XL. Horarum, ſed omittenda in feſtis* 1. *&* 2. *claſſis*. S.R.C. 2. Decembr. 1684. *in una Canon. Regul. Lateranen.*, apud Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *d* 35., vid. dicta art. 5. n. 22.

*In Miſſis votivis privatis de SS. Sacramento, & de officio duplici, quæ celebrantur in Eccleſiis, ubi adſit SS. Sacramentum expoſitum occaſione XL. Horarum non dicitur* Credo, *niſi aliter competat Miſſæ officii duplicis de die*. S. R. C. 2. Decembr. 1684. *in una Canon. Regul. Lateran.* apud Caval. *l. cit. d.* 41. & Merat. *Ind. decr. Miſſ. n.* 470., vid. art. 5. n. 25. 57

*Durante expoſitione SS. Sacramenti occaſione XL. Horarum, regulariter celebrari non poteſt Miſſa privata de* Requiem, *licet occurrat officium hujuſmodi Miſſas admittens; neque cantari poteſt Miſſa Defunctorum pro adimplenda mente Teſtatoris, ſive Anniverſario ſatisfaciendo*. S.R.C. 2. Decemb. 1682. *in una Canon. Regul. Lateran.* apud Caval. l. cit. d. 93. *In Eccleſiis*, 58

*Diis*, *in quibus occaſione XL. Horarum, expoſitum retinetur Auguſtiſſimum Sacramentum*; *congruentius abſtinendum eſt a celebratione Miſſarum Defunctorum, etiamſi ex præſcripto Teſtatorum eſſent celebrandæ*. S.R.C. 27. Aprilis 1697. *in Eugubina*, apud Caval. *l. cit. d.* 44. vid. dicta art. 5. n. 26.

Si fiat Proceſſio pro expoſitione, & repoſitione SS. Sacramenti, vid. dicenda in Inſtruct. Clem. a §. 18. ad 22. incluſive, & §§. 24. 30. & 31.

## SECTIO III.

### *De Indulgentiis pro oratione in expoſitione XL. Horarum.*

59 Intervenientes Orationi quadraginta Horarum per ſpatium unius horæ, lucrantur Indulgentiam trium annorum.

60 Intervenientes Proceſſioni factæ ſive initio, ſive in fine dictæ Orationis, ſi fuerint in Cathedrali, lucrantur Indulgentiam decem annorum; & ſi in aliis Eccleſiis, Indulgentiam quinque annorum.

61 Conſueti dictis piis exercitiis, ſemel in anno, die præſcripta ab Epiſcopo, confeſſi, & ſacra Communione refecti lucrantur Indulgentiam plenariam, & remiſſionem omnium ſuorum peccatorum: quam, & præcedentes conceſſit Gregorius XIII. die 5. Aprilis 1580. Conſtit. incip. *Quam uberes*. apud Lucium Ferrar. V. *Indulgentia art.* 6. *n.* 14.

62 Clemens VIII. Conſtit. incip. *Graves, & diuturnæ* 1592. ſingulis pœnitentibus, & confeſſis, & ſacra Communione refectis, qui in qualibet Eccleſia Urbis Romæ, ubi Oratio Expoſitionis SS. Sacramenti quadraginta horarum continua, & non interrupta (vide tamen infra dicenda n. 64.) fuerit indicta, devote orando unam ſaltem horam perſeveraverint, indulgentiam plenariam largitus eſt. Iis vero; qui inibi pias ad Deum preces effuderint breviori tempore, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis, aut alias debitis pœnitentiis relaxavit.

Paulus V. in ſuo Brevi 10. Maii 1606. eamdem Indulgentiam plenariam conceſſit pro tempore, per quod orare cuilibet fuerit commodum, apud Caval. *to.* 4. *c.* 7. *d.* 50. *n.* 1. & Luc. Ferrar. V. *Euchar. n.* 67.

Item Paulus V. Conſtit. incip. *Romanus Pontifex* 23. Maji 1606. §. 17. Indulgentiam plenariam conceſſit Regularibus, qui cum Superior in Viſitationibus generalibus orationes quadraginta horarum, pro bono Viſitationis progreſſu, collocare voluerit, (vid. art. 1. n. 1.) dictis orationibus, ſaltem ſpatio duarum horarum in diverſo tempore interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, Romani Pontificis ſalute, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, nec non diſciplinæ, & obſervantiæ regularis augmento pias ad Deum preces effuderint, ſi confeſſi, & ſacra Communione refecti fuerint, aut Miſſam celebraverint. 63

Indulgentiam plenariam conceſſam viſitantibus Euchariſtiam expoſitam ad coercendos ludos bacchannales, notavimus tr. 2. l. 3. par. 1. c. 3.

Nota hic: quod etſi ex declaratione S. C. Epiſcop. an. 1647. 9. Aprilis: *Si expoſitio SS. Sacramenti continua non ſit die, noctuque; admoneri debet populus, non lucrifieri indulgentias pro oratione quadraginta horarum conceſſas*. apud Caval. *to.* 4. *c.* 7. *d.* 50. 64

d. 50. Verum Benedictus XIV. Conſtitut. incip. *Accepimus* 5. to. 1. Bullarii ſui hæc habet: *Porro id* (ſcilicet ut fideles ante Sacramentum Euchariſtiæ publice expoſitum preces effundant:) *neceſſario requiritur ad conſequendas eas indulgentias, quæ fidelibus conferuntur, qui Deum precantur in illis Eccleſiis, ubi Divina Myſteria ſpatio continuo quadraginta horarum expoſita publice ſunt; etenim id omnino præcipitur in hac Indulgentia concedenda, quæ a quadraginta horis continuis nomen accepit. Equidem veteris diſciplinæ ſeveritate remiſſa, nunc eadem Indulgentia concedi intelligitur, etiamſi Sacramentum Euchariſtiæ per horas quadraginta continuas graviſſimis de cauſis minime proſtet; modo tamen horis diurnis ſemper expoſitum publice relinquatur.* Hæc laudatus Pontifex.

## SECTIO IV.

*De ratione myſtica numeri, ſeu temporis quadraginta horarum orationis coram Sacramento expoſito.*

65 Qu. An aliquid myſterii in ſe contineat numerus, ſeu tempus quadraginta horarum deſignatum, & inſtitutum pro oratione ſolemni coram Venerabili Euchariſtiæ Sacramento expoſito?

℞. Affirmative. Et quidem *quadragenarium* numerum multis ſacris myſteriis eſſe refertum in divinis Scripturis, notant paſſim Sancti Patres, & Interpretes: ut videre eſt apud S. Iſidorum *de Eccl. Offic. lib.* 1. *c.* 36. S. Ambroſ. *lib.* 4. *in Luc.* apud Bellarmin. *tr.* 6. *Concion.* 23. *altera de Dom. I. Quadrag. de jejunio.* §. *Diabolus dicet.* & apud Petrum Bongum *lib. de myſter. numeror.* V. *Quadraginta.* & videri etiam poſſunt dicta tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 1. art. 4. de myſter. numeri Quadrag. jejunii ante Paſcha.

Quod autem attinet ſpecialiter ad 66 myſterium *horarum* quadraginta: quidam dicunt: hunc numerum horarum poſitum fuiſſe pro quadraginta horis, quibus Corpus Dominicum in Sepulchro quievit; Vid. Benedict. XIV. *tom.* 1. *Notif.* 30. *n.* 19. Luc. Ferrar. in ſua *Bibliot. tom.* 8. *edit.* 3. *Bonon.* in primo ſupplemento V. *Euchariſtia* n. 1. & 3. Caval. *tom.* 4. *c.* 4. initio. Hanc tamen opinionem, ſi ea loquatur de horarum numero vere, & proprie quadragenario, quo Corpus Dominicum manſerit in Sepulchro, rejicimus tamquam falſam; falſum etenim eſt, Corpus Dominicum in Sepulchro horis quadraginta manſiſſe; cum tantummodo fuerit in Sepulchro horis triginta tribus, vel ad ſummum triginta ſex.

Profecto etſi non certo conſtet, quot horis Corpus Dominicum manſerit ab Anima ſeparatum; (vid. Jo: Maldonat. Comment. in Matth. c. 28. n. 6.) nihilominus teſte Suarez *to.* 2. *in* 3. *par. diſp.* 46. *ſect.* 3. initio, habetur ex communi ſenſu, & traditione Eccleſiæ, Diviniſſimam Chriſti Animam e Sacratiſſimo Corpore ſeparatam, in corde terræ manſiſſe quadraginta circiter horis; Corpus autem in Sepulchro triginta fere ſex horis. Et ita quidem tradit Auguſtinus *de Trinit. lib.* 4. *c.* 6. ubi ſic ait: *Ab hora ergo mortis uſque ad diluculum Reſurrectionis horæ ſunt quadraginta, ut etiam ipſa hora nona connumeretur . . . A Veſpere autem Sepulturæ uſque ad diluculum Reſurrectionis triginta ſex horæ ſunt.*

Licet vero Suarez prædictum numerum horarum, quo Dominus di-

citur

Digitized by Google

citur manſiſſe mortuus, atque ſepultus, teſtetur haberi ex communi ſenſu, & traditione Eccleſiæ; & eumdem numerum tradiderit etiam Auguſtinus: nihilominus Pater a Lapide alium adhuc minorem horarum numerum ſtatuit, & quidem, uti ſignificat, tamquam acceptum etiam ex communi ſenſu, & traditione Eccleſiæ; miratur enim, S. Auguſtinum tribuiſſe morti Domini horas quadraginta, & ſepulturæ triginta ſex. En ejus verba in Matth. c. 28. v. 1. *Chriſtus moriens hora tertia pomeridiana, illico quoad Animam deſcendit in Infernum* (confer dicta tr. 2. lib. 4. par. 2. c. 8. nu. 25. 6. Quod autem candela eadem occultetur) *Corpus vero e Cruce depoſitum fuit lotum, & ſindone involutum, itaut ante noctem (erat enim nox Sabbati, in qua quieſcendum erat Judæis ab omni opera:) ſepultus ſit. Quare fuit in Inferno per 36. circiter horas, (in ſepulchro vero 33.) tot enim ſunt, ſi numeres tres horas reſiduas a tertia pomeridiana uſque ad noctem feriæ ſextæ, & horas 24. Sabbati, ac novem noctis Dominicæ. Videtur enim Chriſtus reſurrexiſſe poſt mediam noctem ante Auroram, puta ſub horam nonam noctis; nox enim erat tunc æqualis diei, puta 12. horarum, quia erat circiter Equinoctium. Quare mirum eſt, S. Auguſtinum lib. 4. de Trinit. c. 6. a morte Chriſti uſque ad ejus Reſurrectionem numerare 40. horas; a ſepultura vero uſque ad Reſurrectionem 36.* Hæc laudatus interpres. Cui quidem magis quam priori ſententiæ favet Eccleſia in divinis Officiis, & Miſſa Vigiliæ Reſurrectionis; vid. dicta tr. 2. in Sabbato Sancto n. 322. & 350.

Quod autem apud Scriptorem libri de divin. Offic. ſub nomine Alcuini c. de Cœna Domini legatur: Corpus Chriſti jacuiſſe in Sepulchro ſeptuaginta duabus horis: aut Scriptoris, aut typographi error eſt maniſeſtus; cum certum ſit: Chriſtum Dominum mortuum in Paraſceve hora nona, ſepultum ſero, reſurrexiſſe in Dominica, ſummoque mane; atque adeo longe antequam complerentur ſeptuaginta duæ horæ a Sepultura, aut etiam a morte ſua. Cæterum ipſemet Scriptor prædictus eodem lib. 6. de Paraſceve ſcribit, & docet: Dominum jacuiſſe in ſepulchro triginta ſex horis.

His poſitis ex una parte, & ex 67
alia parte cum Chriſtus Dominus in hoc Sacramento mirabili Paſſionis ſuæ memoriam reliquerit; ut conſtat; videtur dicendum: inſtitutioni prædictæ ſolemnis expoſitionis Euchariſtiæ fuiſſe præfixum ſpatium horarum quadraginta ob memoriam Dominicæ mortis, & ſepulturæ. Etſi enim Dominus manſerit mortuus ſpatio horarum triginta ſex, & ſimiliter fuerit clauſus in ſepulchro triginta tribus horis; nihilotamen minus cum triginta ſex, vel etiam triginta tres trigeſimum numerum excedant, idcirco dici poſſunt ad quadrageſimum pertinere ex vulgato Alcuino, qui id colligit ex Scripturis; vid. dicta tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 1. de jejun. & obſervant. Quadrag. art. 1. n. 1. & ideo ſuperius cum dixiſſem: opinionem illam aſſerentem, in expoſitione ſolemni Euchariſtiæ, & oratione continua coram ea per ſpatium quadraginta horarum, hunc numerum poſitum fuiſſe pro quadraginta horis, quibus Dominus in Sepulchro quievit; cum, inquam, dixiſſem, eam opinionem me reijcere tamquam falſam, eo quod falſum



Digitized by Google

ſit, Dominum in Sepulchro manſiſſe ſpatio horarum quadraginta; addidi, ſi loqueretur de horarum numero *vero*, *& proprie quadragenario*; ſi enim ea opinio loquitur, in ſenſu minus proprio, modo ſignificato, ea eſt admodum probabilis, cum dicat idipſum, quod modo docuimus.

## SECTIO V.

*Inſtructio Romana Clementina pro Expoſitione SS. Sacramenti occaſione Orationis XL. Horarum.*

68 JUSSU Clementis XI. die 21. Januarii 1705. ſuper ritu ſervando in expoſitione SS. Sacramenti occaſione orationis continuæ quadraginta horarum, prodiit Inſtructio quædam, a Succeſſoribus Innocentio, & Benedicto XIII., & Clemente XII. ſummis Pontificibus confirmata, quam juvat exſcribere hic pluribus diſtinctam §§. prout diſtinguitur a Caval. tom. 4. c. 8. nonnullis ex eodem paſſim excerptis illuſtratam animadverſionibus; quia, ut ipſe Caval. animadvertit, etſi ab omnibus, & ſolis Urbis Eccleſiis ſit ipſa ſervari mandata, quamplurima tamen continet, ad quæ ſervanda univerſalis tenetur Eccleſia, & in reliquis fere omnibus apprime conveniens ſaltem eſt, ut eidem ſeſe conformet; quemadmodum conſtat ex ſeq. Decr. *Inſtructio pro Oratione XL. Horarum Romæ juſſu ſel. Record. Clementis XI. primum edita, extra Urbem non obligat. laudandi tamen, qui ſe illi conformare ſtudent, niſi aliud ab Ordinariis locorum ſtatutum ſit.* S. R. C. 12. Julii 1749. in una Congreg. Oratorii S. Philippi Neri Civit. Patavinæ apud Caval. *tom.* 4. *c.* 7. *d.* 51. Rurſus conſtat ex §. 1. ipſiuſmet Inſtructionis præfatæ, quod extra Romam minime ſit obligatio ſervandi illam. Eſſe vero laudabile, etiam extra Romam Eccleſias conformare ſe hujuſcemodi Inſtructioni inſinuat, hanc eſſe methodum a ſapientiſſimis Rituum Magiſtris ſummo ſtudio elaboratam, plurium auctoritate Pontificum confirmatam, atque ſervari præſcriptam ab Eccleſiis omnibus Romanæ Urbis, quæ totius Orbis eſt Caput, aliarumque Eccleſiarum omnium Magiſtra. Laudabile igitur eſt etiam extra Romam ſervare illam: *niſi aliud ab Ordinariis locorum ſtatutum ſit*: quemadmodum limitat allegatum Decretum. Quapropter ſi ab Epiſcopis aliquid particulare, prout ferant circumſtantiæ locorum, aut Eccleſiarum qualitas, ſtatutum fuerit, ſervandum illud erit in reſpectivis Eccleſiis, & Diœceſibus. In iis vero, in quibus Cœremoniale Epiſcoporum, aut Rituale Romanum non conveniant cum Inſtructione Romana, declaratum fuit Romæ, atque reſcriptum 26. Martii 1746. petitioni procedenti de qualibet expoſitione SS. Sacramenti etiam extra Romam: *ſervandam eſſe Inſtructionem, quia conſonat praxi Cappellæ Pontificiæ, & Urbis Romæ, quæ totius Orbis magiſtra eſt*. Vid. Caval. *tom.* 4. *c.* 8. *in* §. 24. Inſtruct. Clem. nu. 6. Inſtructio autem, de qua loquimur, eſt tenoris ſequentis.

ISTRU-

ISTRUZIONI, ED ORDINI.

*Da oſſervarſi nell' Orazione continua di quarant' ore coll' eſpoſizione del SS. Sacramento per li biſogni di S. Chieſa, ſecondo la pia mente de' Sommi Pontefici, confermata, e publicata di nuovo per ordine di noſtro Signore Papa Clemente XII.*

*Proſpero del Titolo di S. Silveſtro in Capite, della S. R. C. Cardin. Mareſoſchi, della Santità di Noſtro Signore Vicario Generale.*

§. I.

69 ESSENDO ſtate ſin dal tempo dell' Introduzione dell' Eſpoſizione del SS. Sacramento per l' orazione continua di quarant'ore diverſe proviſioni ſpettanti al decoro di detta funzione, acciò le medeſime venghino eſattamente oſſervate, e ſi rimuova ogni abuſo introdotto in alcune Chieſe; di ordine eſpreſſo della Santità di Noſtro Signore datoci coll' oracolo della ſua viva voce, ordiniamo, e comandiamo, che in tutte le Chieſe di queſta Città, tanto Patriarcali, quanto Collegiate, e Parrochiali, ed in ogni altra Chieſa, sì de' Secolari, come de' Regolari, in qualſivoglia modo privilegiata, e degna di ſpezial menzione, in cui ſi farà la ſudetta Orazione di quarant'ore, ſi oſſervi inviolabilmente, quanto ſi preſcrive nella preſente noviſſima iſtruzione ſotto le pene infraſcritte.

§. II.

70 *Si metterà ſopra la Porta della Chieſa, dove sarà l' Eſpoſizione, un ſegno del SS. Sacramento, ornato di feſtoni, come pure a capo della ſtrada vicina, perchè ſia noto a chi paſſa, eſſervi l' Eſpoſizione del SS. Sacramento.*

§. III.

*Il SS. Sacramento dovrà eſporſi nell' Altare maggiore ( eccettuatene le Baſiliche Patriarcali, nelle quali ſi ſuole eſporre ſopra altro Altare ) e ſi cuoprirà l' Imagine, o Statua, che vi ſia, come anche le pareti della Tribuna, e le vicine dell' Altare: ſe non vi ſono ornamenti ſiſſi, ſi cuopriranno con drappi, avvertendoſi, che gli apparati non contenghino Iſtorie, nè coſe Profane.* 71

§. IV.

*Sopra l' Altare non vi ſi ponghino Reliquie de' Santi, o Statue de' medeſimi ( non eſcludendoſi però quelle degli Angeli, che faccino figura de' Candelieri ) e molto meno vi ſi ponghino figure dell' Anime del Purgatorio di qualſiſia materia; il che ſi proibiſce anche in tutte le Eſpoſizioni particolari, ed in quelle, che talvolta ſi fanno per ſuffragio di quelle Anime.* 72

§. V.

*Sopra detto Altare in ſito eminente vi ſia un Tabernacolo, o Trono con Baldacchino proporzionato di color bianco, e ſopra la baſe di eſſo vi ſia un Corporale per collocarvi l' Oſtenſorio, o Cuſtodia, il di cui giro ſarà attorniato di raggi, e non vi ſarà davanti alcun ornamento, che impediſca la viſta del Santiſſimo.* 73

§. VI.

*Ardano ſopra l' Altare almeno venti* 74
*lumi*

Digitized by Google

*lumi continuamente, cioè ſei candele d'una libra, tre per parte dalli lati della Croce, ed otto Candele nella parte ſuperiore, con altre quattro dalli lati dell' Oſtenſorio, nella di cui parte oppoſta non vi ſi ponga onninamente lume alcuno: e ſieno finalmente due torcieri con le fiaccole almeno di tre libre l'una. L'iſteſſo numero de' lumi vi ſia anche di notte dopo ſerrata la Chieſa, tra quali ve ne ſiano almeno dieci di Cera, e per la Chieſa nella ſera ſi mettano lumi ſufficienti per evitare la confuſione, quali ſtiano acceſi finchè ſi chiudino le porte di eſſa. Potranno anche il giorno oſcurarſi le fineſtre vicino all' Altare dell' Eſpoſizione, ad effetto di raccogliere la mente de' Fedeli all' Orazione.*

Ubi dicitur: *L'iſteſſo numero de' lumi vi ſia anche di notte*: ſupponitur, quod etiam de nocte Sacramentum maneat expoſitum. Porro expoſitio pro Oratione quadraginta horarum per ſe eſt continua, & non interrupta; cæterum recole dicta ſect. 3. num. 64.

## §. VII.

75 *Niun Secolare, benchè veſtito con ſacco di qualſivoglia Compagnia, ardiſca d'andare intorno all' Altare per aggiuſtare lumi, o far' altro, che occorra, ma dovrà eſſere un Sacerdote, o almeno un Chierico con Cotta; con la quale ſopra il proprio abito dovranno comparirvi anche li Regolari di qualſivoglia Religione; avvertendoſi di più, che ogni perſona di qualſivoglia condizione, ed ordine per decreto della Sacra Congregazione de' Riti* Urbis 16. Auguſti 1651. *avanti il SS. Sacramento eſpoſto accoſtandoſi, o partendoſi da eſſo, deve fare riverenza con ambe le ginocchia piegate. In ordine poi alla perſona del Sacerdote, quale celebra la Meſſa privata, s'inſinua eſſervi decreto della medeſima Sacra Congregazione* Urbis 7. Septemb. 1738., *che mentre paſſa avanti l'Altare, in cui ſta eſpoſto il SS. Sacramento, dopo fatta l'adorazione con le ginocchia piegate, ſcoperto il capo, alzandoſi lo ricuopra.*

De veneratione adhibenda SS. Sacramento expoſito egimus art. 4. vide ibi dicta.

## §. VIII.

*Si tenga durante l'Eſpoſizione alla porta della Chieſa per la parte di dentro, o di fuori, come tornerà più commodo, un tapeto, che faccia forma di boſſola con ſpazio adequato de' lati per commodità del popolo, e ſia talmente poſto, che non poſſa mai dalla ſtrada vederſi il SS. Sacramento.* 76

## §. IX.

*Siano di continuo uno, o due Sacerdoti, o in altr'ordine ſacro coſtituiti, ſe ſi potrà, veſtiti di Cotta (benchè ſiano Regolari); genufleſſi avanti d'un banco ricoperto con tappeto, o panno roſſo, o d'altro colore, e qualità decente, vicino all' infimo grado dell' Altare, e mai ſopra genufleſſorj, orando tanto di giorno, quanto di notte a vicenda. Dove ſarà qualche Confraternità, v'aſſiſtino due Confratelli almeno, avanti un banco coperto di panno verde, o di altro colore decente, parimente a vicenda, ma fuori del Preſbiterio, e diſtanti dagli Eccleſiaſtici ſudetti, ed oreranno con tutta divozione per edificazione degli Aſtanti, e con voce ſommeſſa per non cauſare diſtrazione negli altri.* 77

Expo-

Expoſitionis, quoad aſſiſtentiam, hæc erit regula, ut in Urbe Roma omnino ſervanda ſit Inſtructio, cui Cavalerius hic n. 2. eum ſenſum facit, ut duo, aut unus ex Sacerdotibus, vel ex Clericis in ſacris Ordinibus conſtitutis ſemper aſſiſtant; & quatenus haberi non valeant, ſufficiat etiam aſſiſtentia unius, vel duorum ex Clericis inferiorum ordinum, qui omnes induti erunt ſuperpelliceo, numquam tamen ſtola, nequidem Sacerdotes ipſi; id autem particulare eſt Urbis Romæ in reverentiam Papæ, qui ſtola utitur extra Sacramenta. Extra Romam ſervabuntur particularium Synodorum, & reſpectivorum Prælatorum mandata, hac tamen regula, ut Sacerdotes ultra ſuperpelliceum, ſtolam habeant e Collo pendentem, quæ Sacerdotalis dignitatis indicium eſt, ut in ſimilibus firmavimus agentes de Sacerdotum communione in Feria V. Cœnæ Domini.

78 Si autem deſint leges municipales, aut Prælatorum præſcripta, hæc poterit ſervari regula, ut in publica, ac ſolemni expoſitione, quæ duret perdiu, & præſertim ſi adhuc de nocte, ſemper aſſiſtant duo, ad minus unus ex Sacerdotibus quidem, aut ſacris ordinibus initiatis, ſi haberi poſſint; ſin, etiam de Clericis inferiorum ordinum; ſi vero diu non perduret expoſitio, numquam deſit duorum aſſiſtentia Sacerdotum, vel in ſacris ordinibus conſtitutorum, ſi fieri poſſit; ſin, ſaltem unius Sacrorum Ordinum, & alterius inferiorum; & hoc ſimiliter in expoſitionibus, quæ diu durant, præſtandum eſſe exiſtimat Caval. n. 3. de die, vel ſaltem in frequentiori hujus tempore. Ubi autem pauciſſimi ſint Clerici, ut in ruralibus accidit Eccleſiis, ideoque diſpoſitio prædicta ſervari non poſſit; non ideo omittenda eſt expoſitio Sacramenti: ob impotentiam enim, atque neceſſitatem ablegandæ non ſunt laudabiles conſuetudines, & potiſſimæ cauſæ pietatis, cujuſmodi eſt expoſitio Sacramenti, dummodo, ſi non adſit Clericorum, non deſit laicorum, ſeu aliorum fidelium copia competens adoratorum. Ad privatam vero expoſitionem quod attinet, cum regulariter diu non perduret, nec ad eam opus ſit aſſiſtentium viciſſitudine, unius aſſiſtentia Sacerdotis ſufficiet; quod etiam dictum ſit, ubi diu perduraret; ita ut ſufficiat; quod unus alteri in aſſiſtentia ſuccedat. Caval. l. c.

Clerici autem aſſiſtentia dignoſcitur neceſſaria, tametſi non deeſſent Laici, qui particularem aſſiſtentiam præſtarent ultra populum, qui ad expoſitionem, ſolet accurrere; nam Inſtructio diſerte demandat, quod in Eccleſiis, in quibus habetur aliqua Confraternitas, duo ſaltem ex Confratribus ſemper aſſiſtant, ſed ultra prædictos Eccleſiaſticos; a quibus conſequenter aliquantulum diſtantes illos collocat extra Presbyterium, a quo officiorum, ſacrarumque functionum tempore laici excluduntur. Caval. n. 5. Regulares vero laici intra Presbyterium poſſunt admitti pro aſſiſtentia, ut ſupra, vid. Caval. n. 4. Ultra igitur eos de Clero, in Eccleſiis, ubi eſt aliqua Confraternitas, duo ut minimum viciſſim aſſiſtent Confratres toto expoſitionis tempore, non ante genuflexorium, ſed genuflexi ante Scamnum coopertum tapete, ſeu panno alicujus decentis coloris, non intra Presbyterium, ſed extra collocatum, ad differentiam 79

Cle-

Clericorum, qui aſſiſtent intra Presbyterium, genuflexi tamen & ipſi non ſuper genuflexorium, ſed ſuper ſcamnum coopertum tapete pretioſiori illo laicorum, coloriſque feſtivioris, ut inſtructio indicat, dum ex coloribus rubeum pro Clericis exprimit, pro Laicis viridem. Caval. num. 5.

Illud ipſum videtur de Eccleſiis Monialium, aliarumque Fœminarum, aut Virorum, qui in communi domo collegialiter vivunt, ita ut bini, ſeu binæ diſtributis horis item debeant aſſiſtere continuo civiliter, pro horis videlicet, & temporibus competentibus, non autem pro omni prorſus tempore; officiorum enim tempore Clerum, Moniales, alioſve, qui ſunt de Choro, in Chorum omnes convenire poſſe videntur ad divina officia decantanda, quorum cantui dum incumbunt, inſimul orantes SS. Sacramento aſſiſtunt. Caval. n. 6.

80 Prædicta vero omnia ubique, & in expoſitione quavis ſervari debent, ſaltem ex decentia, ſi non ex omnimoda neceſſitate; extra Romam enim permitti poſſe, ait Caval. n. 7. quod Clerus aſſiſtens oret ante genuflexorium; quodque Regulares in ſuo ſacro aſſiſtant habitu; ita tamen ut Sacerdotes ſtolam e collo pendentem teneant, inſtar conſuetudinis, qua communicant in Cœna Domini. Dum aſſiſtunt Clerici, non videntur ad ſimultaneam aſſiſtentiam rigoroſe adſtricti Confratres, aliive de Congregatione, aut Collegio, & per aſſiſtentiam Confratrum, Monialium, aliorumve de Collegio ſuppleri ſaltem poterit aſſiſtentia Clericorum, quando hæc ſine gravi, aut notabili incommodo haberi non poſſit, vel talis ſit Eccleſiæ conſuetudo, cui plurimum hac in re deferri poſſe videtur. Caval. l. cit.

### §. X.

*Nella Sagreſtia vi ſia l'Orologio almeno a polvere, per ſapere il tempo della vicenda, di cui ſe ne darà il ſegno ad ogni ora con la Campana maggiore, tanto di giorno, che di notte.* 81

### §. XI.

*La ſera avanti il giorno dell' Eſpoſizione, dopo il ſegno dell'* Ave Maria *ſi ſuonino le Campane ſolennemente per avviſo del popolo, come anche la mattina nel far del giorno, e dopo tutti gli altri ſegni dell'* Ave Maria *durante l' Eſpoſizione, come parimente le ſolite tre volte avanti le Meſſe ſolenni.* 82

An tempore Interdicti localis generalis liceat pulſare Campanas pro Expoſitione: vid. art. 1. fine.

### §. XII.

*Nell' Altare, dove ſta eſpoſto il SS. Sacramento, non ſi celebri altra Meſſa, che la ſolenne per l' Eſpoſizione, e repoſizione, ne' quali due giorni, oltre la Conventuale, ( nelle Chieſe, dov' è obligazione di cantarla; ) ſi celebrerà dopo Nona la Meſſa del SS. Sacramento votiva* pro re gravi. *Eccettuate però tutte quelle Domeniche, che ſono di prima, o ſeconda claſſe, e tutti li giorni, ne' quali per ragione del Calendario tanto univerſale, quanto particolare di quella Chieſa, in cui ſi fa l' Eſpoſizione, ſi fa Officio parimenti di prima, o ſeconda claſſe, come anche eccettuata la feria quarta delle Ceneri, e le ferie ſeconda, terza, e quarta della Settimana Santa, tutti* 83

Digitized by Google

*tutti li giorni dell' Ottava di Paſqua, e di Pentecoſte, le Vigilie del Santo Natale, e della Pentecoſte, e l'Ottava dell' Epifania; nelle quali Domeniche, ed altri giorni, e ferie eccettuate ſi canterà la Meſſa Conventuale con l'Orazione aggiunta del Sacramento* ſub unica concluſione; *e tutto ciò ſi oſſerverà inviolabilmente in tutte le Chieſe, tanto de' Secolari, che de' Regolari.*

Urbis Eccleſiæ tenentur media Miſſa exponere Sacramentum pro initio Orationis XL. Horarum. Gavantus par. 2. tit. 14. nu. 4. edocuit; quod quatenus exponendum incidat Sacramentum pro initio XL. Horarum, vel ſpiritualium exercitiorum in feſto 1. vel 2. claſſis, ſive in Dominica privilegiata 1., vel 2. claſ. tunc in Collegiatis vel duæ cantandæ ſint Miſſæ, altera de Feſto, ſeu Dominica poſt Tertiam, altera votiva de Sacramento poſt Nonam; vel una tantum de die cum commemoratione SS. Sacramenti. Gavanti doctrinam approbavit S. R. C. in decreto tenoris ſequentis: *Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio XL. Horarum, vel ſpiritualium exercitiorum, ſi accidat in feſto 1., vel 2. claſſis, ſive in Dominica privilegiata 1. vel 2. claſſis; tunc in Collegiatis, vel duæ cantentur Miſſæ, una de feſto, ſeu de Dominica poſt Tertiam, altera votiva de Sacramento poſt Nonam; vel una cantetur de die cum commemoratione SS. Sacramenti*. S. R. C. 13. Febr. 1666. in *Romana* apud Caval. *tom.* 4. c. 7. *d.* 33. Quo ad Eccleſias Collegiatas Urbis, quas alloquitur Inſtructio Romana, una cum Decreto, in eo mutat Gavanti regula, quod in duplicibus, & Dominicis 1. vel 2. claſſis, dummodo cantetur Miſſa de die, licitam facit Miſſam alteram de SS. Sacramento exponendo occaſione XL. Horarum. Eccleſiis itaque Collegiatis Urbis liberum non eſt, ſi accidat Officium, vel Dominica 1., vel 2. claſſis, aut duas, ut ſupra, cantare Miſſas, aut Miſſam de die dumtaxat facere cum commemoratione Sacramenti; ſed præciſe tenentur cantare Miſſam de die cum commemoratione Sacramenti: & Miſſam alteram votivam de Sacramento nullatenus facere valent, quemadmodum ipſo Gavanto teſte, uſus erat Romæ in Cappella Papæ, & in Eccleſiis majoribus Urbis, & noviſſime definivit Inſtructio Romana, quæ id ſimiliter extendit ad Feriam IV. Cinerum, ad Ferias II. III. IV. majoris hebdomadæ, ad dies omnes Octavæ Paſchæ, & Pentecoſtes, ad Vigilias Natalis Domini, & Pentecoſtes, & denique ad Octavam Epiphaniæ, cujus dies omnes cum ſint privilegiatæ contra feſta duplicia 2. claſſis, privilegiatæ quoque cenſeri debent contra Miſſam votivam SS. Sacramenti, quæ in feſtis 2. claſſis locum non reperit; argumento a ſimili ducto ex Decretis ſuper Miſſis votivis de Requiem non dicendis in feſtis duplicibus, quæ, interprete ipſa Sacra Congregatione, extenduntur ad dies omnes, quæ feſta duplicia rejiciunt. Ex quibus ſequitur, diebus omnibus aliis Miſſam votivam SS. Sacramenti non eſſe inhibitam; quinimo in iiſdem Eccleſiis Urbis eſſe habendam, niſi fortaſſe apud earumdem aliquam conceſſum haberetur Officium, quod licet inferioris ritus ipſum ſit, ex privilegio tamen excludat feſta duplicia 1. vel 2. cl. quo in caſu facienda item foret Miſſa de die cum commemoratione Sacramenti. Caval. hic n. 2. Teſtatur Meratus *to.* 1. *par.* 1. *tit.* 4.

*tit.* 4. *n.* 14. *in fine*, ex diſpoſitione præfata in hac Inſtructione contenta, communiter recentiores inferre: non poſſe celebrari Miſſam ſolemnem votivam pro re gravi in diebus 1. & 2. claſſis.

Diebus igitur ab Inſtructione exceptis, ac modo enumeratis Collegiatæ Urbis cantabunt Miſſam de die, & loco Miſſæ votivæ, quæ de Sacramento cantanda foret, commemorationem facient de eodem Sacramento, quæ ſub unica concluſione cum oratione diei dicenda mandatur: quia Miſſæ, quæ pro re gravi ſolemniter decantantur, nonniſi unicam orationem admittunt juxta Rubricam IX. n. 4. quæ licet agat de Miſſis votivis, idipſum tamen implicite faciendum eſſe ſatis indicat, ſi eadem de cauſa cantetur Miſſa occurrens, aut hæc in locum Miſſæ votivæ, ob impedimentum, ſubrogetur, ut evenit in caſu noſtro, in quo cantatur Miſſa diei loco votivæ de Sacramento, quæ pro re gravi indicitur. Diebus autem, quæ non ſunt ex ſuperius exceptis, & enumeratis, eædem Collegiatæ ad duas tenentur Miſſas, ad votivam nempe de Sacramento, & ad aliam de die, & adhuc ad plures, ſi juxta Rubricarum mandata cantandæ incidant; non enim per Inſtructionem, etſi Miſſæ Conventualis in ſingulari meminerit, ſolvitur Rubricarum præceptum ſuper pluribus, ſed magis firmatur; dum, non obſtante Miſſa votiva SS. Sacramenti, eaſdem Eccleſias adſtringit ad parendum Rubricis de Miſſa Conventuali, cujus nomine veniunt quotquot juxta Rubricas ea die occurrunt. Hinc vero inferendum eſt, quod diebus itidem, quibus, juxta ſuperius dicta, cantanda tantummodo eſt Miſſa de die cum commemoratione SS. Sacramenti, non propterea Eccleſiæ Collegiatæ, etſi Miſſam de Sacramento facere nequeant, ſed teneantur eamdem ſupplere per Miſſam de die, non propterea, inquam, eximantur a cantanda Miſſa altera de Vigilia, aut Feria, ſi occurrat. Caval. n. 3. Ita quidem in Eccleſiis Urbis Collegiatis. Non Collegiatæ vero per ea verba *Nelle Chieſe dov'è obligazione di cantarla*, a decantanda Miſſa Conventuali declarantur immunes; & ſolum per ſequentia *Si celebrerà dopo Nona la Meſſa del Sacramento*: obligantur ad Miſſam ſolemnem de SS. Sacramento, & ad hanc, quodcumque occurrat Officium: niſi fuerit ex ſuperius exceptis, & recenſitis; quo in caſu celebrabunt Miſſam de die cum commemoratione SS. Sacramenti ſub una concluſione, ut ſupra dictum eſt. Caval. n. 4.

Miſſa votiva de Sacramento poſt Nonam dici mandatur conformiter ad Rubr. tit. 15. n. 5. In Collegiatis autem Eccleſiis, ſi Miſſam alteram debeant facere, quæ juxta Rubricas poſt Nonam itidem dici debeat, hanc dicent poſt Sextam, & quoad fieri poteſt, teneatur hora præſcripta, vel eidem proximior; illam vero votivam poſt Nonam; Cum enim Miſſa votiva diſcordet ab Officio; convenit, reponi poſt ipſum Officium, quod regulariter terminatur ad Nonam, aut ſaltem poſt ultimam horam Officii Matutini, quando diei Officium proſequendum eſt in Veſperis; ubi Miſſam Officii nihil vetat intermiſceri ipſi Officio, ut reipſa fit in feriis per annum. Quæ ratio æque militat pro iis Miſſis, quæ diſcordant ab Officio, puta 84

Vi-

Vigiliarum infra Octavam, aut quoties in feriis majoribus occurrit feſtum aliquod; proculdubio enim Miſſæ votivæ magis diſcordant ab Officio, cum quo nihil commune habent: quinimmo eæ, de quibus agimus, reſpuunt etiam commemorationem Officii; ubi Vigiliæ, feriæque præfatæ in dici Officio ſaltem nonam lectionem, & commemorationem ſortiuntur. Caval. n. 4. Quænam autem ſit Miſſa votiva de Sacramento dicenda? indicavimus art. 5. n. 24.

Quoties vero Miſſa votiva fieri non valet, ſed dicenda eſt, ut ſupra, Miſſa de die; non videtur, eſſe diſcedendum ab hora, poſt quam Rubricæ talem Miſſam præſcribunt eſſe dicendam. Verum tunc præſtabit, quod tardius recitetur hora competens, ut frequentior habeatur concurſus populi, quam quod Miſſa e.g. feſti cantetur poſt Nonam; ſicuti ex Alcozer, Sacram Rituum Congregationem declaraſſe, refert Gavant. par. 1. tit. 15. litt. a, quando propter terræ frigiditatem populus venit tarde ad Eccleſiam. Caval. n. 6.

## §. XIII.

85 *Nel giorno medio oltre la Meſſa Conventuale, ſi dovrà cantare dopo Nona la Meſſa votiva* pro pace; *o altra, che verrà comandata da Noſtro Signore, ſecondo che ſtarà eſpoſto nella liſta delle quarant' ore, colla medeſima eccezione delli giorni ſudetti, e colla medeſima regola circa l'Orazione.*

Si occurrat Officium, aut Dominica 1. vel 2. cl. ſive aliud ex recenſitis §. præcedenti, dicenda non erit *Miſſa pro Pace*, aut alia, quæ foret indicta, ſed Miſſa de die cum additione orationis ſub unica concluſione. Oratio autem erit *de Pace*, *aut neceſſitate*, pro qua foret Miſſa alias cantanda. Vid. Caval. hic, & dicta ſectione 2. n. 56.

## §. XIV.

*Nelle Chieſe non Collegiate, e dove non è l'obligazione di cantarſi la Meſſa Conventuale, dovrà in detto giorno medio cantarſi ſolamente la Votiva ſudetta coll'eccezione, e regola preſcritta di ſopra nella Meſſa del Sacramento; queſta però dovrà cantarſi ad un Altare, che non ſia quello dell' Eſpoſizione, nè quello, dove ſta il Tabernacolo col Sacramento incluſo; ed in quelle Chieſe, che hanno l' obligo di cantar la Meſſa Conventuale, queſta pure ſi canterà ad altro Altare, come ſi è detto.* 86

## §. XV.

*Si ordina eſpreſſamente, che nelli giorni dell' Eſpoſizione, medio, e della repoſizione, le Meſſe ſi debbano cantare con li Miniſtri parati, e non altrimenti, anche nelle Chieſe de' Regolari, non oſtante qualſivoglia loro uſo, o preteſa conſuetudine in contrario.* 87

Miſſæ, quas Sanctio comprehendit, proculdubio ſunt votivæ de Sacramento, & pro pace, quæ, ut ſupra, in prædictis diebus decantari præcipiuntur: & in jure Votivarum ſuccedit Miſſa de die, quæ in diebus, ut ſupra, enumeratis, illarum loco canitur, quando Votivæ haberi non poſſunt. Caval. hic. An autem id extendendum item ſit ad Conventuales, quæ ultra prædictas Miſſas ad

obediendum Rubricis cantantur? Affirmat Caval. ex mera congruentia tamen, non ex neceſſitate.

88 In Miſſa ſolemni, quæ cantatur pro exponendo SS. Sacramento, duæ magnæ conſecrabuntur hoſtiæ, quarum una tantum elevetur, ut moris eſt, relinquatur altera ſuper corporale a parte ſiniſtra Celebrantis. Caval. in §. 19. Inſtr. n. 1. Uſque ad ſumptionem Calicis incluſive præſtantur omnia tum a Sacerdote, tum a Miniſtris, quæ ſervari præſcripta ſunt per Rubricas in aliis Miſſis ſolemnibus; poſt ſumptionem Calicis vero ſerventur dicenda in §. 19. præſentis Inſtructionis.

## §. XVI.

89 *Nelle Meſſe private, che ſi celebreranno durante l'Eſpoſizione non ſi ſuoni il Campanello all' elevazione, ma ſolo uſcendo i Celebranti dalla Sagriſtia, ſi dia un piccolo ſegno con la ſolita Campanella.*

## §. XVII.

90 *Non ſi celebrino Meſſe di Requie nel tempo, che durerà l'Orazione di quarant'ore; e le Meſſe del Santiſſimo, che ſi celebreranno ne' giorni permeſſi dalla Rubrica, ſaranno meramente votive ſenza* Gloria, *e* Credo. *Nell'altre Meſſe private correnti s' aggiungerà dopo le preſcritte dalla Rubrica, l'orazione del Sacramento: così comandando la Santità di Noſtro Signore.* Vide dicta art. 5.

## §. XVIII.

91 *Il Celebrante dovendo portare il Santiſſimo in Proceſſione, ſarà veſtito con Piviale bianco, quando non abbia celebrato con paramenti d'altro colore; che in tal caſo continuerà il colore della Meſſa; il velo umerale però ſarà di color bianco in qualſivoglia caſo, che debba portarſi il Sacramento, anco nel Venerdì Santo; e li paramenti de' Miniſtri Sacri ſaranno del colore del Celebrante, come ſopra. Parimente il pallio dell' Altare dove ſtà l' Eſpoſizione ſarà ſempre di color bianco, benchè la Meſſa ſolenne ivi ſi celebri in altro colore, come pure il baldacchino per la Proceſſione dev' eſſere del medeſimo color bianco.*

Vide dicta art. 2. n. 5. & art. 5. n. 21.

## §. XIX.

*Terminata la Meſſa ſolenne per l' eſpoſizione, il Celebrante, e li Miniſtri, fatte le dovute riverenze al Sacramento, ſi ritireranno fuori del corno dell' Epiſtola, dove il Celebrante (come pure li Miniſtri) deporrà il manipulo, e levata la pianeta prenderà il Piviale, ponerà ivi l'incenſo in due turibuli ſenza benedirlo; e dopo con li Miniſtri genufleſſo nel mezzo, incenſerà tre volte il Santiſſimo. Sul fine della Proceſſione (la quale ſi principierà anticipatamente fatta l' elevazione del Santiſſimo, o prima, ſecondo che ſarà più, o meno numeroſa) Il Diacono in tempo congruo fatta la genufleſſione ſopra la pradella, prenderà il Sacramento, e ſtando in piedi lo conſegnerà al Celebrante genufleſſo; genuflettendo immediatamente eſſo Diacono, lo prenderà il Celebrante, ricoperte le mani dall' eſtremità del velo umerale, e ſi alzerà. Principiandoſi poi da' Cantori l' inno* Pange lingua ec. *s' incaminerà ſotto il Baldacchino, recitando con voce ſommeſſa Salmi, ed Inni inſieme con* 92

li

Digitized by Google

*li Miniſtri, quali eleveranno le fimbrie del Piviale*.

Sumpto Corpore, & hauſto Chriſti Sanguine, dum Celebrans ſtat in ejuſdem meditatione, Cæremoniarius, ſi adſit, ſin Subdiaconus ad Altare defert Oſtenſorium, illud collocat in cornu Epiſtolæ prope Corporale, & mox ab eo aufert velum, quo erat coopertum. Subdiaconus deinde accedit ad librum, cedens gradum ſuperiorem Diacono, qui tranſit ad dexteram Celebrantis. In receſſu autem, & acceſſu, Miniſtri ſemper unicum genu flectunt. Caval. hic n. 1.

Mox Diaconus aliquantulum removet Calicem verſus latus Evangelii, ſuper Corporale tamen, illumque palla cooperit, & continuo Oſtenſorium aperit, & ſuper Corporale collocat ante Celebrantem, qui ſtatim, & ſacri Miniſtri in loco ſuo flectunt unicum genu, & ſurgunt illico, deinde Celebrans extracta lunula ſua propria manu adaptat ſacram hoſtiam in prædicta lunula, quam deinde in Oſtenſorio reponit, adjuvante Diacono, qui illud ſtatim claudit, & in medio Corporalis collocat reverenter. Poſtea Celebrans, & Miniſtri ſacri genuflectunt, ſurgunt, & Sacerdos ſumit purificationem, aliaque cuncta peragit, una cum Miniſtris, ut in Miſſa celebrata coram SS. Sacramento. Caval. num. 2. videantur dicta art. 5. n. 32. & 33.

Dum autem perficitur Miſſa, Oſtenſorium operiatur velo albo. Caval. num. 3.

Miſſæ tempore ab Acolythis accendi debent Candelæ in Altari præparatæ pro expoſitione facienda. Proxime poſt elevationem Sacramenti nonnullæ id præſtant Eccleſiæ: aliæ ante finem Miſſæ; ſufficit, & exigitur prius, quam ab Oſtenſorio finita Miſſa per Diaconum auferatur velum, omnes habeantur ardentes. Caval. *in* §. 20. *Inſtr. n.* 1.

Si ante expoſitionem, poſt Miſſam Proceſſio facienda ſit; hic erit ritus. Finito ultimo Evangelio, Celebrans pergit ad Altaris medium inter ſacros Miniſtros, una cum his unicum genu flectit ſine capitis inclinatione, mox Diaconus aufert velum ab Oſtenſorio, & repetita ab omnibus genuflexione, præcedente Subdiacono, & ſequente Diacono, deſcendit Celebrans per gradus laterales Epiſtolæ in planum, ubi retro Altare, vel ad Credentiam exuit planetam, deponit Manipulum, & accipit Pluviale illius coloris, cujus erat planeta. Sacri item Miniſtri deponunt manipulum, ſed non accipiunt Pluviale, remaneant autem in Dalmatica, & Tunicella, aut in planetis plicatis, ſi in iſtis miniſtrarunt in Miſſa. *Ponerà ivi l'incenſo*: ait Inſtructio: quapropter Celebrans antequam ad Altare redeat, imponat incenſum in duo thuribula, dum adhuc exiſtit in eodem plano ad Credentiam; imponet autem incenſum abſque benedictione, Diacono miniſtrante naviculam ſine oſculis, & Subdiacono elevante fimbriam Pluvialis dexteram. Caval. hic num. 4. 93

Deinde Celebrans manibus junctis, oculis ad terram demiſſis, & nudo capite, medius inter ſacros Miniſtros elevantes hinc inde fimbrias Pluvialis, accedit per planum Præsbyterii ad medium Altaris, ubi ante infimum gradum in eodem plano flectit utrumque genu cum profunda capitis inclinatione. Tum erectus una 94

cum

Digitized by Google

cum iiſdem Miniſtris genuflectit in infimo Altaris gradu, nec ſe inclinant, & ibi facta oratione brevi, Diaconus tradet ſine oſculis thuribulum Celebranti, qui ter incenſabit Sacramentum, facta profunda inclinatione ante, & poſt, etiam a Miniſtris, qui interim elevabunt anteriores partes Pluvialis. Hoc facto, Diaconus a Celebrante acceptum ſine oſculis thuribulum reddet thurifeſario, qui, uti & alter thuriferarius remanebunt genuflexi in plano, abſtinentes ab incenſatione Sacramenti, quod ſolum in proceſſione thurificabunt. Caval. nu. 5. Tum velum oblongum album, allatum per aliquem Acolythum imponitur humeris Celebrantis, & ſuper brachia, & manus ejuſdem extenditur, & a Diacono firmatur aciculis, vel funiculis ſericis ante, ne decidat. Caval. n. 6. Porro Celebrans, qui deferre debet Sacramentum in hac Proceſſione, eſſe debet idem, qui immediate præcedentem Miſſam ſolemnem celebravit, quemadmodum declaravit S. R. C. 5. Junii 1634. ut ex Paſcuccio tradit Meratus *tom. 1. par. 4. lib. 12. n. 11.*

95 Deinde tempore congruo, videlicet, quando Proceſſio jam ita progreſſa eſt, ut Sacerdos cum Sacramento eamdem ingredi debeat; Celebrans, & ſacri Miniſtri ſe erigunt, & idem Celebrans, & Subdiaconus aſcendunt ad ſecundum Altaris gradum, & genuflectunt in ſuppedaneo, ubi non ſe inclinant Sacramento; Diaconus vero aſcendit uſque ad ipſum Altare, ubi facta genuflexione unico genu, ſine capitis inclinatione, accipit ambabus manibus Oſtenſorium, Imagini Crucifixi, quæ eſt in hoſtia, ad ſe converſa, & vertens ſe ex parte Evangelii, illud tradit Celebranti eodem modo, ita nimirum ut in tota proceſſione imago Crucifixi non reſpiciat Celebrantem, ſed viam, quam habet ante ſe: Diaconus ſtans tradit Oſtenſorium, & Celebrans genuflexus illud recipit manibus velo coopertis, & mox Diaconus in eodem loco, in quo eſt, flectit unicum genu ſine capitis inclinatione, & illico ſurgens accedit ad dexteram Celebrantis, qui eodem tempore ſurgit cum Subdiacono, & nulla alia genuflexione facta cum eiſdem ſacris Miniſtris elevantibus Pluvialis fimbrias, ſimul aſcendit in planum ſuppedanei, ubi cum iiſdem Miniſtris vertit ſe ad populum, eodem prorſus modo, quo ſe vertit in Miſſa ad dicendum *Dominus vobiſcum*. Miniſtri autem prædicti item eodem modo, & ſimul ſe vertunt cum ipſo ita; ut Diaconus vertendo ſe, non relinquat dexteram Celebrantis, nec fimbriam Pluvialis, quam ſuſtinet, ſed ſimul vertendo ſe, ſequatur eamdem dexteram, Subdiaconus vero ſiniſtram. Caval. n. 7.

Ubi Celebrans, & Miniſtri modo prædicto ſe verterunt ad populum, 96
Cantores, qui una cum Clero per Proceſſionem manent genuflexi, & converſi ad SS. Sacramentum, ſtatim intonant hymnum *Pange lingua*: mox ſurgunt cum univerſo Clero, & genuflexione unico genu, ut citius ſurgant, Sacramento præmiſſa, progrediuntur omnes per Proceſſionem, per quam idem Clerus in duos Choros ſciſſus, proſequitur eumdem hymnum. Sacerdos vero ad initium prædictæ intonationis, præcedentibus duobus Acolythis cum thuribulis effumantibus, comitatus a ſacris Miniſtris ſuſtinentibus fimbrias Pluvialis,

&

Digitized by Google

& tectus umbella coloris albi, cum qua præſto erit aliquis Miniſter ad eum obtegendum in itinere ad baldachinum, diſcedit ab Altari, & eidem baldachino ſe ſupponit: alternatim cum ſacris Miniſtris ſubmiſſa voce recitans Pſalmos, & Hymnos, quos per proceſſionem proſequitur. Caval. n. 11. Erunt autem appoſiti hymni ex feſto Corporis Chriſti. Caval. n. 9. fine. Quæ omnia item ſervanda ſunt extra Romam in caſu ſimili, niſi quod in Ruralibus Eccleſiis, aliiſque, quibus Clerus deficit, etiam Sacerdos deferens Sacramentum cantare poterit juxta Rituale Romanum. Porro non deſunt loca, in quibus, vel nullas, vel pauci cantum Gregorianum, vel tonos hymnorum callent, atque vix id, quod audiunt, repetunt, unde ſi Sacerdos ſileret, aliquando vel nemo caneret, vel inordinate, & extra tonum boatus ederet populus. Caval. n. 9. & 11. Merat. *tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 12. *num.* 10.

## §. XX.

97 *La Proceſſione ſarà compoſta di tutto il Clero della Chieſa, ed il Crucifero in queſta funzione non ſarà parato con abito Suddiaconale, ma veſtito con Cotta. Vi interverranno onninamente otto Sacerdoti veſtiti con Cotta, e con le torcie acceſe in mano, li quali procederanno dalli lati avanti il baldachino: e dopo di eſſi ſeguiranno due Acoliti con turiboli, quali per la ſtrada incenſaranno continuamente il Santiſſimo, e durante la proceſſione ſi ſuoneranno le Campane ſolennemente.*

Ex communi praxi funalia deferuntur manu extima. Qui igitur ſive candelas, ſive intortitia deferunt, ea deferent manu extima; videlicet, qui a dextris ſunt, manu dextera, & qui a ſiniſtris manu ſiniſtra. Caval. hic n. 2. Confer Merat. *tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 12. *n.* 14.

98 *V'interveranno onninamente otto Sacerdoti:* Extra Romam cuſtodiri poterit locorum conſuetudo, & maxime ubi pauci ſint Sacerdotes, qui alias præripiuntur aliis officiis, & decenti comitatui, quæ vel non poſſunt, vel minus decent, præſtari a laicis; ubi Cereorum delatio his non eſt incongrua, dummodo decenti habitu procedant induti, qualis eſt ille Confraternitatum, Caval. n. 1. *Li quali procederanno dalli lati avanti il Baldachino.* Quatuor ex utraque parte ante Baldachinum. Confer Merat. loc. cit. §. verſu. *Hinc notandum.*

99 Acolythorum autem locus eſt inter deferentes funalia & Sacramentum, quod continuo incenſare mandantur; unde quoties thuribula non amplius fumigant, eorumdem Acolythorum erit, novum in illa imponere thus. Caval. nu. 3. Sic autem incenſabunt, ut qui eſt a latere dextero, manu ſiniſtra: & qui eſt a latere ſiniſtro, manu dextera alternatim thuribula moveant, tractibus tamen longioribus erga Sacramentum productis. Caval. n. 4.

## §. XXI.

100 *La Proceſſione ſi farà dentro la Chieſa, ed al più per la Piazza, quando l' anguſtia della Chieſa ne porti la neceſſità; e quando eſca di Chieſa, ſi farà ben pulire la ſtrada della Piazza, dove, ſe vi ſarà qualche Bottega, dovrà tenerſi chiuſa durante la Proceſſione.*

Notari poteſt hic, quod *In Proceſſio-*

Digitized by Google

*ceſſionibus SS. Sacramenti, quæ occaſione XL. Horarum fiunt per Eccleſias, debent proceſſionaliter incedentes ante Sacramentum in occurſu, & tranſitu a latere ejuſdem, facere genuflexionem, dummodo in tranſitu videatur*; S.R.C. 1. Martii 1681. in una Canon. Regul. Lateran. apud Caval. *tom.* 4. *cap.* 10. *d.* 8. genuflexio autem hic fiet unico genu. Vid. Caval. ibid. num. 4.

## §. XXII.

101 *Se vi ſaranno inſtituite Confraternità de' Secolari, o ſiano veſtiti di Sacco, o no, tanto li Guardiani, ed Officiali di eſſe, quanto li Confratri tutti anderanno unitamente in corpo avanti il Clero Secolare, e Regolare, che vi ſarà, al quale doveranno ſempre cedere il luogo più degno. Di più eſpreſſamente ſi commanda, che li Guardiani, o altri Officiali di eſſe non ardiſchino ſotto qualſivoglia preteſa di conſuetudine, o altro, d'andare dopo il Baldacchino ſotto la pena di venticinque ſcudi a ciaſcheduno Fratello, Guardiano, o Officiale della Confraternità, il quale contraveniſſe alla preſente diſpoſizione, in conformità dell' Editto pubblicato l'anno 1689. qual pena di ſcudi venticinque ſi dovrà applicare alla medeſima Confraternità, ſe ſarà povera, o al Monte del SS. Viatico a noſtro arbitrio. Monſignor Primicerio però dovrà andare dopo il Baldacchino, veſtito ſenza ſacco dell' abito ſuo Prelatizio, e del Rocchetto, ſe n'averà l'uſo. Poſſono bensì li detti Officiali portar l'aſte del Baldacchino, officio molto decoroſo, per il quale dice il Ceremoniale Epiſc. lib. 2. c.* 33. Deputentur nobiles Viri Barones &c. *Poſſono bensì li detti Officiali portare l'aſte del Baldacchino ec.* Videri poſſunt dicta Fer. V. in Cœna Domini ſubſ. 5. num. 160.

## §. XXIII.

*Di più ordiniamo alli ſudetti Cleri* 102
*Secolare, e Regolare, che nelle proprie Chieſe, non permettano, che ſi prattichi in contrario, ſotto le pene contenute nel ſudetto Editto, cioè di ſcudi venticinque agli Superiori, e Rettori delle Chieſe Secolari, o di privazione di voce attiva, e paſſiva alli Superiori Regolari con altre a noſtro arbitrio. Quando poi vi foſſe alcuno, che tanto ardiſſe, ſi notifica, che oltre le ſudette pene impoſte di ſopra, reſterà ipſo jure privo dell' Officio, e caſſato dalla Confraternità reſpettivamente il Guardiano, o Guardiani, ed Officiali, i quali contraverranno a queſto noſtro ordine: reſterà la Confraternità, e Chieſa privata di far più tale ſanta Eſpoſizione, finchè non ſarà reintegrata. Si dichiara anche, che all'Accuſatore di tal contravenzione ſi darà la terza parte della ſudetta pena coll'eſſere tenuto ſegreto, e la ſudetta diſpoſizione vogliamo, che ſi oſſervi anche in tutte, e ſingole Proceſſioni, ed Eſpoſizioni particolari.*

## §. XXIV.

*Ritornata la Proceſſione in Chieſa,* 103
*giunto il Celebrante al grado infimo dell' Altare maggiore, il Diacono genufleſſo riceverà il Santiſſimo da eſſo Celebrante (quale immediatamente genufletterà deponendo il velo umerale,) e lo collocherà nella baſe del Trono, andando poi, fatte le debite riverenze, al ſuo luogo. Li Cantori divotamente, e con pauſa canteranno il* ℣. Tantum ergo

ergo &c. *ed al Verſetto* Genitori Genitoque, *Il Celebrante alzatoſi con li Miniſtri, porrà ivi nel mezzo l'incenſo nel Turibolo ſenza benedizione, e genufleſſo incenſerà tre volte il Sacramento; terminato l'Inno, ſenza dirſi il* ℣. Panem de Cœlo &c. *ſi canteranno dalli ſudetti Cantori le Litanie contenute nel libro ſtampato per l'Orazione delle Quarant'ore, (qual libro puramente ſenza alcuna immutazione dovrà uſarſi in qualunque altra Eſpoſizione del Santiſſimo, che ſi faccia particolare). Dopo che averà dette le Preci, il Celebrante alzatoſi (a cui li Miniſtri ſoſterranno il libro:) ſenza fare nuova genufleſſione, canterà a mani giunte il* ℣. Dominus vobiſcum &c. *con le Orazioni; le quali terminate, genufleſſi faranno breve orazione, ed indi partiranno a capo ſcoperto, ſino ad una ragionevole diſtanza dal Sacramento; dandoſi così il principio all'Orazione delle Quarant'ore.*

In Proceſſionis reditu Celebrans ſe ſiſtit in plano ante infimum gradum Altaris, ad quod facienda eſt expoſitio, & ibi ſtans tradit Oſtenſorium Diacono genuflexo utroque genu in plano ſuppedanei ad cornu Epiſtolæ, quaſi vertenti renes eidem cornu. Ubi Diaconus de manu Sacerdotis Sacramentum recepit, ibi tantillum expectat, donec Celebrans, & Subdiaconus genuflexi ſuper prædictum infimum Altaris gradum, Sacramentum adorent cum profunda reverentia: qua facta, a Celebrantis humeris per aliquem Miniſtrum removetur velum humerale, Diaconus vero ſurgens, Sacramentum non in Altari, ſed in Throno ſtatim collocat, adhibito ſcabello, quatenus opus fuerit. Deinde idem Diaconus a ſcabello, ſi eo uſus eſt, deſcendit ſine ulla prævia capitis inclinatione, & in ſuppedaneo genuflectit unico genu abſque pariter capitis inclinatione, & continuo deſcendit ad infimum Altaris gradum, ubi a dextris Celebrantis ſe flexis genibus collocat. Caval. hic n. 1.

*Li Cantori divotamente ec.* Poſtquam Diaconus rediit ad locum 104
ſuum, ſeu ad Celebrantis dexteram cantatur ℣. *Tantum ergo*. Caval. n. 3. qui a Celebrante nec cantari, nec intonari debet, ſed duo ex Cantoribus illum intonent, & cum reliquis Cantoribus illum proſequantur, ſi particulari cantu tum debeant modulari: ſin, eo intonato per Cantores, proſequentur Eccleſiaſtici omnes, cum quibus etiam Celebrans, cum tunc in manibus non teneat Sacramentum, cantare item poterit. Si autem Cantores deſint, aut qui cantum probe calleant, etiam a Celebrante intonari, ut ſupra, & cantari valebit. Caval. nu. 2. Congruit, ut prædictus ℣. uſque ad vocem *cernui*, cantetur cum profunda capitis inclinatione. Si autem cantetur a Muſicis, cantu figurato, ut dicunt, cum maxima repetitione verſuum, ceſſari valebit a prædicta profunda inclinatione, poſtquam ab ipſis dicta fuerit prima vice vox *cernui*. Caval. num. 4.

*Al Verſetto*: Genitori genitoque: *il* 105
*Celebrante alzatoſi con li Miniſtri ec.* atque adeo Celebrans genuflexus manebit per totam præcedentem ſtropham, ſi vero illa cantetur a Muſicis cum repetitione verſuum, ut ſupra, Celebrans poterit ſurgere ad ponendum incenſum, etſi Cantores adhuc immorentur in repetitione ejuſdem ſtrophæ; & idipſum conſequenter erit, ſi inter unam ſtropham, & alte-

alteram, interponatur ſonus Organi, vel Inſtrumentorum; vid. Caval. n. 5. Quoties igitur ut ſupra, præcedenter Sacerdos non ſurrexerit ad ℣. *Genitori*, ſe erigit, non quidem ſolus, ſed una cum Miniſtris, iis tamen dumtaxat, qui operam præſtare debent; & ſunt thuriferarius ille, qui thuribulum debet porrigere, Diaconus, qui naviculam incenſi, & Subdiaconus, qui elevare debet fimbriam Pluvialis dexteram a Diacono ſibi porrectam, ne impedimento ſit Sacerdoti in impoſitione incenſi. Ut erexerunt ſe, nullam genuflexionem faciunt; ſed Sacerdos, miniſtrante Diacono ſine oſculis naviculam, & Subdiacono tenente fimbriam pluvialis dexteram, imponit ter ſine benedictione incenſum in uno ex thuribulis, in illo ſcilicet thuriferarii majoris; mox genuflectit cum Miniſtris ſacris in infimo Altaris gradu, & Acolythus in loco ſuo a tergo Diaconi. Ut Sacerdos genuflexus eſt, accipit thuribulum de manu Diaconi, & triplici ductu incenſat SS. Sacramentum, præmiſſa ab omnibus profunda eidem reverentia, quam & repetunt terminata incenſatione. Subdiacono, atque Diacono interim elevantibus reſpectivam Pluvialis fimbriam. Peractis incenſatione, & reverentia, Diaconus ſine oſculis de manu Sacerdotis recipit thuribulum, quod illico conſignat Acolytho. Incenſatio autem, quoties ad V. *Genitori* Sacerdos ſe erigit ad imponendum incenſum in thuribulo, fiet ſtatim ac in thuribulo incenſum impoſitum fuerit; ſi vero impoſitio incenſi præcedenter facta fuerit inter repetitionem prædictorum verſuum, vel inter ſonum Organi, ſeu Inſtrumentorum, Incenſatio fiet ad ℣. *Genitori*, ut thuris honor Sacramento præſtetur, quando eidem laus datur cum reliqua Trinitate. Caval. n. 7.

*Terminato l'Inno ſenza dirſi il ver-* 106
*ſo:* Panem de Cœlo &c. *ſi canteranno dalli ſudetti Cantori le Litanie ec.* Quoniam non debet oratio addi de SS. Sacramento, ſed aliæ Preces, idcirco ſilentium rite indicitur verſus *Panem de Cœlo*, qui præfatæ orationi præmitti ſolet. Extra Romam vero liberum erit hymno dicto ſubdere ℣. *Panem de Cœlo* cum ſua oratione, & ſtatim facta brevi oratione recedere. Et ſi poſt hymnum Preces fundere placuerit, poterunt extra Romam adhiberi quælibet ex approbatis; nec ibidem neceſſe erit orare ex libro typis edito pro occaſione XL. Horarum Romæ. Caval. n. 8. Preces etiam non omnes ad ipſum Sacramentum neceſſario dirigendas eſſe, ſed etiam licere ad Deiparam, ſive alios Sanctos: docet Caval. n. 9. Ex Benedicto autem XIV. Conſtit. *Inter omnigenas* 2. Febr. 1744. *Orationes præter eas, quæ in Eccleſia receptæ ſunt, in ſacris ritibus non admittuntur.* Vid. Caval. tom. 4. c. 9. Comment. in decr. 8.

*Dopo che avrà dette le Preci, il Celebrante alzatoſi ec.* Prædictis abſolutis precibus, ſe Sacerdos erigit, (neque novam genuflexionem faciat:) non tamen cum eo ſe erigunt Miniſtri ſacri, ſed genuflexi librum ante eum ſuſtinebunt, ex quo Sacerdos cantabit verſiculum *Dominus vobiſcum* cum orationibus, manibus junctis: ex generali enim ritu, de quo Gavant. *par. 2. tit. 13. litt. o.* extra Miſſam Collectæ ſemper dicuntur junctis manibus: niſi aliter notetur; confer dicta tr. 1. l. 3. 2. Februar. art. 3. n. 19. Verſiculus *Do-*

*minus*

Digitized by Google

*minus vobiſcum* dicitur non verſus populum, ſed verſus SS. Sacramentum, & ad ſubſequens *Oremus*, quod item dicitur junctis manibus, non extenduntur, & junguntur manus, ſed dicitur ſimpliciter junctis manibus, inclinatur tamen caput verſus idem Sacramentum; & denique oratio, vel orationes, quæ ſubduntur, cum ſint extra Officium, & Miſſam, terminantur concluſione brevi. Poſt Orationes nihil aliud additur, ſed Sacerdos illico genuflectit ſuper infimum Altaris gradum; ubi brevi cum Miniſtris ſacris orationi vacabit, qua habita, ſurget Sacerdos cum Miniſtris, & in plano presbyterii utrumque genu flectant cum profunda inclinatione, deinde erecti recipientes birreta, cum quibus tamen tunc non tegunt capita; ſed egrediuntur Presbyterium, & ex hoc cum fuerint egreſſi, atque a medio item ſpatio receſſerint, tunc cum prædictis birretis operiunt caput, & in Sacrarium pergunt. Hic autem ritus communis erit etiam Eccleſiis extra Romam pro eodem ſimiliter caſu. Caval. num. 10.

## §. XXV.

107 *Il Celebrante non dovrà uſare la Sede Camerale, ſecondo il Decreto della Sacra Congregazione de' Riti; ma un banco, (che neppure abbia braccia:) con il poſtergale ornato di panno roſſo, o d' altro color decente, in cui ſederà inſieme co' Miniſtri ſacri, molto meno doveranno mai uſare le Sedie Camerali nelle Chieſe li Guardiani, Deputati, ed Officiali delle Confraternità, Compagnie, e Congregazioni Laicali; ma ſederanno ſopra un banco con poſtergale ſenza braccia a' lati, e ſenz' alcun uſo de' Cuſcini, come pure ſenza gradini, e ſenza genufleſſorj davanti; qual banco potrà coprirſi di panno, e non di ſeta, e ſarà onninamente ſituato fuori del Presbiterio, in quei caſi, che aſſiſteranno alle Meſſe, e Veſperi ſolenni, o che nel Presbiterio ſi celebri dal Clero alcuna ſacra funzione, o che ſi predichi in Chieſa, ſecondo li replicati Decreti della Sacra Congregazione de' Riti; particolarmente per Decreto generale emanato ſotto li 13. Marzo 1688. ſotto le pene medeſime eſpreſſe di ſopra, e comminate al numero XV. nelli* §.§. Se vi ſaranno ec. *e* Di più ordiniamo ec. *Monſignor Primicerio però ſederà dentro il Presbiterio al lato del Vangelio, in un banco coperto di panno, nell' abito ſuo Prelatitio, come ſi è detto al num. XV.*

Quo ad uſum proſcriptum Sedis Cameralis, Decretis generalibus, jam cautum id erat, & præſertim de die 15. Jan. 1611., 19. Maji 1614., & 31. Julii 1665. quæ propterea nunc confirmationem accipiunt, & ubertim oſtendunt, ubivis gentium præſentem diſpoſitionem procedere. Caval. hic n. 1. Pulvinar autem, quod denegatur Officialibus Confraternitatum, poteſt Celebranti concedi, juxta Cœrem. Epiſcop. lib. 2. c. 3. Caval. n. 3.

*Ex vi, aut lege Cœremonialis Epiſcoporum, Sanctiſſimo Sacramento patenter expoſito, non prohibetur Epiſcopo, dum Divinis aſſiſtit vel Divina per ſeipſum peragit, ut propria utatur Sede, ſuper qua Umbreculam, ſeu Baldachinum dependeat; dummodo genuflexiones omnes tunc præſcriptas, debitaſque reverentias ad amuſſim obſervet, atque aperto capite in ſignum reverentiæ ſaltem aſſiſtat.* S. R. C. 9. Junii 1742. in *Conimbricen.*, apud Zachar.

ind. decr. n. 649., & in opere Merati in 2. append. decr. Miſſ. n. 861.

Item *Sanctiſſimo Sacramento expoſito Gubernator Civitatis, ſeu Perſonam Regiam repræſentans debet habere eamdem Sedem, vel ſcamnum, quod habet, repoſito SS. Sacramento*. S. R. C. 16. Junii 1683. in *Granaten.* apud Merat. ind. decr. Miſſ. n. 729.

108 Quod vero attinet ad aſſiſtentiam in Presbyterio perſonis laicalibus inhibitam, non deſunt itidem Decreta plurima, & ſpecialiter in *Maceraten.* 24. Januar. 1665. *Melphitana.* 15. Junii 1665. & *Baren.* 20. Novembr. 1677. & 22. Febr. 1687. quæ cum a Rituum Congregatione 13. Maji 1688. fuerint renovata, approbante Alexandro VIII. 22. April. 1690. & eorum copiæ Epiſcopis Regni Neapolitani tranſmiſſæ, ut illa intimari facerent Superioribus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, cum facultate procedendi etiam contra Regulares ad pœnam interdicti in caſu tranſgreſſionis; dubium eſſe non poteſt, quod eorumdem obſervantia quaſcumque liget Eccleſias. Caval. n. 2.

## §. XXVI.

109 *Se però la ſtruttura della Chieſa non permetterà luogo congruo fuori del Presbiterio, in tal caſo di neceſſità ſi ricorrerà a noi, che col conſiglio de' Signori Maeſtri di Cerimonie Pontificie, ſe li concederà, che poſſa collocarſi il banco, come ſopra de' Guardiani, dirimpetto in uno de' lati fuori del termine del Presbiterio.*

## §. XXVII.

110 *Si proibiſce eſpreſſamente agli Uomini, ed alle Donne di qualſivoglia ſtato, e condizione (eccettuate le perſone regie, quando vi ſi trovino) l'entrare ſotto qualſivoglia preteſto ad orare nel Presbiterio, o ſia recinto dell' Altare, dove ſtà eſpoſto il Venerabile, dovendo quel luogo eſſere occupato ſolamente dagli Eccleſiaſtici deſtinati al Miniſterio divino, o all' aſſiſtenza dell' orazione: il che ſi oſſerverà non ſolo nelle Chieſe, dove ricorre l'Eſpoſizione ordinaria, ma anche in tutte le altre, dove per Indulto Apoſtolico, o per altra legitima facoltà occorre farſi l'Eſpoſizione, benchè per breve tempo; al che provederanno li Superiori, o Sagreſtani col riparo delli banchi ancora biſognando. In oltre commandiamo, ed ordiniamo a' Rettori, e Superiori, tanto Secolari, quanto Regolari di qualſivoglia Chieſa, che durante la detta Eſpoſizione non ardiſchino di far portare reſpettivamente qualſivoglia ſorte di ſedie nelle Chieſe a qualunque perſona d'ogni ſeſſo, grado, e condizione, ſotto la pena di dieci ſcudi alli Rettori Secolari, d'applicarſi ad uſi pii, riſervata la terza parte per l'Accuſatore, ed a' Regolari della privazione della voce attiva, e paſſiva, ed altre a noſtro arbitrio.*

## §. XXVIII.

*Non ſi terranno nelle Chieſe dell'Eſpoſizioni anche particolari, bacili per* 111
*l'elemoſine, nè v' aſſiſteranno Religioſi, o altri Eccleſiaſtici, nemmeno perſone laicali per riceverle, come nemmeno anderanno Chierici, Confratri, Mandatari, o altre perſone, queſtuando per la Chieſa. Molto meno doveranno far ciò li poveri, quali ſtaranno per lo ſpazio di canne dieci lontani dalle porte della Chieſa, ſotto le pene contenute nell' Editto ſtampato a parte: che per-*

*rio ſarà parimente cura de i Superiori, e Sagreſtani, e degli eſecutori, che vi aſſiſtono, il procurare, che non entrino in Chieſa, ad effetto di evitare la diſtrazione de' fedeli, che orano; potendo li Benefattori caritativi far le limoſine fuori delle Chieſe, ſiccome ordinò la San. Mem. di Clemente XI. con ſpeciale Editto, in cui ſi proibiſce ad ogni Fedele dar nelle Chieſe limoſina a' poveri.*

## §. XXIX.

112 *Si avverte, che non termini l'Orazione in una Chieſa, ſe non che dopo che ſarà principiata nell'altra; e ciò ſi oſſerverà da qualunque Chieſa, benchè Baſilica, e Collegiata, o in qualſivoglia modo privilegiata.*

## §. XXX.

113 *Terminata la Meſſa della repoſizione, il Celebrante prenderà il Piviale, (oſſervando il rito reſpettivamente ſopra deſcritto dopo la Meſſa dell' Eſpoſizione), e genufletterà con li Miniſtri avanti il SS. Sacramento nel mezzo ſull' infimo grado dell' Altare. Immediatamente li Cantori principieranno le Litanie, e ſi continuerà ſino al* ℣. Domine exaudi orationem meam, *incluſive. Dopo alzatoſi il Celebrante con li Miniſtri, ponerà ivi nel mezzo l' incenſo ſenza benedizione, e genuflettendo incenſerà tre volte il SS. Sacramento, e prenderà il velo umerale. Fatta l' incenſazione, il Diacono con le dovute riverenze leverà il Sacramento dal Trono, ed immediatamente, ſtando in piedi, lo conſegnerà al Celebrante genufleſſo, genuflettendo anche eſſo Diacono ſubito, che averà conſegnato il Sacramento, praticandoſi poi reſpettivamente ciò, che ſopra nell' Eſpoſizione ſi è detto circa le cerimonie, e rito della Proceſſione ec.*

Ritum ſervandum in Celebratione Miſſæ ſolemnis coram Venerabili expoſito, declaravimus ſupra art. 5. a n. 27. Hic autem addendum, atque notandum, quod, ſi terminata Miſſa, facienda ſit proceſſio cum SS. Sacramento, Celebrans, abſoluto Evangelio S. Joannis, accedit ad medium Altaris, ubi medius inter ſacros Miniſtros unicum flectit genu ſine capitis inclinatione; & mox præcedente Subdiacono, & ſequente Diacono, deſcendit per gradus laterales a cornu Epiſtolæ in planum, ubi retro Altare, ſed ad Credentiam exuit planetam, deponit manipulum (quod etiam deponunt ſacri Miniſtri), & accipit Pluviale ejus coloris, in quo celebravit. Si nullis interpoſitis precibus ad Altare, facienda ſtatim ſit proceſſio, ibi ponit incenſum in thuribulum, & præſtat reliqua, quæ deſcripſimus in §. 19. Si vero ante proceſſionem habendæ ſint preces aliquæ, omittit impoſitionem incenſi in thuribulum, & mox manibus junctis, nudo capite, medius inter ſacros Miniſtros elevantes Pluvialis fimbrias, pergit per planum Presbyterii ad medium Altaris, ubi ante infimum gradum, in plano, una cum iiſdem Miniſtris genuflectit utroque genu cum profunda reverentia. Tum ſe ſtatim erigit, & ſimul cum ſacris Miniſtris genuflectit in infimo Altaris gradu, neque caput inclinat, ſed ibidem permanet genu flexus. Illico per Cantores cantantur preces, quæ dicendæ ſunt: (in caſu Inſtructionis ſunt Litaniæ uſque ad ℣. *Domine exaudi orationem meam* incluſive) & iiſdem precibus abſolutis,

tis, Celebrans cum Miniſtris ſe erigit, ſine benedictione imponit incenſum in thuribulum, abſque oſculis miniſtrante Diacono, & Subdiacono elevante fimbriam Pluvialis dexteram; & deinde genuflexus ſuper infimum Altaris gradum ter incenſat Sacramentum, facta ante, & poſt profunda inclinatione, etiam a Miniſtris, qui interim elevabunt Pluvialis fimbrias. Mox accipit velum humerale, & præſtantur ea omnia, quæ deſcripta fuere in §. 19. hoc ſolum intercedente diſcrimine, quod Diaconus modo tollit Sacramentum de throno, ut illud tradat Celebranti; ibi vero illud tollit de menſa Altaris. Caval. hic n. 12. & 13. Quæ item in aliis §.§. tradita ſunt ſuperius de proceſſione expoſitionis, communia ſunt proceſſioni repoſitionis; quæ autem præſtanda ſint intra Eccleſiam in proceſſionis reditu, dabuntur in ſequenti §.

## §. XXXI.

114 *Ritornando dopo la proceſſione il Celebrante all' infimo grado dell' Altare, il Diacono genufleſſo riceverà da eſſo, che ſtarà in piedi, il Santiſſimo, verſo cui il Celebrante genufletterà immediatamente, e deporrà il velo umerale. Il Diacono lo collocherà ſopra il Corporale in mezzo all' Altare, e ritornerà al ſuo luogo. Il Celebrante al* ℣. Genitori, Genitoque ec. *alzatoſi con li Miniſtri, porrà, come ſopra, l' incenſo, ſenza benedirlo, ed incenſato il Sacramento, li Cantori diranno il* ℣. Panem de Cœlo ec. (*a cui s'aggiungerà l'* Alleluja *nel tempo paſquale ſolamente, ed in tutta l' Ottava della Feſtività del Corpus Domini, in qualſivoglia eſpoſizione, che ſi faccia.*) *Il Celebrante alzatoſi ſenza fare nuova genufleſſione, ſoſtenendo li Miniſtri il libro* (*ſenza dire il* Dominus vobiſcum, *come per decreto della Sacra Congregazione de' Riti:*) *canterà le Orazioni a mani giunte; quali terminate, genufleſſo prenderà il velo umerale; ed aſcendendo ſolo all' Altare, fatte le dovute riverenze, prenderà nelle mani ricoperte, come ſi diſſe, coll' eſtremità del velo umerale, l'Oſtenſorio, e darà con eſſo la benedizione al Popolo; e riposto il Sacramento ſopra il Corporale deſcenderà, e ſtarà genufleſſo al ſuo luogo. Il Diacono immediatamente, o un Sacerdote con ſtola fatte le dovute riverenze chiuderà il Sacramento nel Tabernacolo, quale per tal effetto dovrà ritenerſi nell' Altare dell' Eſpoſizione; e l' Oſtia conſagrata ſi dovrà conſumare nella Meſſa, o in quella mattina, o nella ſeguente; dopo di che partiranno, e terminerà l' orazione di quarant' ore.*

Ritus, qui in Proceſſionis reditu ſervari debet, in §. 24. ubertim manet deſcriptus, ubi de reditu proceſſioni ob expoſitionem; in eo autem ſolummodo differt reditus hic proceſſionis in repoſitione, quod modo Sacramentum de manu Sacerdotis receptum, a Diacono non collocatur in Throno, ſed ſuper Corporale in Altaris medio. Peracta incenſatione, & abſoluto hymno, ritu expreſſo in cit. §. Cantores concinant ℣. *Panem de Cœlo*. Quoad hujuſmodi verſum confer dicta *art. 6. de depoſit. n.* 41. Poſt prædictum verſum, mox Celebrans ſe erigit, manentibus Miniſtris genuflexis, nec iterum flectit genu, vid. dicta cit. art. 6. n. 43. & omiſſo *Dominus vobiſcum*; vide rurſus dicta art. 6. n. 42. ſacris Miniſtris ſuſtinentibus librum, orationes cantat ma-

manibus junctis, & iiſdem ſub brevi concluſione peractis, genuflectit, & accipit velum humerale, & deinde accedit ad Altare ad impertiendam populo benedictionem cum Sacramento, ſervato prorſus ritu, quem deſcripſimus cit. art. *6.* n. 44.

115 Duo remanent hic ponderanda: & primum eſt, quod in Altari expoſitionis haberi debeat Tabernaculum, in quo Sacramentum recondi valeat, ne benedictione peracta, neceſſe ſit ad aliud Altare proceſſionem inſtituere ad Sacramentum recondendum; unde Inſtructio: *quale per tal' effetto dovrà ritenerſi nell' Altare dell' Eſpoſitione*. Alterum vero eſt, quod hoſtia, quæ fuit expoſita, in Miſſa abſumi præcipitur; & per hoc edocemur, eam neque integram, neque in partes ſectam fidelibus poſſe diſtribui. Caval. hic n. 2. Porro in Decreto Innocentii XI. de Commun. quotid. dicitur Epiſcopis, ut *admoneant, nulli tradendus plures Euchariſtiæ formas, ſeu particulas, neque grandiores, ſed conſuetas*: ſuper quam inhibitionem videri poteſt Caval. *to.* 4. c. 4. Comment. in decr. 2. Abſumi denique præcipitur, aut eodem mane, aut in proxima ſequenti die ad præcavendum periculum corruptionis, quod ſi abſit, poterit diutius cuſtodiri, dummodo brevi item expoſitio altera ſit facienda. Caval. hic fine.

## §. XXXII.

116 *Nel tempo, che durerà l' orazione medeſima, ſi proibiſce expreſſamente il predicare, ma volendo fare dopo li Veſperi qualche breve Sermone per eccitare li fedeli alla divozione verſo il SS. Sacramento, ſi dovrà prendere la licenza, e benedizione da Noi, o da Monſignor noſtro Vicegerente, anche nelle Chieſe de' Regolari, ed in qualunque modo privilegiate: e non ſolo nell'eſpoſizione di quarant'ore, ma in qualſivoglia altra eſpoſizione; qual licenza ſi darà* in ſcriptis: *Quello poi dovrà ſermoneggiare, ſarà almeno coſtituito nell' Ordine Diaconale, e ſermoneggierà con la Cotta, benchè ſia Regolare, ma ſenza la ſtola; ed a capo ſcoperto vicino all' Altare, dove ſta eſpoſto il Santiſſimo, ed in un ſito, che non obblighi gli aſcoltanti a fare atti d' irriverenza con voltare le ſpalle al SS. Sacramento.*

Videantur dicta art. 4. n. 18. videri poteſt Caval. *to.* 4. c. 7. *in decr.* 29. ex quo ſolum adnotamus non prohiberi hic uſum ſtolæ ratione SS. Sacramenti expoſiti, ſed ratione alia, quæ particularis eſt pro Urbe Roma, quamque indicavimus ſupra §. 9. n. 77. Idcirco extra Romam, etiam Sacramento expoſito, uſus erit ſtolæ, eodem prorſus modo, ac fit, quoties Sacramentum non proſtat expoſitum.

## §. XXXIII.

*Le Chieſe, dove ſarà l' orazione di quarant' ore, doveranno la ſera ſtare aperte fin tanto, che vi ſarà il popolo per orare, ma perchè non può darſi in ciò un' ora determinata, sì per la ſituazione di eſſe, come per la mutazione delle ſtagioni, perciò potranno chiuderſi l' Eſtate circa le tre ore, e l' Inverno ad ore cinque. Si avverte però, che anche a porte chiuſe deve continuare l' orazione, come ſi è detto al num. VII. non dovendo mai eſſere interpolata l' orazione di quarant'ore, come per Decreto della Sagra Congreg. de' Riti*. Vide tamen dicta ſect. 3. num. 64. 117

## §. XXXIV.

Digitized by Google

§. XXXIV.

118 *In ogni Chieſa di Roma ſi terrà affiſſa in luogo patente la liſta delle quarant'ore per informazione de' Fedeli divoti.*

§. XXXV.

119 *Parimenti in ogni Chieſa, dove è determinata l'Eſpoſizione, ſi doverà tenere affiſſa continuamente nella Sagreſtia la preſente Iſtruzione, acciochè niuno poſſa allegare l'ignoranza delle regole, e precetti, che vi ſi contengono.*

§. XXXVI.

120 *Non ardirà alcun Rettore, Curato, o Sagreſtano fuori dell'ordine aſſegnato nella liſta delle Quarant'ore di eſporre il SS. Sacramento ſotto qualſivoglia preteſto, o conſuetudine, per niuna cauſa grave, nè per Infermi, ſenza Breve ſpeciale di Sua Santità, o almeno licenza ſegnata da Noi, o da Monſignor noſtro Vicegerente, e ſottoſcritta dal Deputato delle Quarant'ore; quale ottenuta, ſi eſporrà il Venerabile in un Altare, o Cappella con velo avanti, e col ſudetto numero di venti lumi: ſi oſſerverà pontualmente il tempo, che dovrà durare l'Eſpoſizione, aſſegnata nella ſudetta licenza, ſotto le pene infraſcritte, e privazione d'officio.*

§. XXXVII.

*Finalmente ſi commanda eſpreſſamente, che tutti, e ſingoli i ſopradetti ordini ſi debbano inviolabilmente oſſervare: e che ſi ubbidiſca eſattamente, per quello poteſſe occorrere di più, al noſtro Deputato ſopra le Quarant'ore ſotto pena alli Maeſtri di Cerimonie, che aſſiſteranno alle funzioni, ſe non ſaranno adempite eſattamente tutte le Cerimonie, e Riti preſcritti; quali Maeſtri di Cerimonie devono eſſere almeno in ſacris, tanto in queſta, che in ogni altra funzione ſolenne ſecondo il Ceremoniale Epiſc. lib. 1. cap. 5. ed alli traſgreſſori reſpettivamente de' ſudetti ordini, di ſcudi dieci d'oro d'applicarſi a' luoghi Pii; ed alli Regolari della privazione di voce attiva, e paſſiva, di carcere, ed altre pene maggiori riſervate a noſtro arbitrio, dichiarandoſi, che in difetto dell'oſſervanza ſi procederà più rigoroſamente contro i Superiori, e Sagreſtani delle Chieſe, alli quali appartiene più che ad ogn'altro la buona regola, e cura di eſſe.* 121

*Dato dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto dì 1. Settembre 1736.*

*P. Card. Vicario.*

*Carlo Guazzuglia Deputato.*

*Nicolò Antonio Can. Cuggio Segr.*

Quoad pœnas impoſitas Tranſgreſſoribus. Confer dicta in Subſ. 2. num. 347.

C A-

# C A P U T IV.

## DE ANNUA SOLEMNITATE DEDICATIONIS, SEU CONSECRATIONIS ECCLESIÆ.

AGITUR ARTICULIS VI.

Art. I. *De quibuſnam Eccleſiis poſſit, ac debeat celebrari quotannis feſtum Dedicationis cum Officio, & Miſſa; & a quibus poſſit, ac debeat celebrari?*
Art. II. *Quanam die celebrari debeat feſtum Dedicationis Eccleſiæ.*
Art. III. *De Horis Canonicis.*
Art. IV. *De Miſſa.*
Art. V. *De Functionibus Pontificalibus.*
Art. VI. *De Indulgentiis.*

### ARTICULUS I.

*De quibuſnam Eccleſiis poſſit, & debeat celebrari quotannis feſtum Dedicationis cum Officio, & Miſſa; & a quibus poſſit, ac debeat celebrari.*

1 ECCLESIAS Deo dupliciter dedicari contingit, nimirum per ſimplicem, ſeu verbalem benedictionem, & per conſecrationem. Benedictio ſimplex, & Conſecratio Eccleſiarum differunt in hoc, quod prima peragatur ſolemnitate longe minori quam ſecunda: ſimplex etenim Benedictio, quæ verbalis dicitur, fit ſolis verbis, & ritibus ſimplicioribus; at vero Conſecratio Eccleſiarum eſt benedictio realis earum, quæ fit unctione ex ſacro oleo Catechumenorum, & Chriſmate, a quibus nobilius ſignificatur excellentia Divinæ Majeſtatis, cui dedicatur Eccleſia. Rurſus Benedictio ſimplex Eccleſiæ a quolibet Sacerdote peragi valet. Conſecratio autem ad Miniſtrum majoris pertinet dignitatis, nempe ad ſolum Epiſcopum, ex inſtitutione licet Eccleſiæ. La-Croix *l. 6. p. 2. qu. 37. §. 1. n. 279. de Dedic. Eccl.*, videri poteſt Durandus *in Ration. Divin. Offic. l. 1. c. 6.* Ivo Carnotenſis ſerm. de Sacramentis Dedicationis, Joannes Franciſcus Cecconi in diſſertatione italice ſcripta *de ſacro ritu Conſecr. Eccl.* & Cavalerius *Comment. in decr. S. R. C. tom. 1. c. 1.* ex quo plura hic proferemus.

Annua ſolemnitas Dedicationis, ſeu Conſecrationis Eccleſiæ cum Officio, & Miſſa celebrari tantummodo poteſt de Eccleſia conſecrata, non item de ſimpliciter benedicta. *Non poteſt celebrari feſtum Conſecrationis illius Eccleſiæ, quam certum eſt, non fuiſſe conſecratam, vel dubium eſt.* Ita declaravit S. R. C. 18. Auguſti 1629. *in Alexandrina*; apud Caval. *Comm. in decr. S. R. C. tom. 1. c. 1. decr. 5.* Et licet aliqui dixerint: non poſſe quidem celebrari feſtum *Conſecrationis* Eccleſiæ ſimpliciter benedictæ, ſed bene poſſe feſtum *Dedicationis* illius, etiam cum Officio, & Miſſa celebrari: putantes feſtum *Dedicationis* Eccleſiæ non eſſe idem cum 2



Digitized by Google

feſto *Conſecrationis* ejuſdem; attamen non ſunt audiendi, idem enim hic eſſe feſtum Dedicationis, & Conſecrationis; hoc eſt: per anniverſarium feſtum Dedicationis Templi, intendi ſolum anniverſariam memoriam Conſecrationis illius, manifeſte evincit ex jure, variiſque argumentis, & Scripturarum auctoritate confirmat Caval. in decr. alleg. qui videri poteſt n. 5. & 6. & legi etiam poteſt idem *in decr.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. & 9.

3 Si autem Eccleſia minime conſecrata non debet, nec poteſt celebrare feſtum Dedicationis; e contra Eccleſia conſecrata tenetur, & debet feſtum hujuſmodi celebrare quotannis ex C.C. *Solemnitates* 1. & 2. *diſt.* 1. *de Conſecr.* Rubr. Brev. Rom. variiſque Conciliis, & cunctis Auctoribus, teſte Cavalerio in *cit. decr.* 1. *n.* 37. *ac in decr.* 8. *nu.* 3. Et licet ſupra dixerimus: Conſecrationem Eccleſiæ ad ſolum Epiſcopum pertinere, nihilominus, Dedicationis etiam illius Eccleſiæ annua ſolemnitas eſt celebranda, quæ forte divinitus fuerit conſecrata: ut rite docet Caval. *l. cit. in d.* 8. *n.* 10., & 11. ubi etiam quædam hujuſcemodi conſecrationis, & celebrationis affert exempla.

4 Eccleſia Cathedralis Ferentina cum fuiſſet pluribus in locis reſtaurata, & magna in parte renovata, & de illius conſecratione ſigna nullibi apparerent, neque aliæ probationes exiſterent, adhuc quia in præteritum feſtum Dedicationis fuerat celebratum, cenſuit S. R. C. non indigere nova conſecratione 27. Nov. 1706. *in Ferentina.* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *decr.* 4. atque adeo poſſe Dedicationis Officium de hujuſmodi Eccleſia celebrari. Ex hoc decreto habemus: Eccleſias, quarum Conſecrationis nullibi ſigna appareant, neque aliæ probationes exiſtant; ex eo ſolum, quod in præteritum Dedicationis celebraverint annuam ſolemnitatem poſſe tenere ſe, ut conſecratas, & in uſu anniverſario perſeverare. Caval. *l. cit. n.* 14. Ex eodem verò Decreto notandum, cum ipſo Cavalerio *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 5. *n.* 7. limitandum eſſe illud ſuperius allegatum, in quo dicebatur: non poſſe celebrari Dedicationem Eccleſiæ, de qua dubium eſt, an ſit conſecrata; ita ut locum minime habeat, quoties dubio junctus eſt uſus ab hominum memoria, ſemperque ſervatus recolendi feſtum Conſecrationis prædictæ; tunc enim præſumptio ſtat pro Conſecratione, ac poſſeſſio pro Anniverſario. Videri etiam poteſt Benedictus XIV. Conſtit. incip. *Jam inde* 57. *tom.* 4. *Bullar. ejus* §. 6.

5 Utrum vero liceat retinere recitationem Officii Dedicationis Eccleſiæ, cum amplius non ſuperſit conſecratio? Negant plures teſte Zachar. in ſuis animadverſ. in theol. mor. P. La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 53. §. 5. *n.* 378. affirmant attamen alii ducti potiſſimum exemplo duarum Baſilicarum, & Lateranenſis, & Vaticanæ, in quibus ad veterum Conſecrationum commemorationem diu fuit retenta Officii recitatio, etſi novis poſitis conſtructionibus, veteres amplius non ſuperextarent Conſecrationes. Sed dicendum eſt cum Caval. in decr. 4. citati capitis 1. fine, & ejuſdem cap. decr. 13. 15. fine: ceſſandum eſſe a celebratione Anniverſarii Dedicationis, hoc ipſo, quod ex parietum abraſione, vel aliàs Eccleſiæ deperit Conſecratio. Conſecrationis enim, quæ periit, æquum non

eſt

Digitized by Google

eſt; annuam memoriam recenſeri, ac ejuſdem habenda eſt ratio; ac ſi nunquam extiterit.

6 Præter Dedicationem Eccleſiæ propriæ celebrari inſuper debet Anniverſaria Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis, tum in Civitate, in qua eſt Cathedralis, tum in Diœceſi ejus: ex decr. S. R. C. 10. Januar. 1693. in una *Galliarum*, apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 8. & pluribus aliis Decretis ejuſdem S. C. Eccleſia vero dicitur propria; vel ratione Beneficii; quod habeatur in ea; vel ratione Chori, cui quocumque modo quis fuerit obligatus; vel ratione habitationis, ut de Regularibus infra dicetur; vel ratione Præfecturæ; ſeu Curæ integre commiſſæ, & plenarie commendatæ, quoad ſpiritualem adminiſtrationem ejuſdem; vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 2. *in d.* 4. *n.* 22. & videri poſſunt dicenda c. ſequ. de titulo Eccl. art. 1. n. 8. Eccleſia autem Cathedralis eſt, in qua Epiſcopus præſidet, ob cujus quidem Sedem, & Cathedram dicitur Cathedralis. Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 13. *n.* 3.

*Quando plures adſunt Cathedrales unitæ, Officium Dedicationis cujuslibet Eccleſiæ Cathedralis non debet recitari ab univerſo Clero Diœceſum unitarum, ſed in qualibet reſpective Diœceſi debet recitari de ſua propria reſpective Eccleſia Cathedrali*: S. R. C. 8. Martii 1704. in *Viterbien.* apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 12. Epiſcopus autem recitare debet Officium Dedicationis utriuſque; quia ipſe vere cujuslibet illius Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopus eſt, & Beneficiarius. Caval. l. cit. n. 5. An autem Epiſcopus, quando reperitur in aliquo Oppido ſuæ Diœceſis ob viſitationem, ſeu aliam ob cauſam, poſſit licite recitare de Dedicationibus Eccleſiarum ſuæ juriſdictionis, quæ tunc forte ibidem occurrant? affirmative reſpondendum exiſtimat Caval. ut videbimus cap. ſeq. art. 1. n. 12.

Cum præſcriptum ſit, dicendum eſſe Officium Dedicationis in ipſa die Conſecrationis a Clero illius Eccleſiæ, quæ conſecratur: dubitatum fuit: utrum Epiſcopus conſecrans, etiam non Ordinarius loci debeat dicere idem Officium de Dedicatione? & propoſito dubio S. C. R. reſponſum fuit: negative quoad præceptum; poſſe tamen, ſi velit, ex congruentia. S. R. C. 7. Maji 1746. in *Verſavien.*: apud Caval. poſt finem to. 4. *in append. ad cap.* 1. *de Dedic. Eccl. decr.* 6., & apud Lucium Ferraris in ſua Bibliothec. edit. 3. Bonon. *in prima append. pag.* 216. *col.* 1. *fine.*

7 *Clerus alicujus Terræ non tenetur recitare Officium, & Octavam Dedicationis Eccleſiæ Matricis; niſi fuerit ipſius Eccleſiæ ſervitio, vel commoditati adſtrictus, aut in ea aliquod Beneficium, vel tenue poſſideat, vel Beneficium ſimplex*: S.R.C. 16. Maij 1744. *in Auximana*, apud Caval. *poſt finem tom.* 4. *in append. ad C. de Patr. vel Tit. Eccl. d.* 7. *Non tenetur*: nec poteſt recitare &c. ut animadvertit Caval. & conſtat ex ſeq. decr.

*De Titulo, & Conſecratione Parochialis Eccleſiæ, quæ non eſt Cathedralis non debet fieri Officium in die, neque per Octavam a Sacerdotibus, qui non ſunt de Clero Parochiali, licet ſub eadem Parochia degant*. S. R. C. 17. Auguſti 1709. in *Bergomen.* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 14. Eccleſia Parochialis eſt, in qua miniſtrantur populo Sacramenta, & pabulum verbi divini a Parocho. Caval. in d. 13. n. 4. Itaque Officia Tituli, & Conſe-



Digitized by Google

ſecrationis Eccleſiæ Parochialis non ſe extendunt ad totam Parochiam, ſed intra limites ejuſdem Eccleſiæ Parochialis coercita remanent, inſtar aliarum Eccleſiarum non Parochialium, quarum Titulus, & Dedicatio celebrari tantummodo poſſunt intra Eccleſias ipſas, ſeu a ſolo Clero dictis Eccleſiis addicto, cujuſmodi tantummodo cenſentur Sacerdotes illi, qui in ea Eccleſia choralem obligationem, vel Beneficium aſſequuntur. vid. Caval. in *cit. d.* 14. *n.* 51. 52. *&* 57. & *tom.* 2. *par.* 2. *c.* 43. *in d.* 2. *&* 3. Porro etiam univerſaliter loquendo; *Feſtum Dedicationis aliarum Eccleſiarum a Cathedrali celebrandum eſt tantum in ea Eccleſia, ubi conſecrationis dies peragitur*. S. R. C. 19. Auguſti 1629. in *Alexandrina* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 13. Niſi alicubi vigore particularium Indultorum, aut legitimæ conſuetudinis, aliter permittatur: ut Venetiis, ubi celebratur feſtum Dedicationis Baſilicæ Sancti Marci, rubrica tamen dupl. min. die 8. Octobris, etſi non ſit Cathedralis; ut refert Caval. in *d.* 18. *n.* 15. quemadmodum Romæ, & per univerſam Eccleſiam celebratur Dedicatio Baſilicæ SS. Apoſt. Petri, & Pauli die 18. Nov. etſi non ſit Cathedralis.

8 Docet autem Caval. feſtum Dedicationis Eccleſiarum Abbatialium, Collegiatarum inſignium, aut Conventualium, quæ ab Epiſcopi juriſdictione exemptæ, ſuam ipſæ juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in certo Territorio, quod inſtar Diœceſis eſt, obtinent, extendi in totum ſuæ juriſdictionis locum; eo quod ſint quaſi Cathedrales; & de his etiam debet, inquit, intelligi allegatum Decretum, quandoquidem paris ſunt juris Cathedralis, & quaſi Cathedralis, & ideo pares debent eſſe effectus; idque confirmari, teſtatur, uſu quoque omnium Eccleſiarum hujuſmodi: ita *d.* 6. *n.* 9. *in d.* 13. *n.* 3.

De Regularibus autem ſpecialiter loquendo notandum eſt: Regulares teneri celebrare feſtum Dedicationis Eccleſiæ illius Conventus, in quo morantur, ex Decr. S. C. R. 29. Januar. 1682. *in una Ord. Min. Obſerv.* apud Caval. to. 1. c. 3. d. 8. 9

Deinde Regulares degentes in Civitate, in qua eſt Cathedralis, tenentur recitare Officium Dedicationis illius; ex Decr. S. C. R. 1. Aprilis 1662. approbante Alexandro VII. die 8. ejuſdem menſis & anni, apud Caval. tom. 1. c. 1. d. 9., & 5. Maij 1736. apud Caval. d. 10. n. 16., & 29. Januarii 1752. in una Ord. Carmelit. Excalceat. Provinc. Poloniæ ad 1. dub. apud Caval. *to.* 5. *in Collect. recentior. decr.*

Extra Civitatem vero non tenentur; ex Decr. S. C. R. 10. Januar. 1693. *in una Galliarum*; apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 10. & 5. Maij 1736. apud eumdem ibidem n. 16. & 29. Januar. 1752. in *Polon.* apud Caval. *tom.* 5. *l. cit.* Poſſunt tamen, ſi velint: Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in d.* 10. *n.* 12. *Cum Reverendiſſimus Epiſcopus Varmienſis Sacræ Rituum Congregationi expoſuerit, quod Fratres Minores Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupati, Conventuum exiſtentium in ſua Diœceſi, expunxerint ab eorum Calendario feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis Varmienſis, ad cujus celebrationem tenentur ex præſcripto Decretorum Sacræ Rituum Congregationis: Sacra Congregatio reſcripſit; ut Reverendiſſimus Epiſcopus cogeret eoſdem Fratres ad celebrationem feſti Dedicationis ſuæ*

*ſuæ Eccleſiæ Cathedralis ad formam Decretorum; ita decrevit, & ſervari mandavit* 18. *Decembr.* 1756. *in* Varmien. apud Caval. *tom.* 5. *cit. collect. recent. decret.* & in opere Merati *in* 2. *append. decr. Breviar. n.* 538. Cogeret ad celebrationem *ad formam Decretorum*: Hæc eſt forma Decretorum modo citatorum, quod videlicet obligentur ad celebrationem Regulares degentes in Civitate, in qua eſt Cathedralis, non item extra Civitatem per Diœceſim.

Quod ſi in aliqua Civitate feſtum Dedicationis non ſit admodum celebre, & ſolemne, ita ut celebretur a Clero Sæculari Civitatis ſub ritu duplici minori tantum; putat Caval. *n.* 3. *in d.* 13. *n.* 6. ubi hujuſce dumtaxat celebrationis uſus invaluit, ibidem Clerum Regularem poſſe excuſari ab ejuſdem celebratione: eo ductus ratione, quod ibi tale feſtum non ſit admodum celebre, & ſolemne; quemadmodum hujus defectu ſolemnitatis, & celebritatis iidem Regulares extra Civitatem excuſantur a celebratione Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, ut dictum eſt; & ut ſuo loco dicetur, Clerus etiam Sæcularis extra Civitatem non tenetur idem feſtum cum Octava recolere.

10 Civitas dicitur illa ſolum, quæ Epiſcopum habet, ex Bartolo in leg. 2. ff. *de verborum ſignificat.* in fine, & quamvis alicubi aliter accipiatur, itaut plures aliæ nuncupentur etiam Civitates, etſi Epiſcopo careant, hoc eſt, quamvis Epiſcopus ibi non reſideat, ſeu non habeat Cathedralem; nihilominus hic Civitatis appellatione venit utique illa, quæ Epiſcopum habet, ſeu in qua Epiſcopus reſidet, & eſt Cathedralis. Suburbia, & alia quæque loca Civitati contigua, atque adnexa, unum & eumdem locum cum Civitate conficere cenſentur, & ideo Regulares in iiſdem degentes, non poſſunt ſe extra Civitatem reputare ad effectum ſe eximendi a celebratione Officii Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis. Caval. *c.* 1. *in d.* 7. *n.* 8. *& c.* 3. *in d.* 6. *n.* 8. *&* 9. *& in d.* 13. *n.* 2. *fine.*

11 Moniales item degentes in Civitate, in qua eſt Cathedralis, teneri Officium recitare Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis; declaravit S. R. C. 20. Nov. 1683. in una *Lauden.* & 11. Februar. 1701. in *Tarviſina.* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 11. *& ibi n.* 2. & 22. Auguſti 1744. in *Januen.* Monialium Ord. S. Claræ; in opere Merati *in* 2. *append. ind. decret. Breviar. n.* 474. vid. dicenda c. 7. nu. 19. Itaque quæ dicta ſunt de Regularibus degentibus in Civitate, & extra Civitatem, quoad recitationem Officii Dedicationis Eccleſiæ, intelligenda ſunt item de Monialibus, ſive Prælatis Regularibus, ſive Ordinariis locorum ſubjectis. Porro ea, quæ de Regularibus jura diſponunt, & de Monialibus veniunt intelligenda, ſi ſexui, & earum congruant conditioni. Caval. *in d.* 9. *n.* 6. *in d.* 10. *n.* 15. *in d.* 11. *n.* 1. *&* 5. & videri poſſunt dicta tr. 1. lib. 1. cap. 8. de Lampad. Regul. qu. 8.

12 *Clerus Sacri Ordinis Hieroſolymitani inſtitit pro extenſione Officii Dedicationis cum Octava Eccleſiæ Majoris, non ſolum ad Clerum ſervitio ejuſdem Eccleſiæ addictum, & ad Equites, qui tenentur ad horas Canonicas ratione alicujus Beneficii, ſed etiam ad omnes alios Religioſos utriuſque ſexus ſupradicti Ordinis ubique locorum exiſtentes, etiam extra Melitam; non obſtante decreto hujus S. R. C. emanato die* 11. *Julii* 1711.

Digitized by Google

1711. ( quo hujuſmodi extenſio prohibita declaratur. ) *Et Sacra Rituum Congregatio reſpondit:* Negative: quoad eſtenſionem ubique locorum: *Die 16. Septembr.* 1730. in una Ordin. Hieroſolymitani, ſeu Melit. apud Caval. *tom.* 1. *cap.* 1. *d.* 10. qui videri poteſt, ſi quod eveniat dubium circa intelligentiam hujus Decreti.

13 An poſſit celebrari Dedicationis Officium Sacelli vere conſecrati, ſi quod ſit intra Regularium Clauſtra, vel in eorumdem Prædiis, cuivis petentis? Affirmant nonnulli; nec improbabile exiſtimat Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in d.* 13. *n.* 15.

## ARTICULUS II.

*Quanam die celebrari debeat feſtum Dedicationis Eccleſiæ.*

14 **A**NNUA ſolemnitas Conſecrationis, ſeu Dedicationis Eccleſiæ celebranda eſt ipſamet eadem die, qua recurrit, vel alia, quæ in actu Conſecrationis fuerit ab Epiſcopo conſtituta. Porro *Conſecrator Eccleſiæ poteſt in actu Conſecrationis ſtatuere aliam diem pro Anniverſario ejuſdem Conſecrationis*. S. R. C. aliquo ex annis a 1587. in quo erecta Sacrorum Rituum Congregatio fuit a Sixto V. ad 1602. quo cœperunt Decreta deſcribi in Regeſtis Congregationis ejuſdem. Vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 1. *a n.* 11. *ad* 16. Qui etiam a n. 19. indicat caſus, in quibus expedit, ſtatuere aliam diem, pro Anniverſaria Dedicatione; & a n. 25. examinat, in quam diem transferri ſtabiliter poſſit? & in Decr. 2. explicat, quinam hic dicatur Actus Conſecrationis, quo fieri poſſe determinatio prædicta conceditur.

Alias autem animadvertunt communiter Auctores, teſte La Croix *l.* 6. *p.* 2. *qu.* 53. *§.* 5. *n.* 378. non poſſe ſine conſenſu Sedis Apoſtolicæ ( vel Sacrorum Rituum Congregationis ) diem Conſecrationis transferri etiam ab illo Epiſcopo, qui Eccleſiam conſecravit. Proculdubio innititur hæc doctrina Decreto Sacræ Congregationis hujus tenoris: *Dedicationis feſtum extra actum Conſecrationis non poteſt amplius mutari ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica.* S. R. C. 16. Oct. 1604. in *Ariminen.* apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 2. Si tamen alicubi facta ſit talis translatio in aliam diem, valere, & manere poſſe, docet La Croix l. cit. ſed contradicit Caval. in cit. d. 2. fine. An autem poſſit ſaltem retineri ratione conſuetudinis longevæ, adeoque præſcriptæ? vid. eumdem in Decretum Sacræ Congregationis, quod eſt tenoris ſequentis: 15

16 *Dum Epiſcopus in Conſecratione Eccleſiæ non elegerit diem, ſed conſecravit eam die &c. Menſis &c. Anniverſarium Dedicationis debet celebrari in futurum, die, quo hactenus conſuetum eſt celebrari.* S. R. C. 20. Novemb. 1662. in *Albiganen.* apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 3. Qui docet: hoc Decretum procedere pro caſu Eccleſiæ ſecundo conſecratæ ob defectum primæ conſecrationis, atque adeo dum Epiſcopus in conſecratione ſecunda ejuſdem Eccleſiæ non elegerit diem, ſed conſervavit eam die &c. menſis &c. Anniverſarium Dedicationis celebrandum eſt in futurum, die, quo conſuetum eſt celebrari Anniverſarium Dedicationis prioris.

*Eccleſia Cathedralis Ferentina, cum fuiſſet pluribus in locis reſtaurata, & magna in parte renovata, & de illius conſecratione ſigna nullibi apparerent,* 17

*neque*

*neque aliæ probationes exiſterent, adhuc quia in præteritum feſtum Dedicationis fuerat celebratam, cenſuit Sacra Rituum Congregatio, non indigere nova conſecratione, & ſtatuit Dedicationis feſtum poſſe transferri ab Epiſcopo ad aliam diem fixam amplius non immutandam*. S.R.C. 27. Novemb. 1706. in *Ferentina*, apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. Notavimus art. præced. ex hoc decreto haberi: Eccleſias, quarum conſecrationis ſigna nullibi appareant, neque aliæ probationes exiſtant; ex eo ſolum quod in præteritum Dedicationis feſtum celebraverint, poſſe tenere ſe, ut conſecratas, & in uſu Anniverſarii perſeverare; hic autem addimus, atque monémus, eaſdem præfatas Eccleſias debere Anniverſarium celebrare prædictum in die, quo in præteritum celebraverint: facultas enim in recitato Decreto conceſſa Epiſcopo Ferentino, Dedicationem prædictæ ſuæ Cathedralis Eccleſiæ transferendi, fuit particulare Indultum; ut cum aliis animadvertit Caval. l. cit. n. 14.

18 Si autem conſtet quidem de conſecratione Eccleſiæ, ſed ignoretur dies quo fuerit conſecrata, ſeu quo fuerit Anniverſarium in præteritum celebratum; poteſt Ordinarius aſſignare diem pro feſti prædicti celebratione, ex Decr. S.R.C. 18. Auguſti 1629. in *Alexandrina*, apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 5. cum quo nu. 14. animadvertendum eſt, ſemel facta aſſignatione diei hujuſmodi, non eſſe amplius integrum, ac licitum Ordinario, ad alterius diei aſſignationem devenire, ſed per primum actum hujuſmodi expirare poteſtatem; ad eum penitus modum, quo a Conſecratore in actu Conſecrationis ſemel facta mutatione diei pro Anniverſario, non poteſt amplius extra talem actum eam diem mutare inconſulta Sede Apoſtolica, quemadmodum fuit ſuperius definitum. Nomine Ordinarii hic venire etiam Prælatos Regulares reſpective ad ſuas Eccleſias conſecratas, ſuſtinet Caval. l. cit. a n. 18. Si ſucceſſu temporis innoteſcat dies, quo recolebatur præfatæ Eccleſiæ dedicatio, nihilominus perſeverandum eſſe in poſteriori facta deſignatione: docet laudatus Caval. a n. 14.

Qu. hic I. Utrum, ſi dies Dedicationis Eccleſiæ aliquando occurrat in aliquo feſto ex ſolemnioribus, poſſit, & debeat transferri in aliam diem? 19

℟. Affirmative; per ſolemniora autem feſta profecto veniunt dies, quibus interdicitur a Rubricis celebratio feſti cujuslibet; ſunt autem Dominica I. Adventus, Vigilia, & dies ipſa Nativitatis Domini, Circumciſio, Epiphania, & dies ejus Octava, Feria IV. Cinerum, Dominica I. Quadrageſimæ, Dominica Paſſionis, Dominica Palmarum; & deinceps uſque ad Dominicam in Albis incluſive, Aſcenſio Domini, Vigilia Pentecoſtes; & deinceps uſque ad Dominicam Trinitatis incluſive, Feſtum Corporis Chriſti, Aſſumptio B.M.V., & generale feſtum Omnium Sanctorum. Rubr. gen. Brev. *tit.* 10. *de traslat. feſtor.* n 1. & *Not. affix. Rubr. Brev. poſt primam tabell.* de occurſu plurium feſtorum. Item transfertur, ſi occurrat in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, in Feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ut ſuis locis dicetur. Huc facit ſequens Decretum: *Quando adeſt conſuetudo in aliqua Diœceſi celebrandi poſt feſtum Patroni principalis Eccleſiæ immediate annuam*

*annuam Dedicationem propriæ Eccleſiæ in proxima Dominica, ſi tali Dominica inciderit feſtum primæ claſſis, tunc dicta annua dedicatio debebit transferri ulterius in aliam diem non impeditam, etiamſi non ſit in eodem menſe*. S. R. C. 6. Septembr. 1727. in *Fulden.* apud Caval. poſt finem *tom. 4. in append. ad c. 1. de Dedic. Eccl. d. 2.* Si inciderit feſtum primæ claſſis: nonquidem univerſim, ſed ex modo deſcriptis præferentiam habentibus ad feſtum Dedicationis: tunc autem transfertur *in aliam diem non impeditam*: adeoque non in alteram Dominicam: quæ animadvertit Caval. loc. cit.

Cum fuerit quæſitum: *An Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis, ad quam Regulares intra eamdem Civitatem conſtituti ſub ritu duplici 2. claſſis celebrandam tenentur: ultra illius Octavam transferri poſſit ab iiſdem Regularibus, ſi prima dies alio feſto, ſimulque tota reliqua Octava aliis novem lectionum feſtis impedita ſit? Reſponſum fuit. Affirmative*. S. R. C. 11. Januar. 1749. *in una Ordinis Excalceat. Sancti Auguſtini Provinciæ Auſtriæ* apud Caval. loc. cit. d. 7. *Cum in omnibus Diœceſibus Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ Officio Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis aſſignata ſit dies Dominica in perpetuum, & in eadem Dominica recitatur quotannis; utrum aliquando apud Regulares occurrente in illa Dominica alio feſto altioris ritus, vel dignitatis, debeat prædictum Officium Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis apud Regulares transferri in aliam diem non impeditam, etiam ultra duas ſeptimanas; an omitti juxta Decretum Sacræ Rituum Congregationis emanatum in Anno* 1683. 20. *Martii, & inſuper cedere debeat prædictum Officium Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis Officio ſolemni alicujus Religionis occurrenti eadem die Dominica ſub eodem ritu? Reſponſum fuit: ad primam ejuſdem dubii partem; eſſe transferendum ad primam diem non impeditam; ad ſecundam dubii partem: ſervetur Rubrica X. Breviarii Romani de concurrentia Feſtorum n. ſecundo*. S. R. C. 29. Januarii 1752. *in una Ord. Carmelit. Excalceat. Provinciæ Poloniæ*; ad ſecundum dubium. apud Caval. *tom. 5. in collect. recentior. decret.*

Interrog. I. An feſtum Dedicatio- 20
nis Eccleſiæ propriæ debeat præferri principali Patrono loci, vel Ordinis, ſeu Religionis: ac Titulari Eccleſiæ Cathedralis?

℞. Affirmat Caval. *tom. 1. c. 1. in d. 13. n. 19.* ubi ait: id eſſe deciſum, videri, per Decretum S. R. C. 23. Junii 1636. in quo primus locus tribuitur Officio Eccleſiæ particularis; ſecundus Ordinis, vel Religionis; tertius Diœceſis; quartus Nationis; quintus Eccleſiæ univerſalis. Cæterum hæc procedunt, ſubdit idem Caval. n. 20. cæteris paribus; ſi enim in aliquo eorumdem inſit major dignitas; quæ dici poteſt eſſentialis; ſive ſit ex feſtis de quibus loquitur Rubrica *de Concurr. n. 2. Inter Feſta*; tunc huic primus deberetur locus (ut etiam ſignificatur in Decreto ann. 1752. ſupra allegato), & ſimiliter, ſi aliquis eorumdem ſoleat celebrari pompa ſolemniori; ob quam utique cauſam principalis Patronus Ordinis, ratione majoris ſolemnitatis, qua celebrari ſolet apud Regulares, & apud quos ſic celebratur; præferri poteſt etiam Dedicationi, & Patrono, vel Titulari propriæ Eccleſiæ. Ita Caval. qui etiam videri poteſt in d. 16. ejuſdem c. 1. n. 37. Sed in d. 1. n. 20. non vetat, quod, ſi Eccleſiæ conſecratio

cratio

Digitized by Google

cratio fieret in feſto principalis Patroni loci primæ claſſis, vel Tituli Eccleſiæ; ſatius, & congruentius foret, ut aliam diem Anniverſariæ Conſecrationi Eccleſiæ celebrandæ, Conſecrator Eccleſiæ deſignaret in actu Conſecrationis.

21 Interrog. II. Occurrente Dedicatione in Dominica privilegiata, in quam diem transferri debet Dedicatio?

℟. Ex Gobat, quem citat, & ſequitur La-Croix *lib. 9. de Hor. Canon. qu.* 204. §. 8. *num.* 1271. transferenda eſt in Dominicam ſequentem, etiamſi in eam incidat feſtum duplex, quod tamen ſit minus dignum; ut diximus *to.* 1. *l.* 3. 13. Jan. art. 1. n. 7., ſed vide Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in d.* 1. *a n.* 25. *&* 35. & recole etiam ſuperius dicta num. 19.

22 Qu. II. Si eodem die occurrat feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ, & feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis; de qua Dedicatione prius debeat Officium recitari?

℟. De Dedicatione Eccleſiæ propriæ; ita cum aliis Caval. tom. 1. c. 1. d. 13. nu. 18. & quidem conformiter ad plura decreta Sacr. Congreg. Rit.

23 Interrog. Quid? ſi eodem die occurrat Dedicatio duplicis Eccleſiæ propriæ: ut ſi quis ſit Beneficiarius duarum Eccleſiarum, quarum Dedicatio occurrat uno eodemque die?

℟. Ea die recitare debet de Dedicatione Eccleſiæ, in qua reſidet, & transferat Dedicationem alterius Eccleſiæ propriæ. Si autem in neutra reſideat; recitet prius de digniori, vel principaliori. Illa vero Eccleſia dignior reputatur, quæ prius in Diplomate nominatur: ut ex *l. quoties ff. de uſufr.* arguit Caval. *tom.* 1. *c.* 2. *in d.* 4. *n.* 49. Quod ſi per diverſa diplomata habita ſint Beneficia, & ignoretur, quodnam ſit dignius judicandum? præferentiam præſtabit antiquitas poſſeſſionis juxta regulam 54. Juris in 6. ita idem Caval. l. cit.

Qu. III. Si alicubi ad celebrandam Dedicationem Eccleſiæ ſit deſignata Dominica prima talis menſis e. g. Septembris: utrum hæc erit, quæ prima occurret intra ipſum menſem; vel ea, quæ vicinior Calendis; quemadmodum computari ſolet juxta Rubricas Breviarii Romani, & explicavimus tr. 2. in Sab. poſt Dom. 6. Pentecoſtes? 24

℟. Erit Dominica, quæ prima occurrat intra ipſum menſem. Probatur. Solemnitas Dedicationis Eccleſiæ reſpicit etiam populum, eique maxime proponitur, ad ejus fidem augendam, pietatem promovendam, reverentiam erga Dei Templum excitandam &c. unde aliqui putant, olim univerſaliter ſervatum fuiſſe etiam in Foro a Populo Chriſtiano Feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ ſub præcepto: & certe hujuſmodi præceptum latum fuit a nonnullis Conciliis particularibus pro particularibus Provinciis. Verum de hac re diſputandum erit art. 4. Hic innuiſſe ſufficiat, quantum ſatis ſit ad confirmandam aſſertionem noſtram præſentem. Sed ex una parte, ſi Feſtum Dedicationis Templi reſpicit etiam populum, eique maxime proponitur ob dictas, & ſimiles rationes; convenit, quod ubi Dominica prima menſis ſit deſignata ad hujuſmodi feſtum celebrandum, hæc Dominica prima computetur juxta rationem, qua utitur populus, & juxta ſenſum intelligatur ejuſdem. Ex alia parte vero populus Dominicam primam menſis computat eam, quæ prima occur-

rit in menſe, etſi remotior ſit à Calendis, & nomine Dominicæ primæ menſis intelligit eam, quæ prima occurrit in menſe. Ergo &c. Et vero ſi populus rogetur, ac moneatur, ut aſſiſtat feſtivitati annuæ Dedicationis Eccleſiæ, quæ ſimpliciter recolenda dicatur in Dominica prima talis menſis, proculdubio non accedet ad hujuſmodi ſolemnitatem, & non apparebit niſi in Dominica, quæ prima recurret in ipſo menſe præfixo; niſi aliter moneatur. Vide, quod in ſimili docuimus tr. 1. lib. 3. par. 1. c. 5. de Indulg. menſtr. ſect. 1. ſubſ. 1. qu. 2. num. 3. & in Octob. par. 1. ſect. 4. de Solemnit. Roſar. ſubſ. 1. num. 7.

25 Nota hic, quod cum ex monumentis authenticis conſecrata conſtaret Eccleſia *in Dominica quatuor Temporum poſt feſtum Exaltationis S. Crucis*, & factum eſſet dubium: num ejuſdem Anniverſarium celebrandum ſemper foret in Dominica, quæ immediate ſequitur ad Sabbatum quatuor Temporum; an magis in Dominica, quæ quandoque ſequitur ad idem feſtum Exaltationis, ſed antecedit quatuor Tempora? Propoſito dubio apud Sac. Congreg. reſponſum fuit: *Dominica quatuor temporum eſt illa, quæ Sabbatum quatuor Temporum immediate ſequitur.* S. R. C. 31. Auguſti 1743. in *Aquilejen. in una Ord. Capuccinor.*, apud Caval. poſt finem *tom. 4. in append. ad c. 1. de Dedicat. Eccleſ. decr. 5.*, & in opere Merati *in 2. append. decret. Miſſ. n. 876.* Animadvertit Caval. eamdem methodum in ſimilibus eſſe ſervandam.

## ARTICULUS III.

### *De Horis Canonicis.*

FESTUM Dedicationis propriæ Ec- 26
cleſiæ eſt dup. 1. cl. *Rubr. gen. Brev. tit. 1. n. 1. tit. 9. n. 3. & 5.* & in duabus tabell. excerptis ex Rub. Brev. & ex pluribus Decretis S. R. C.

Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis in Civitate celebratur ſub ritu dupl. 1. cl. nedum in Eccleſia propria, ſed etiam in tota Civitate, ubi eſt Cathedralis. Caval. *tom. 1. c. 1. in d. 7. n. 7.* etiam ab Eccleſiis Sæcularibus exemptis, & Sanctæ Sedi immediate ſubjectis. Caval. *in d. 9 nu. 5.* Etſi non deſit aliqua Civitas, in qua Clerus Sæcularis non ſoleat celebrare Dedicationem Eccleſiæ Cathedralis, niſi tantum ſub ritu duplici minori; vid. Caval. *tom. 1. c. 3. in d. 13. n. 5.*

Per Diœceſim vero Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis celebretur, vel ſub ritu duplici 1. cl. vel 2. cl. vel dupl. maj. vel min. prout fuerit ſolitum, ex Decr. S. R. C. 19. Junii 1700. in *Curien.*, apud Caval. *tom. 1. c. 1.* & lege ipſum Caval. ibi n. 6.

Regulares tenentur celebrare ſub 27
ritu dupl. 1. cl. feſtum Dedicationis Eccleſiæ illius Conventus, in quo morantur, ex Decr. S. R. C. 24. Januarii 1682. *in una Ordin. Minor. de Obſervant.* apud Caval. *tom. 1. c. 3. d. 8.*

Regulares degentes in Civitate, ubi eſt Cathedralis, tenentur celebrare feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis ſub ritu dupl. 2. cl. tantum, ex D.D. S. R. C. 1. Aprilis 1662., approbante Alexandro VII. die 8. ejuſdem menſis, & anni, apud Caval. *to. 1. c. 1. d. 9.* & 5. Maij 1736. in *Einſidlen.* apud eumdem Cav. *c. 3. d. 13.*

Per

Digitized by Google

Per Diœceſim vero poſſunt vel ſub ritu d. 2. cl. vel dupl. maj. vel min. prout fuerit ſolitum; Vid. Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in d.* 10. *n.* 14. & 16.

Quod ſi Clerus Sæcularis etiam Civitatis alicubi non teneatur ad celebrandum feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, niſi ſub ritu duplici minori: ubi hujuſce dumtaxat celebrationis invaluit conſuetudo, ibidem nec Regularem Clerum ad illum ſub altiori ritu celebrandam teneri, docet Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *in d.* 13. *num.* 6.

Prædicta de Regularibus procedunt etiam quoad Moniales; conformiter ad ea, quæ diximus art. 1. n. 11.

28 Infra Octavam Dedicationis Officium eſt ſemid., in die Octava dup. min. *Rubr. gen. Brev. tit.* 7. *n.* 3. & 5. Porro Feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ celebrandum eſt cum Octava; ex Rubr. gen. Brev. *tit.* 7. *n.* 1. & pluribus Decr. S. C. R. Jure Can. & Auctorib. a die, quam Epiſcopus ſtatuerit pro Anniverſaria die Conſecrationis, ſeu Dedicationis. Vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 1. *n.* 37. & *in d.* 8. *n.* 3. & *c.* 6. *d.* 13. *num.* 95.

Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis in Civitate celebranda eſt cum Octava, ex Decr. S. R. C. 2. Maij 1619. *in Conchen*; apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 6. etiam ab Eccleſiis Sæcularibus exemptis, & Sanctæ Sedi immediate ſubjectis. Caval. in *d.* 9. *n.* 5.

Extra Civitatem vero, ſeu per Diœceſim Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis celebranda eſt ſine Octava, ex cit. Decr. S. R. C. 2. Maij 1619., etiamſi Eccleſia extra Civitatem non habeat propriam Dedicationem; ex D. S.R.C. 10. Jan. 1693. *in una Galliarum*, apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 8.

Docet Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in decr.* 6. *n.* 9. feſta Dedicationum Eccleſiarum Abbatialium, Collegiatarum inſignium, aut Conventualium, quæ ab Epiſcopi juriſdictione exemptæ ſuam ipſæ juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem in certo Territorio, quod inſtar Diœceſis eſt, obtinent; in totum ſuæ juriſdictionis locum ſimiliter extendi: in Oppido quidem, ubi hujuſmodi ſita ſit Eccleſia Abbatialis &c. cum Octava; in Territorio autem ſine Octava, ad eum penitus modum, quo dictum eſt de Feſto Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis: quia paris juris, pares ſunt effectus: uſus quoque id confirmat omnium Eccleſiarum hujuſmodi, teſte eodem Cavalerio.

29 Regulares tenentur celebrare Octavam Dedicationis Eccleſiæ illius Conventus, in quo morantur, ex Decr. S. R. C. 24. Januar. 1682. *in una Ord. Min. de Obſervant.* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *d.* 8.

Regulares neque extra, neque intra Civitatem poſſunt celebrare Octavam Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, ex DD. S. C. R. 1. Aprilis 1662. approbante Alexand. VII. die 8. ejuſdem menſis, & anni; apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 9. & 10. Januar. 1693. *in una Galliarum.* apud Caval. d. 10. & 5. Maij 1736. *in Einſidlen.*, apud Caval. c. 3. d. 13.

*Moniales Ordinariis ſubjectæ non debent recitare Officium de Octava Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, nec poſſunt ad libitum; & tantum tenentur prædictum Officium recitare ſub ritu duplici ſecundæ claſſis ſine Octava.* S. R. C. 11. Febr. 1702. *in Tarviſina* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 11., & 22. Auguſti 1744. in *Januen.* Monialium Ordinis S. Claræ; in opere Merati



Digitized by Google

*in* 2. *append. ind. decr. Brev. n.* 474. Vide dicenda c. 7. n. 19. Itaque prædicta de Regularibus comprehendunt etiam Moniales, ut ſupra dictum eſt.

30 Nota hic: in ipſa die: qua conſecratur Eccleſia, Officium Dedicationis incipere a primis Veſperis in die præcedenti. Vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 1. *a n.* 42. Merat. *tom.* 2. *ſect.* 8. *c.* 5. *n.* 18.

31 *In die Octava Dedicationis ſemper ſunt repetendæ lectiones in primo nocturno, quæ jam lectæ fuerunt in primo nocturno Officii de ipſomet feſto Dedicationis*. S. R. C. 5. Maji 1736. in Einſidlen. apud Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 21., & 2. Septemb. 1741. in Aquen. apud Caval. *tom.* 2. *par.* 2. *in append. ad c.* 34. *decr.* 3. Itaque ſi in feſto Dedicationis lectæ ſint de communi, de eodem erunt in die Octava lectiones primi nocturni; ſi autem lectæ ſint propriæ, & in die Octava legentur eædem: niſi in die octava ſpeciales deſignentur lectiones in primo etiam nocturno. Vid. Caval. *to.* 1. *l. cit. n.* 3. & 7. qui etiam num. 9. concedit poſſe in tertio nocturno, in die octava, ad varietatem legi lectiones omiſſas aliqua die infra Octavam, in qua nimirum forte non ſit recitatum Officium de die infra Oct.

Nota hic: quando in Officio Dedicationis alicujus Eccleſiæ habetur aliquid proprium, illud retinendum eſſe, & cætera de communi ſupplenda. Aliquando autem omnia ſunt propria: ut in feſto Dedicationis S. Mariæ ad Nives, & S. Michaelis; confer Meratum *tom.* 2. *ſect.* 8. *cap.* 5. *num.* 5.

32 *Quando dies Octava Dedicationis impeditur per feſtum majoris ritus, & in ea occurrat Dominica, vel concurrat in primis, aut ſecundis Veſperis ſemiduplex, commemoratio diei Octavæ facienda eſt ante commemorationem Dominicæ, & ſemiduplicis cujuſcumqne occurrentis*. S. R. C. 5. Maji 1736. in Einſidlen. apud Caval. *tom.* 2. *c.* 18. *d.* 2. Sermo eſt de Dominica non privilegiata. Vid. Caval. *l. cit. n.* 1. & dicta tr. 1. l. 3. 14. Januar. art. 1. num. 25.

Dies Octava propriorum feſtorum annuncianda eſt in lectione Martyrologii, ſaltem ſi de ea fiat Officium; quo caſu annuncietur 1. loco; quod ſi ſola commemoratio habenda ſit, annuncietur 2. loco. Vid. Cavaler. *to.* 2. *par.* 2. 37. *in decr.* 2. *n.* 9. & 11.

33 Qu. I. Si feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ concurrat cum feſto Tituli Eccleſiæ item propriæ; vel Dedicationis, aut Tituli Eccleſiæ Cathedralis; vel principalis Patroni loci: utrum Veſperæ ſint dimidiandæ?

℟. Ex Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in decr.* 16. *n.* 41. in concurſu Dedicationis, & Titularis propriæ Eccleſiæ, ſi fuerit par utriuſque ſolemnitas, Veſperæ erunt dimidiandæ; Vide dicta tr. 1. l. 3. 24. Junii, art. 1. ſect. 2. fine; ſi autem in ſolemnitate aderit inæqualitas, ſolemniori dabuntur Veſperæ; vide dicta 14. Januar. art. 1. n. 20.

In concurſu Dedicationis Eccleſiæ propriæ, vel Titularis propriæ Eccleſiæ, & Dedicationis, vel Titularis Eccleſiæ Cathedralis, feſta Eccleſiæ propriæ anteponenda erunt his: niſi hæc, & non illa ſolemniter celebrari contingeret. Si vero neutra ſolemniter celebrentur, prima habebunt præferentiam ratione ſolemnitatis, quæ iiſdem debita eſt in Eccleſia propria: etſi ea per accidens careant; confer dicta 14. Januar. n. 23.

In concurrentia Dedicationis Eccleſiæ propriæ cum feſto Patroni loci,

ci,

Digitized by Google

ci., Veſperæ integræ Dedicationi dabuntur: niſi Patronus loci majorem in eadem Eccleſia ſibi uſurpet ſolemnitatem. Similiter ſi Patronus loci, aut Titulus Eccleſiæ ſit ex dignioribus præ feſto Dedicationis juxta Rubr. gen. de concur. n. 2. verſu: *Inter feſta*. Confer dicta art. 2. n. 20. & dicenda inferius qu. 3. & dicta 24. Junii n. 10. & die 29. ejuſdem n. 7.

34 Qu. II. Si cum recitatur Officium Dedicationis unius Eccleſiæ, facienda ſit commemoratio Dedicationis alterius Eccleſiæ; pro commemoratione quænam oratio dicenda ſit, ad conſuetam varietatem?

℞. Clara eſt Rubrica Breviarii, quæ præſcribit pro commemoratione recitare orationem *Deus, qui inviſibiliter*. Quæ oratio poſita eſt, tum ut recitetur in ipſa die Conſecrationis, & Dedicationis Eccleſiæ, ſeu ipſa die, qua Eccleſia conſecratur, & per Octavam, quæ prima poſt prædictam conſecrationem celebratur; tum ut recitetur in ſequentibus Anniverſariis, quando varianda ſit oratio infra Octavam Dedicationis ob concurſum Dedicationis alterius Eccleſiæ; ita Rubrica Breviarii deſcripta ante prædictam orationem; conſonat Decretum S. C. R. quod recitavimus tr. 1. l. 3. 9. Novemb. n. 5.

Ad varietatem vero Antiphonæ. ℣. & ℞. (quæ varianda ſimiliter ſunt: Caval. tom. 1. c. 1. in decr. 19. fine:) pro commemoratione in Laudibus Antiphona ℣. & ℞. ex 2. Veſp. Deinde pro commem. in 2. Antiph. ℣. & ℞. ex Laudib. vid. Caval. *to.* 2. *c.* 32. *in d.* 9. *n.* 9. Et eſt bene animadvertendum, quod jam innuimus, ſcilicet, Orationem, Antiphonam, ℣. ℞. quæ variantur, adhibenda eſſe pro ea Dedicatione, de qua commemoratio fiat; ita ut, ſi recitetur Officium Dedicationis Eccleſiæ propriæ, & fiat commemoratio Dedicationis Eccleſiæ alienæ: Oratio, Antiphona, ℣. & ℞. varianda adhibeantur pro commemoratione Dedicationis Eccleſiæ alienæ; contra vero, ſi recitetur Officium Dedicationis Eccleſiæ alienæ, etiamſi a Capitulo; & fiat commemoratio Dedicationis Eccleſiæ propriæ: Oratio, Antiphona, ℣. & ℞. varianda, adhibenda ſunt pro commemoratione Dedicationis Eccleſiæ propriæ; ut animadvertit Caväler. *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 19. *n.* 1. 3. *&* 7. eruitque ex Rubr. 9. *de commem. n.* 8., & ex Decr. S. C. R. quod nos dedimus 9. Novemb. n. 5. & videri poſſunt dicta 14. Januar. n. 32. fine, & die 23. Julii num. 2. & die 11. Novembr. n. 5. Si vero daretur caſus, quo faciendæ eſſent plures commemorationes Dedicationum Eccleſiarum: quid faciendum ad varietatem Orationum in Officio, & Miſſa? vide Caval. l. cit. a n. 8. ad 13.

Qu. III. Si Octava Dedicationis Eccleſiæ occurrat ſimul cum Octava Patroni loci, vel Tituli Eccleſiæ, de quanam Octava habendum erit Officium? 35

℞. De Dedicatione haberi debere Officium, docet Gavantus *in Rubr. Brev. ſect.* 3. *c.* 8. *n.* 7. quia, inquit, ex D. Thoma feſtivitas, atque adeo Octava Dedicationis eſt dignior. Idipſum cum Merato docet Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in d.* 13. *n.* 19. *& in d.* 16. *a n.* 29. *& in d.* 22. *n.* 12. Eſſe autem digniorem, Gavantus probat ex eo, quia ſecundum Divum Thomam in feſto Dedicationis Eccleſiæ recoluntur beneficia toti Eccleſiæ collata, quæ ſuperant beneficia cuivis Sancto donata, quæ in ejuſdem feſto celebran-

brantur. Ex qua ratione vero arguit idem Gavantus exceptionem pro feſto Aſſumptionis B. Virginis, ſi illius Octava occurrat in Octava Dedicationis Eccleſiæ; quia majora beneficia contulit Deus uni Deiparæ in ejus aſſumptione, quam contulerit toti militanti Eccleſiæ; vide dicta 15. Auguſti nu. 18. Verum ex hac ratione ſequi videtur, nullius alterius feſti ejuſdem B. V. Octavam eſſe digniorem præ Octava Dedicationis Eccleſiæ. Item ſi Octava Dedicationis eſſet dignior, quam Octava Patroni loci, vel Tituli Eccleſiæ ex eo quod in ea recolantur beneficia a Deo collata Eccleſiæ ſuæ univerſæ, quæ ſuperant beneficia cuivis Sancto donata: ſequeretur, nullius Sancti Octavam eſſe digniorem præ Dedicationis Octava. Sed contra eſt: dantur enim & aliæ Sanctorum Octavæ digniores juxta rubricarum ſenſum, & legem atque Decreta S.C.R. digniores, inquam, præ Dedicatione Eccleſiæ in occurſu. Et quidem in Eccleſia univerſali ſunt Octavæ Nativitatis S. Joan. Bapt. Feſti principalis S.S. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac feſtivitatis Omnium Sanctorum die 1. Novemb. ut ſuis reſpective locis notavimus. In Eccleſiis autem particularibus Octavæ Feſtorum Domini, B. Mariæ, Angelorum, & Apoſtolorum: ubi ſub ritu dupl. 1. cl. ſive ob ſpeciale indultum, ſive quia ſint Patroni, vel Titulares Eccleſiæ, recolantur. Idem obſervandum eſt, ſi Patroni feſtum ſit dignius ex eo, quod ſoleat celebrari pompa ſolemniori: recole dicta art. 2. n. 20. tunc enim & Octava ejuſdem erit dignior. Porro Octava eſt acceſſorium feſti: & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. Vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 16. *n.* 28. 29. *&* 37. Merat. *tom.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 8. *n.* 12. *&* 13.

Dixi: *ubi ſub ritu dupl.* 1. *cl. &c.* quia, ſi Octava Dedicationis Eccleſiæ cujus feſtivitas eſt dupl. 1. cl. occurrat ſimul cum Octava B. Virginis, cujus tamen feſtum celebretur ſub ritu dupl. 2. cl. recitandum adhuc eſſe Officium de Octava Dedicationis Eccleſiæ cum commemoratione Octavæ B. Virginis: innuimus 15. Auguſti n. 19. ex dictis 8. Sept. n. 5. & 11.

Qu. IV. Si Octava Dedicationis Eccleſiæ propriæ occurrat ſimul cum Octava Eccleſiæ Cathedralis, de quanam Octava ſit Officium recitandum in Civitate, ubi eſt Cathedralis? Porro ſecundum dicta ſuperius n. 28. Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis in Civitate celebranda eſt cum Octava, etiam ab Eccleſiis Sæcularibus exemptis, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis; etſi de ea Octava recitare non poſſint Regulares, ut diximus num. 29. 36

℞. Recitandum eſſe Officium de Octava Dedicationis Eccleſiæ propriæ cum commemoratione Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis; collige ex dictis art. 2. qu. 2. & hic qu. 1. & videantur dicta 14. Jan. art. 1. n. 12.

## ARTICULUS IV.

### *De Miſſa.*

Dicitur *Credo* in die Anniverſario, & per Octavam Dedicationis Eccleſiæ propriæ. Rubr. gen. Miſſ. tit. 11. etiamſi Miſſa dicatur extra Eccleſiam propriam, cujus Dedicatio celebratur: ut cum Guyeto, & aliis docet Caval. *tom.* 5. *c.* 12. *n.* 27. 37

(alias

(alias per errorem 28.) Similiter ſi celebretur extra Cathedralem Miſſa Dedicationis illius ab iis, qui non ſunt de Cathedrali, ſed tenentur, vel poſſunt de Dedicatione recitare prædicta, ſecundum ea, quæ docuimus art. 1. ut laudatus ſuſtinet Guyetus apud Caval. l. cit. Tum quia aſſignatur univerſaliter *Credo* in Miſſa Dedicationis Eccleſiæ Salvatoris, & SS. Apoſt. Petri, & Pauli; tum quia ex Innocentio III. lib. 2. c. 51. in Miſſa Dedicationis Eccleſiæ dicitur *Credo*, eo quod meminit, nominatque *Sanctam Eccleſiam*; confer Meratum tom. 1. par. 1. tit. 11. n. 8. Porro mentio, quæ fiat in Symbolo feſti cujus Miſſa celebratur, eſt ex rationibus una, propter quas ſolet in Miſſa Symbolum recitari; confer dicta in Fer. V. Cœnæ n. 138. Quæ cauſa valet æque pro omnibus, ſeu quibuslibet Eccleſiis, quarum Dedicationis Miſſa dicatur.

38 Tacetur autem in ſecreta parentheſis, ſeu prætermittuntur verba, quæ intra parentheſim continentur, quoties Miſſa Dedicationis Eccleſiæ etiam propriæ legatur extra ipſam Eccleſiam, cujus Anniverſarium celebratur. *Rubr. Miſſ. hic*.

Si cum celebratur Miſſa Dedicationis unius Eccleſiæ, facienda ſit commemoratio Dedicationis alterius Eccleſiæ; pro commemoratione, ad conſuetam varietatem, adhibeatur Oratio, ſeu Collecta, ac Secreta, & Poſtcommunio, quæ in Miſſali aſſignantur pro Miſſa Dedicationis in ipſa prima die, in qua Eccleſia dedicatur, ſeu conſecratur, primaque ejuſdem Octava: quemadmodum pro commemoratione in Officio diximus art. præced. num. 34. Monet autem La-Croix *lib. 6, par. 2. qu. 64. §. 15. nu.* 461. omittenda eſſe ea, quæ ſoli primæ conveniunt. Sed in Oratione, ſeu Collecta nihil eſt, quod omittatur tamquam ſingulariter proprium Dedicationis primæ: ut facile legenti patebit; ſimiliter nec in Secreta; in Poſtcommunio fortaſſe verba illa: . . . *quem nomini tuo indigni dedicavimus*: videri poſſunt ſoli convenire Eccleſiæ primæ; & in hac ſuppoſitione prætermittenda utique forent verba præfata, quoties ea Poſtcommunio adhiberetur pro commemoratione in caſu prædicto. Si vero daretur caſus, quo faciendæ eſſent plures commemorationes Dedicationum Eccleſiarum, undenam ulterior petenda varietas? artic. præcedenti n. 34. remiſimus ad Caval. l. ibi cit. In ipſa autem die, qua conſecratur Eccleſia, ad Miſſam ſpectantia videri poſſunt apud eumdem Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in decr.* 1. *a num.* 50. Merat. *to.* 1. *ſect.* 8. *c.* 5. *fine*.

In Miſſa Dedicationis Eccleſiæ parament. color albus, ex Rubr. gen. Miſſ. tit. 18. n. 2. nam Eccleſia virgineo nomine nuncupatur, juxta illud Apoſtoli: *Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*. 2. *ad Cor.* 11. 2. De qua Sponſus ait in Canticis: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*. *Cantic.* 4. Ita Durandus *in Ration. Divin. Offic. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 3. Gavant. *in Rubr. Miſſ. par.* 1. *tit.* 18. *n.* 2. *lit.* *x*. Profecto in feſtis Virginum non Martyrum adhibetur color albus, ad ſignificandam ipſam Virginitatem, & puritatem, quæ nitori, & albedini ſicut & albis liliis comparatur. 39

Qu. hic: Utrum in Feſto Dedicationis Eccleſiæ propriæ ſit obligatio audiendi Miſſam? quod eſt, quærere: an Feſtum Dedicationis Ec- 40

Eccleſiæ ſit ſervandum ex obligatione gravi in Foro?

℞. In unoquoque Oppido eſſe ex præcepto obſervandum diem Dedicationis Templi ejus, cenſuit Specul. *in ſumm. tit. de Fer.* §. 1. *ex C. Pronunciandum.* 1. *diſt.* 3. *de Conſecr.* ubi inter Feſta obſervanda proponitur *Dedicatio cujuſque Oratorii.* Item in Concilio Oxonienſi in Anglia celebrato anno 1222. in principio inter feſta obſervanda proponitur *Feſtum Dedicationis cujuslibet Eccleſiæ in ſua Parochia.* Rurſus in Concilio Magunt. ſub Carol. c. 36. lata fuit lex, ſervandi ut feſtivam Templi Dedicationem, his verbis: . . . *& illas feſtivitates Martyrum, vel Confeſſorum obſervare decrevimus, quorum in unaquaque Parochia ſancta Corpora requieſcunt; ſimiliter etiam Dedicationem Templi.*

Verum his non obſtantibus, dicendum eſt, non eſſe obligationem gravem univerſalem obſervandi ut feſtivam in foro Dedicationem Eccleſiæ propriæ. Conſtat primo ex conſuetudine: non enim apparet hujuſmodi conſuetudo univerſaliter obligans. Secundo ex Conſtitutione Urbani VIII. incip. *Univerſa*, in qua recitantur omnia, & ſingula feſta ex obligatione gravi ſervanda, nulla autem fit mentio Dedicationis Templi proprii cujuslibet loci; Vid. Caval. *Comment. in Decr. S. C. R. to.* 2. *c.* 13. *& in decr.* 16. *n.* 17.

Ad rationem in contrarium ductam *ex C. Pronunciandum*, reſpondet Joannes Andreas, Antonius, & Abbas *in C. ult. de fer.* dicendo: in citato jure ſermonem eſſe ſolum de Officio Dedicationis, non item de obligatione totius Populi; quia eſſet dura obbligatio. Hanc interpretationem amplectitur Quintanadvenas, ſed ea non placet Patri Suarez *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 3. quia textus ille a principio incipit: *Pronunciandum eſt laicis, ut ſciant tempora Feriandi per annum....* & infra *Feriandi vero per annum iſti ſunt dies.* Et poſtea conſequenter eodem modo omnes enumerat; & ideo difficile creditu eſt, inquit Suarez, in illo ſolo die ſermonem eſſe de Officio Clericorum.

Alii itaque aliam aggrediuntur viam ſolvendæ difficultatis prædictæ, concedendo in allegato *C. Pronunciandum*, fuiſſe quidem impoſitum præceptum ſervandæ Dedicationis Templi; verùm hujuſmodi præceptum fuiſſe, dicunt, deinde revocatum ex ipſo jure communi; enimvero *in cap. ult. de fer.* non recenſetur Dedicatio Templi, adeoque cenſenda eſt, revocata fuiſſe obligatio ſervandi illam in foro a laicis, & ita ſignificat Azorius *Inſtitut. moral. par.* 2. *lib.* 1. *c.* 25. *qu.* 7. Sed neque hanc alteram reſponſionem approbat Suarez, & merito quidem; verba enim illa allegati Capitis *Pronunciandum*, ſi vim univerſaliter obligandi aliquando habuiſſent, id fuiſſet ex eo, quod illa Conſtitutio eſſet alicujus Pontificis, vel Concilii Generalis. Neutrum. Ergo non potuerunt unquam univerſaliter obbligare. Major patet. Minor conſtat: illud enim eſt Hattonis Baſileenſis Capitulum; etſi Suarez dixerit, ea verba deſumpta eſſe ex quodam Concilio particulari, nimirum ex Concilio Lugdunenſi, cui quidem inſcribuntur a Gratiano: & ita non potuit, inquit Suarez, lex illa per ſe conſtituere jus generale, ſed particulare talis loci; neque etiam eſt extenſum illud jus per conſuetudinem, nam potius, ut ſupradictum

eſt

Digitized by Google

eſt, communi uſu, & regulariter talis Dedicationis dies non ſervatur in foro. Sic igitur ſolvitur illa ratio in contrarium ducta ex *C. Pronunciandum*; Et reſponſione ſimili ſoluta manet ratio ſimilis petita ex auctoritate, ſeu Statuto Concilii Oxonienſis, & Maguntini: fuerunt videlicet Concilia particularia, atque adeo non potuerunt univerſalem Eccleſiam obligare.

## ARTICULUS V.

### *De Functionibus Pontificalibus.*

41 IN Feſto Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis Functiones Pontificales abſente, vel impedito Epiſcopo, ſpectant ad primam Dignitatem. Vid. dicta 6. Januarii n. 43.

## ARTICULUS VI.

### *De Indulgentiis.*

EPISCOPUS in prima Dedicatione 42
Eccleſiæ poteſt dare Indulgentias unius anni; in ſequentibus autem Anniverſariis Dedicationis feſtivitatibus in perpetuum poteſt impertiri conſuetam Indulgentiam dierum quadraginta. La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 181. §. 6. *n.* 1319. ubi etiam *qu.* 317. §. 15. *n.* 2189. examinat: an Epiſcopus Heldeſienſis conſecrans Eccleſiam in Diœceſi Monaſterienſi, poſſit Eccleſiæ conſecratæ concedere Indulgentias? Et reſpondet, affirmative, quia Epiſcopus Monaſterienſis committens conſecrationem, etiam committit poteſtatem concedendi Indulgentias: vult enim ab ipſo obſervari Rubricas Pontificales, quæ expreſſe mandant, in fine promulgari Indulgentias. Imo ſuppoſita facultate Epiſcopi, ut alius conſecret Eccleſiam in ſua Diœceſi, jus ipſum in Pontificali expreſſum tribuit conſecranti poteſtatem concedendi Indulgentias. Ita La-Croix.

# CAPUT V.

## DE FESTO TITULI ECCLESIÆ.

### Agitur Articulis V.

Art. I. *A quibuſnam celebrari debeat feſtum Tituli Eccleſiæ cum Officio, & Miſſa.*
Art. II. *De Horis Canonicis.*
Art. III. *De Miſſa.*
Art IV. *De Functionibus Pontificalibus.*
Art. V. *De Translatione Feſti Tituli Eccleſiæ.*

### ARTICULUS I.

*A quibuſnam celebrari debeat feſtum Tituli Eccleſiæ cum Officio, & Miſſa.*

1 TITULUS Eccleſiæ hic eſt ille Sanctus, vel Res, ſub cujus nomine, ſeu Titulo fundata eſt, & vulgo denominatur Eccleſia, v. g. SS. Salvatoris, S. Bartholomæi. S. Crucis, & ſimilium. Vid. Baron. in not. Martyrol. 26. Julii. Gavant. *in Rubr. Brev. ſect.* 8. *c.* 5. *n.* 1. Merat. ibi n. 3. Caval. *Comm. decr. S. C. R. tom.* 1. *c.* 2. *in præliminar*, *& eod. cap. in d.* 3. *n.* 7. Titulus Eccleſiæ ſolet etiam vocari *Patronus Eccleſiæ*; vid. Caval. cit. c. 2. in præliminar. a n. 5. Declaravit S. C. R. 28. Octobr. *1604.* quod Titulus antiquus Eccleſiæ mutari non poteſt a Confraternitate, apud Lucium Ferraris *in Bibliot. edit.* 3. *Bonon. V. Reſol. SS. CC. in priori indic. n.* 74. Porro Titulus Eccleſiæ nonniſi nova accedente Eccleſiæ Dedicatione mutari poteſt, vel ipſi adjici novus. Caval. cit. c. 2. in d. 5. nu. 26. Et quamvis ſæpe contingat, ut etiam aliunde Eccleſiæ titulus varietur, ſaltem apud vulgum, & a nomine alterius Sancti nuncupetur, eo tamen caſu hujuſmodi Sanctus, a quo Eccleſia nomen accepit, ſive relicto, ſive retento priori Titulo, potius dicendus eſt Patronus Eccleſiæ, quam Titulus ejuſdem; vid. Caval. loc. cit. n. 19. & 26. ac dicenda c. 7. art. 5. n. 25. §. *Unde ſimiliter nota*. Eſt etiam hic animadvertendum: quod *abſque Pontificis Indulto non licet aſſumere in Titulum Eccleſiæ Beatum nondum canonizatum; Titulus autem ſic aſſumptus debet ſupprimi, & alius pro eo de Sancto Canonizato ſubſtitui*. S.R.C. 23. Januar. 1740. apud Caval. *to.* 2. *par.* 2. *c.* 45. *d.* 10. quod inſeruit d. 8. n. 3. Hoc autem intelligendum eſt de Beatis, qui cultum non habeant ab immemorabili. Item de Beatis electis in Titulum Eccleſiæ poſt Decretum S. C. R. 23. Martii *1630.* de electione Sanctorum in Patronos, quod dabimus c. 7. art. 1. Vid. Caval. tom. 1. c. 2. in d. 1. n. 44. In quo differat Canonizatio a Beatificatione explicavimus tr. 1. c. 2. de celebr. Miſſ. quotid. qu. 16. n. 53.

De Patrono, ſeu Titulari Eccleſiæ debet fieri Officium a Clero eidem adſcripto, etiamſi Eccleſia non fuerit conſecrata, ſed tantum benedicta; 2

ſta; ex Decreto S. C. R. 21. Junii 1710. *in una Cappuccinorum Provinciæ Lugdunen.* apud Caval. *to.* 1. *c.* 2. *d.* 3. Qui ibi nu. 22. & dubb. ſequ. explicat, ad quæ loca ſacra hic extendatur nomen Eccleſiæ, de cujus Titulo celebrandum eſt feſtum: Quinam vero hic cenſeatur, & ſit Clerus præfatæ Eccleſiæ adſcriptus? explicavimus cap. præc. de Dedic. Eccl. art. 1. n. 7.

3 De Titulari Eccleſiæ Cathedralis faciendum eſt tam per Civitatem, tam per Diœceſim; ita pluries declaraſſe S. C. R. teſtatur Caval. *to.* 1. *c.* 2. *in d.* 2. *n.* 9. vide rurſus eumdem *poſt finem to.* 4. *in append. ad c.* 2. *de Patrono, vel Titulo Eccl. d.* 3. *c.* 4.

4 *Parochus duarum Eccleſiarum unitarum debet de ambarum Titulari recitare Officium juxta Rubricas, maxime ſi Eccleſiæ ſint peræque unitæ.* S.R.C. 5. Julii 1698. in *Collen.* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 2. *d.* 4. Hujuſmodi igitur Parochus debet de utroque Titulari recitare juxta Rubricas, hoc eſt, ſub ritu dupl. 1. cl. cum Octava. Caval. l. cit. nu. 3. etiamſi unio prædicta non ſit perpetua, ſed temporalis, ſeu ad ritum illius, cui conceditur. Id. num. 4.

Idipſum dicendum de Beneficiario habente plura Beneficia unita, dummodo talia Beneficia ejus ſint rationis, ut poſſint habere juxta Rubricas cultum Patroni, cujuſmodi ſunt Beneficia, quæ pro Titulo Eccleſiam habent; vid. Caval. n. 12. & dub. ſeq.

Ex eodem Caval. autem n. 15. allegatum Decretum, & prædicta patiuntur hanc limitationem, videlicet, quod ſi quis ex Parochis, vel Beneficiariis habentibus plures Eccleſias, vel Beneficia unita, adſtrictus foret Choro particularis alicujus Eccleſiæ; deberet, illius Choro ſe conformare tum in publica, tum in privata recitatione Officii, & abſtinere a Titularibus propriarum Eccleſiarum. Si tamen prædictus Beneficiarius præſens adeſſet in feſto ſolemni principali Eccleſiæ, cujus Beneficium poſſidet, poſſet tum in Choro illius, tum privatim de eo recitare, & ſic proprio penſo ſatisfacere; ſed ſtatim redire deberet ad Officium Chori, cui intereſſe tenetur; hoc eſt in ſequentibus diebus deberet ſe conformare Choro illius Eccleſiæ, cui adſtrictus eſt.

Parochorum nomine, ad effectum recitandi de Titulari propriæ Eccleſiæ, & etiam aliarum eidem unitarum, veniunt nedum illi, quorum Parochia Beneficium eſt; ſed etiam favorabili appellatione, qui Parochi mercenarii ſunt, amovibiles, ac ad tempus conducti. Caval. *n.* 16.

Si una Eccleſia alteri Eccleſiæ ſubjiciatur acceſſorie, Clerus Eccleſiæ principalis debet recitare de Titulo Eccleſiæ acceſſorie ſubjectæ, & viceverſa. Vid. Caval. in cit. d. 4. n. 8. 9. & 11. Contra vero ſi una Eccleſia ita uniatur alteri, ut utraque maneat, ſicut erat ante unionem, in ſuo ſtatu, & honore, & ſolum dicantur unitæ, eo quod unus & idem ſit utriuſque Rector. Vid. Caval. l. cit. n. 1. & 10. & infra monellimus n. 10. 5

De Titulari Eccleſiæ recitare tenetur is, cui beneficium aliquod integre commendatum veniret quo ad totam adminiſtrationem, etiamſi commiſſio hujuſmodi, ſeu commendatio Eccleſiæ non ſit erecta in titulum Beneficii, neque in perpetuum conferatur. Caval. n. 17. 6

De Titulo Eccleſiæ recitare teneri, 7

ri, videntur etiam Coadjutores illi, qui ab Epiſcopis, vel aliis Superioribus dantur Parochis ſenibus longo morbo laborantibus, vel alia de cauſa impotentibus ad proprium munus exequendum; iiſdem aſſignata congrua fructuum portione, & Eccleſiæ cura plene commiſſa. Caval. n. 20.

8 De Titulo Eccleſiæ recitare tenentur ii, quibus cura alicujus Eccleſiæ integre commendatur, quoad ſpiritualem adminiſtrationem ejuſdem; ſi aliunde ad Officium Divinum adſtringantur; hinc, qui v.g. Hoſpitali, vel alteri pio ſimili loco præficerentur cauſa adminiſtrandi Sacramenta, & alia peragendi, quæ ad juriſdictionem attinent ſpiritualem; de Titulari, & Dedicatione Eccleſiæ ejuſdem Officium facere poſſent, tametſi adnexorum bonorum temporalium adminiſtrationem non haberent, ſed hæc adhuc apud Sæculares perſonas reſideant. Nec officit, quod ſint Stipendiarii, & amovibiles, dummodo cura, ut ſupra, ſit ipſis reipſa commiſſa, quia pro eo tempore ſunt vere Rectores, & eorum eſt Eccleſia propria. Idipſum dicendum venit de quibuſcumque aliis, in quibus eſt eadem, vel ſimilis ratio. Caval. n. 23. Porro Eccleſia dicitur *propria*, vel ratione Beneficii, quod habeatur in ea: vel ratione Chori, quocumque modo quis ſit adſtrictus: vel ratione habitationis, ut eſt in Regularibus, de quibus infra dicemus: vel ratione Præfecturæ, ſeu curæ integre commiſſæ, & plenarie commendatæ modo prædicto. Vid. Caval. n. 22.

Hujuſmodi vero minime ſunt Cappellani etiam majores, & primarii Monialium, quamvis ad Sacramenta illis miniſtranda ſint deſignati; unde non poſſunt de Titulo, aut Dedicatione Eccleſiæ Monialium recitare. Vid. Caval. *n.* 47. & *to.* 2. *par.* 2. *c.* 43. *in d.* 3. *a n.* 5.

9 Si occurrant eadem die duo Tituli duarum Eccleſiarum propriarum; recitandum de Titulo, in quo habetur reſidentia: ſi hæc in neutra habeatur, recitetur de digniori: & obſervetur, ſi opus eſt, in eorum præcedentia etiam diverſitas Ordinis Hierarchici. Vid. Caval. n. 49.

10 *In Titulo, & Conſecratione Parochialis Eccleſiæ, quæ non eſt Cathedralis, non debet fieri Officium in die, neque per octavam a Sacerdotibus, qui non ſunt de Clero Parochiali, licet ſub eadem Parochia degunt.* S. R. C. 17. Auguſti 1709. in *Bergomen.*, apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 14. & 15. Sept. 1742. in *Tridentina*. apud Caval. *poſt fin. tom.* 4. *in append. ad c. Patron. vel Titul. Eccl. d.* 6. Nec ſi duæ Parochiæ ſint invicem æque principaliter unitæ, Clerus unius Parochiæ poterit recitare de Titulo, & Conſecratione alterius, quamvis id liceat Parocho, ut ſupra dictum eſt. Caval. *tom.* 1. *c.* 2. *d.* 4. *n.* 10.

11 *Celebrari non poteſt per totam Civitatem, vel Diœceſim, etiam de cujuſcumque Ordinarii auctoritate, feſtum cum Officio, eo quod in loco adſit Eccleſia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; ſed tantum in Eccleſia ipſius Sancti Titularis, ſeu ubi aſſervatur corpus, aut inſignis Reliquia, & non alibi.* S.R.C, 8. Septemb. 1628. apud Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *d.* 2. qui ibi *n.* 12. notat: non eſſe hic ſermonem de Eccleſiis Abbatialibus, Collegiatis inſignibus, aut Conventualibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus; De iis enim quoad extenſionem Tituli

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ diſcurrendum eſſe, docet, ſimiliter, ac quoad extenſionem Dedicationis earumdem Eccleſiarum hujuſmodi, diximus cap. præced. art. 1. n. 8. Itaque, ut etiam ibi n. 7. diximus: Officia Tituli, & Conſecrationis Eccleſiæ Parochialis non ſe extendunt ad totam Parochiam, ſed intra limites ipſius Eccleſiæ Parochialis coercita manent, inſtar aliarum Eccleſiarum non Parochialium, quarum Titulus, & Dedicatio celebrari tantummodo poſſunt intra Eccleſias ipſas; ſeu a ſolo Clero præfatis Eccleſiis addicto: cujuſmodi ſolum veniunt hic Clerici illi, qui in ea Eccleſia Choralem obligationem habent, vel beneficium aſſequuntur; vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 1. *in d.* 14. *n.* 51. 52. & 57., *&* *tom.* 2. *par.* 2. *c.* 93. *in d.* 2. *&* 3.

12 *Epiſcopus, quando reperitur in aliquo Oppido ſuæ Diœceſis ob viſitationem, ſeu aliam ob cauſam, poteſt licite recitare Officium Sanctorum, de quibus ex forma Rubricarum, ſeu ex conceſſione Sacræ Congregationis, eo quod ſint Patroni, ſeu Titulares, in iiſdem Oppidis recitatur, & ſic præcepto de recitando Officio ſatisfacit*. S. R. C. 19. Martii 1643. apud Caval. *to.* 1. *c.* 2. *d.* 5. Ex vi laudati Decreti etiam de Anniverſaria ſolemnitate Dedicationis Eccleſiæ, ſi occurrat, in dicto caſu poſſe Epiſcopum recitare exiſtimat Caval. l. cit. n. 6. quinimo & de ſolemnibus quibuſcumque feſtis, quæ inibi celebrentur.

Per *Patronos* autem veniunt Patroni loci, & per *Titulares* Eccleſiæ primariæ, vel quarumcumque Eccleſiarum, quæ ibi ſolemniter celebrentur; quinimo & Patroni, aut Titulares, nedum principales, ſed etiam minus principales, qui item aſſolent eſſe ſolemnes; favores etenim ſunt ampliandi; Ita Caval. l. cit. nu. 7. licet c. 7. de SS. Patronis loc. art. 4. fine, notavimus ex declaratione S. R. C. 15. Sept. 1691. nomine *Patroni* ſimpliciter venire Patronum Principalem tantum.

Supra laudatum Decretum favet etiam Abbatibus, qui juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſibi ſubditam obtineant Diœceſim. Caval. nu. 11. Favet etiam Archiepiſcopis Provinciam pro viſitatione obeuntibus, non item ſi alia de cauſa in eadem reperirentur. Id. ibidem.

Idem vero Decretum nequaquam favere Epiſcopis relate ad Eccleſias Regularium: ad dicendum inclinat Caval. n. 15. quod enim ratione juriſdictionis Epiſcopis licet, (quemadmodum eſt conceſſio præſens) iiſdem defectu juriſdictionis evadit illicitum. Hæc autem juriſdictio Epiſcopis deeſt relate ad Eccleſias Regularium. Idipſum exiſtimat relate ad Eccleſias Monialium, etiam ſibi ſubjectarum, quia, inquit, juriſdictio, quam in Monialium habent Eccleſias; non eſt ordinaria, ſed delegata. Idipſum vult eſſe dicendum relate ad Eccleſias Sæculares exemptas ab Ordinarii juriſdictione.

Denique quoad Epiſcopum etiam ſpectat; Epiſcopus duarum Eccleſiarum unitarum debet recitare de Titulari utriuſque ſuæ Eccleſiæ Cathedralis, quemadmodum de earumdem Dedicatione docuimus cap. præced. art. 1. n. 6. & animadvertit Caval. *to.* 1. *c.* 1. *in d.* 12. *n.* 5.

Deinde quoad Regulares, hi tenentur celebrare feſtum de Titulari Eccleſiæ illius Conventus, in quo morantur; ex Decr. S.C.R. 24. Januar. 1682., apud Caval. *to.* 1. *c.* 3. *d.* 8. 13

Re-

Religioſi tenentur celebrare feſtum de Titulari Eccleſiæ Cathedralis, ex D.D. S.C.R. 24. Januar. 1682. apud Caval. *to.* 1. *c.* 3. *d.* 8. *&* 20. Martii 1683. & 2. Novemb. 1683. apud Caval. *l. cit. num.* 9. Et quidem de prædicto Titulari Cathedralis tenentur iidem recitare etiam per Diœceſim. Caval. l. cit. n. 12.

Prædicta de Regularibus, intelligenda quoque ſunt de Monialibus, ſive Prælatis Regularibus ſubjectis, ſive etiam Epiſcopis; vid. Caval. *l. cit. num.* 25. & decretum dandum c. 7. num. 19.

De Titulis Cappellarum, quas intra clauſtra habent Regulares, ſi ſint benedictæ, celebrari poſſe cum Officio, & Miſſa, docent Caval. to. 1. c. 2. in d. 3. n. 23. & alii apud ipſum c. 1. in d. 13. n. 12.

14 De Titulo autem Eccleſiæ dirutæ, quæ amplius non exiſtit, celebrari non amplius poſſe: argue ex ſimili, quod de Dedicatione Eccleſiæ dirutæ, ſeu cujus conſecratio amplius non exiſteret; cap. præced. art. 1. n. 5. docuimus cum Caval. qui ſimiliter hic diſcurrendum eſſe vult. in cit. d. 3. num. 15.

15 Feſtum Tituli Eccleſiæ non eſſe per ſe de præcepto in foro colendum, cum non recenſeatur ab Urbano VIII. in ſua Conſtit. *Univerſa*, de obſervatione feſtorum de præcep. docet idem Caval. *tom.* 2. *c.* 13. *in d.* 16. *n.* 17.

## ARTICULUS II.

### *De Horis Canonicis.*

16 FESTUM Tituli Eccleſiæ eſt d. 1. cl. *ex Rubr. gen. Brev. tit.* 1. *nu.* 1. *tit.* 9. *n.* 3. *& ex duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gen.* & plurib. Decr. S.C.R. Infra Octavam. Officium eſt ſemid. in die Octava dup. min. *Rubr. gen. tit.* 7. *n.* 3. *&* 5. Porro feſtum Tituli Eccleſiæ celebrandum eſt cum Octav. *Rubr. gen. tit.* 7. *n.* 1. ex plur. Decr. S. C. R.

*De Patrono, ſeu Titulari Eccleſiæ debet fieri Officium ſub ritu duplici primæ claſſis cum Octava a Clero eidem adſcripto, etiamſi Eccleſia non fuerit conſecrata, ſed tantum benedicta.* S. R. C. 21. Junii 1710. *in una Capuc. Provinciæ Lugdunen.* apud Caval. to. 1. c. 2. d. 3. Et cæteri, quos art. præc. docuimus, debere recitare de Titulo Eccleſiæ propriæ, vel ratione Præfecturæ, vel Beneficii &c. debent recitare ſub ritu dupl. 1. cl. cum Octava. Et quidem Beneficiatus quilibet habens Eccleſiam, quæ eſt Titulus Beneficii, licet apud eam non reſideat, debet tamen feſtum ejuſdem colere uti primæ claſſis, & cum Octava. Gavant. *in Rubr. Brev. ſect.* 3. *c.* 12. *nu.* 18.; vide tamen dicta art. præced. nu. 4. De Titulari Eccleſiæ Cathedralis recitandum eſt ritu dupl. prim. cl. cum Octava per Civitatem, & Diœceſim a Clero Sæculari; ex Decr. S. C. R. 2. Septembr. 1741. *in Aquen.* & 4. Septembr. 1745. *in Pernambucen.* apud Caval. poſt finem *tom.* 4. *in append. ad c.* 2. *de Patron. vel Titul. Eccl. d.* 4. *&* 5. videri etiam poteſt idem *tom* 1. *c.* 3. *in d.* 8. *n.* 11. *&* 12. 17

Etiam Religioſi tenentur celebrare ſub ritu dupl. 1. claſ. & cum Octava feſtum de Titulari Eccleſiæ illius Conventus, in quo morantur; ex Decr. S. C. R. 24. Januar. 1682. apud Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *decr.* 8. 18

Item Regulares tenentur celebrare ſub ritu dupl. 1. cl. feſtum de Titul. Eccl.

Digitized by Google

Eccl. Cathedralis; ex Decr. S. C. R. 24. Januar. 1682. apud Caval. *c.* 3. *d.* 8. item per Diœceſim. Caval. *l. cit. n.* 12.

Etſi vero Regulares teneantur celebrare feſtum Titularis Eccleſiæ Cathedralis, non poſſunt tamen celebrare Octavam ejuſdem; juxta pluries reſoluta à S. C. R. apud Caval. *loc. cit. n.* 14. *& in d.* 9. *n.* 10. *& to.* 2. *c.* 43. *d.* 19. quod inſeruit *d.* 15. *n.* 5.

Prædicta intelligantur procedere quoque de Monialibus, etiam Ordinario ſubjectis; vid. Caval. *in cit. d.* 8. *n.* 25., *& in d.* 10. *n.* 6. & Decretum dandum c. 7. n. 19.

19 Dies Octava propriorum feſtorum annuncianda eſt in lectione Martyrologii, ſaltem ſi de ea fiat Officium, quo caſu annuncietur primo loco; quod ſi ſola commemoratio habenda ſit, annuncietur 2. loco; vid. Caval. *to.* 2. *par.* 2. *c.* 37. *in d.* 2. *n.* 9. *&* 11.

Quid faciendum in occurſu dupl. prim. claſ. & Tituli Eccleſiæ, vel Tituli Eccleſiæ propriæ, & Cathedralis? vid. Merat. *to.* 2. *ſect.* 3. *c.* 9. *n.* 3. *poſt. tabell. de concur.* §. *expoſita tabella*. In occurſu autem Titul. Eccl. & Patroni loci, uter transferendus? dicemus c. 7. n. 42.

20 Qu. hic: Si Titularis habeat in Breviario Officium una cum aliis Sociis, num ſeparandi ſint Socii, & alia die de illis recitandum? & quonam ritu? & quomodo? & quid? ſi Socii non occurrant eadem die in Calend. Rom.

℟. His quæſitis ſatisfaciemus c. 7. ubi de SS. Patronis art. 5. qu. 5. atque ibidem: eadem qu. 1. §. *Unde ſimiliter nota*: dicemus, quid faciendum, ubi Eccleſia plures habeat Titulares?

21 Nota hic primo: quando facienda ſunt ſuffragia communia, præter commemorationem principalis, ſeu principalioris Patroni Loci, faciendam eſſe etiam commemorationem Patroni, ſeu Titularis Eccleſiæ propriæ ante, vel poſt commemorationem Patroni Loci pro dignitate illius; (ſi vero ſint dignitatis æqualis quinam ſit præferendus? vid. Merat. *tom.* 2. *ſect.* 5. *c.* 18. *n.* 9.) & ſi plures ſint Titulares, fiat commemoratio de principaliori, vel de omnibus Titularibus quidem, ſed ad modum unius: (ſi plures ſint Titulares, quorum feſtum celebritate unica ſimul ſoleat celebrari:) erit autem principalior, qui Eccleſiam abſolute, vel prius denominat; vid. Caval. *to.* 1. *c.* 3. *comment. in decr.* 8. *S. R. C.* & videri poſſunt dicta 3. Decembr. art. 1. n. 2. Si quis ultra penſionem, aliquod licet tenue beneficium habeat, Titulus beneficii in ſuffragiis commemorationem aſſequetur, nullam Titulus penſionis, etſi hic illo foret dignior, quia cum unius dumtaxat, & principalioris ſuffragium ſit faciendum, principalior Titularis cenſetur, qui Titulus eſt Beneficii, quam qui penſionis; ita Caval. *tom.* 2. *par.* 2. *c.* 43. *in d.* 4. *n.* 10. Qui autem plura habet beneficia, & Eccleſiarum Titulos, adhuc non debet facere commemorationem, niſi de digniori, vel de eo, apud quem reſidet, vel ſi pares ſint Eccleſiæ, de eo, de quo magis libuerit, ut ſuſtinet Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *comm. in decr.* 8. *n.* 51., ſimiliter ex eodem n. 52.

Etſi quædam ſint Eccleſiæ, quæ nedum ſui Tituli feſtum cum Octava celebrare poſſunt, & debent, ſed etiam feſta Titulorum aliarum Eccleſiarum adnexarum, & dependentium, ut diximus art. præced. adhuc

Digitized by Google

huc tamen non debent de omnibus Titulis ſuffragium facere, ſed ſolum de Titulo, apud quem Clerus reſidet: Clerus Eccleſiæ principalis de Titulo Eccleſiæ principalis; Clerus Eccleſiæ ſubjectæ, & acceſſorie annexæ principali, de Titulo, non Eccleſiæ principalis, ſed ſuæ ipſius Eccleſiæ inferioris: quia reſpectu ſui eſt proprior, & principalior. Qui vero non ſunt de Clero Parochiali, ſicuti non tenentur ad Officium, & Octavam Titularis Parochiæ, ſub qua degunt, quemadmodum dictum eſt art. præced. n. 10. ita nec ad ejuſdem ſuffragium. Caval. to. 2. c. 24. in d. 13. n. 2. & 3. *De Titulari Eccleſiæ Cathedralis in genere commemoratio inter Suffragia, ſolummodo habenda eſt per illos, qui ſunt de gremio Eccleſiæ, ſecus ſi eſſet inſimul Patronus principalis Civitatis*. S. R. C. 4. Septembr. 1745. in *Pernambucen.* apud Caval. poſt finem *to.* 4. *in append. ad c.* 2. *de Patr. vel Titul. Eccl. d.* 5. An autem qui non habent propriam Eccleſiam, teneantur ad Suffragia Titularis Eccleſiæ Cathedralis? ad negandum inclinat Caval. *tom.* 2. *c.* 24. *in d.* 13. *fine*, etſi fateatur, congruum eſſe quod recitent. Regulares faciant ſuffragium Titularis Eccleſiæ Conventus, ſeu domus, quam incolunt. Caval. loc. cit.

22 Nota 2. quod *Commemoratio de Cruce ordinaria ſufficit in Eccleſiis dicatis in honorem S. Crucis pro commemoratione Tituli Eccleſiæ*. S. R. C. 30. Martii 1621. apud Caval. tom. 2. c. 33. d. 1. Itaque in Eccleſiis dicatis in honorem Sanctæ Crucis in Officio feriali fiet aſſignatum ordinarium commune ſuffragium Crucis, & ultra illud non eſt addendum aliud ratione Tituli; Quod ipſum deſignatum ordinarium Crucis commune ſuffragium eſt ibidem etiam adhibendum in Officio ſemiduplici, ex Caval. loc. cit. n. 4. At vero *Commemoratio ordinaria de Cruce non ſufficit in Eccleſiis dicatis in honorem SS. Salvatoris pro commemoratione Tituli Eccleſiæ*. S. R. C. 23. Auguſti 1704. vid. Caval. *tom.* 2. *c.* 33. *in d.* 2. Merat. *to.* 2. *ſect.* 5 *c.* 18. *n.* 5. *Pro Suffragio B. Mariæ in Eccleſiis eidem dicatis ſub quocumque titulo ſive Aſſumptionis, ſive Conceptionis &c. ſufficit conſueta Antiphona*: Sancta Maria ſuccurre miſeris &c. S. R. C. 23. April. 1695. in *Foſſanen.* apud Caval. *to.* 2. *c.* 3. *d.* 6.

Idipſum erit præſtandum ſimiliter in Eccleſiis ſub quocumque titulo dicatis SS. Apoſtolis Petro, & Paulo, aut alterutri, facienda nimirum eſt commemoratio ut in ſuffragiis communibus, & ea ſufficiet pro commemoratione Tituli, ex Gavant. & Guyeti ſententia, quam approbat Caval. *in cit. d.* 6. *n.* 1.

Pro Titularibus autem, & Patronis non habentibus ſimiliter commemorationem inter ſuffragia communia, deſumenda eſt commemoratio ex reſpectivo communi, niſi eam ex feſto deſumere cogat neceſſitas, vel ut colatur particularis ratio Tituli, aut deficiat Commune aliquod, quod apposite valeat deſervire. Hac igitur, præciſa neceſſitate, deſumetur ex communi, quia plerumque propria quæ uſurpantur in feſto, pluribus de cauſis minus apta cenſentur inter ſuffragia recitari. Caval. n. 2. 23

Quoties autem propria deſumantur ex feſto pro hujuſmodi commemoratione, Antiphonæ ad Benedictus, & Magnificat ſecundarum Veſperarum cum ſuis reſpectivis verſibus deſerviant; quia ſuffragium eſt quaſi

repe-

Digitized by Google

repetitio feſti per annum; unde inſtar dierum infra Octavas, quæ itidem ſunt repetitio feſti, Antiphonas, & verſus de Laudibus, & 2. Veſp. debet habere. Caval. n. 2. Secus vero eſt, ſi de communi ſumantur, tunc enim ne ob occurrentiam feſtorum qualitatis ejuſdem, Antiphonarum, & verſuum frequens mutatio ad varietatem inducendam fieri debeat, (vide 14. Januar. art. 1. n. 26.) ſuadet Caval. nu. 2. ut potius adhibeantur Antiphonæ aliquæ, quę magis conveniant ex Nocturnis, aut ex Laudibus, cum verſu ſecundi, & tertii Nocturni; & nihil eſt, inquit, quod vetet eamdem Antiphonam, & verſum ad *Benedictus*, & *Magnificat* adhiberi, cum id ſimiliter præſtet Breviarium Romanum circa ſuffragium Deiparæ, ſimiliter in ſuffragio de Pace, nec non ſimiliter vidi in quibuſdam Eccleſiis uſurpari in ſuffragio de Patrono: & quamvis autem omnino ſit reprobatum ullas Antiphonas ſubſtituere ex proprio arbitrio, aut ſine S. Congregationis conſenſu efformatas, non putat tamen Caval. adeo reprobandum, ſi quis ex alio communi Antiphonas, verſuſque deſumeret, dummodo Sancto apte conveniant, quia ſunt ex approbatis dici in Officio divino.

Cum propria deſumuntur ex feſto, communiter Auctores aſſerunt, vocem *hodie*, aliamvę ſimilem, ſi adſit, eſſe omittendam, uti eſt in Collecta, ſeu Oratione vocem *Natalitia*, vel *Feſtivitatem* eſſe mutandam in *commemorationem*, vel prout magis licuerit accomodandam. Cæterum ſi non varientur, nihilominus cum veritate dicentur, quia referentur ad ipſum diem ſolemnitatis, ſeu ad tempus, pro quo enunciantur, ut pluribus divinorum Officiorum exemplis alibi comprobavimus; videri poſſunt dicta 17. Septembr. art. 1. n. 6.

24 In Eccleſia ſub titulo Omnium Sanctorum, quando facienda ſunt ſuffragia, illorum ſuffragium generale non excludit alia particularia de S. Maria, & de Sanctis, quæ habentur in ſuffragiis communibus; vid. Caval. *to.* 2. *c.* 33. *in d.* 7. *n.* 2. & dicta 31. Octobris art. 1. n. 4.

Etſi commemoratio S. Mariæ ſilenda ſit inter Sanctorum ſuffragia, quando in Choro dicitur Officium Parvum ejuſdem, ex Rub. gen. Brev. tit. 35. n. 4. at vero in Eccleſiis B. M. V. ſub quocumque Titulo dicatis debet inter Sanctorum Suffragia fieri commemoratio de eadem Sancta Maria tamquam de Titulari, etiamſi ejuſdem Officium Parvum in Choro fuerit recitatum; ex Decr. S. C. R. 10. Januarii 1604., & 13. Junii 1682., & 17. Junii 1684., & 10. Junii 1690., & 14. Aug. 1691. & 23. Aprilis 1695., apud Caval. *tom.* 2. *c.* 33. *dd.* 3. 4. *&* 5. Recitandam vero eſſe conſuetam Antiphonam *Sancta Maria*; notavimus num. 22.

## ARTICULUS III.

### *De Miſſa*.

25 Dicitur *Credo* in feſto Titularis Eccleſiæ, & per Octavam. Rub. gen. Miſſ. tit. 11. Intellige, ſi celebretur Miſſa in Eccleſia propria; quemadmodum pro S. Laurentio M. declaravit S. R. C. uti notavimus 10. Auguſti art. 1. ſect. 3. ſecus vero, ſi Miſſa fiat in aliis Eccleſiis, & quidem quantumvis ageretur de Titulari Eccleſiæ Cathedralis, vel Matricis

cis Diœceſis, cujus Officium ſub ritu duplici primæ claſſis cum Octava protenditur ad totum juriſdictionis diſtrictum, ut ſupra dictum eſt art. 2. Porro in feſto Tituli Eccleſiæ dicitur *Credo* ratione ſolemnitatis, cum qua in Eccleſia ſolet propria celebrari, & qua tamen caret extra propriam Eccleſiam, ut obſervat Caval. *tom.* 5. *c.* 12. *n.* 28. ( alias per errorem 29. ), conſonat Merat. *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 11. *n.* 8. niſi ſit, ut idem Caval. animadvertit, ex his Sanctis, quibus aliunde, hoc eſt, per ſe competat Symbolum: quo in caſu illud quidem dicitur, non quia ſit feſtum Titularis, ſed Sancti talis claſſis, hoc eſt, cui per ſe convenit Symbolum: ſicut hac de cauſa ſemper dicitur in Miſſa Dedicationis Eccleſiæ, licet extra eamdem Eccleſiam Miſſa Dedicationis celebretur, ut cap. præced. docuimus. Docet autem Caval. l. cit. n. 29. ( alias per errorem 30. ) debere dici *Credo* in feſto Tituli Eccleſiæ principalis in Eccleſiis illi acceſſorie ſubjectis, & viceverſa: quemadmodum ab hujuſmodi Eccleſiis de eodem Titulo recitandum eſſe, ex eodem Caval. diximus art. 1. n. 5.

Ubi ex ſpeciali Indulto Titulus Eccleſiæ eſt Beatus nondum Canonizatus, dicendum eſt nihilominus *Credo* in Miſſa: ut cum aliis docet Caval. loc. cit n. 62. quemadmodum dicendum eſſe Symbolum in Miſſa Beati, ubi eſt Patronus principalis, declaratum fuiſſe a S. R. C. videbimus c. 7.

26 In Eccleſiis, ubi Titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus Populi ad celebrandum feſtum, quod transferri debet, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die, alia de feſto: excepta Dominica prima Adventus, Fer. IV. Cinerum, Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Palmarum cum tota hebdomada majori, Dominica Reſurrectionis, & Dominica Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus, die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & feſto Corporis Chriſti. Rubr. gen. Miſſ. tit. 6. de Translat. *In Eccleſiis, ubi quotidie non cantatur Miſſa, ſi occurrat feſtum Patroni, ſeu Titularis, diebus, quibus non poteſt de eo fieri Officium, poteſt nihilominus diebus non exceptis a Rubrica Miſſalis, tit. 6. de Translatione, cantari Miſſa de Patrono, ſeu Titulari, licet non cantetur altera Miſſa concordans cum Officio*. S. R. C. 23. Auguſti 1704. *in una Ordinis Eremitarum S. Auguſtini*. apud Merat. ind. decr. Miſſ. nu. 586. Simile eſt ſequens Decretum: *In Eccleſiis, ubi Titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus Populi ad celebrandum Feſtum, quod transferri debet, diebus, in quibus juxta Rubricas Miſſalis de Translatione feſtorum, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die, alia de feſto: in illis Eccleſiis, in quibus non eſt obligatio cantandi Miſſam quotidie, cantari poteſt Miſſa ſolemnis votiva de feſto occurrente tantum*. S. R. C. 17. Auguſti 1709. in *Bergomen.* apud Merat. *ind. decr. Miſſ. num.* 745.

Si Titularis habeat Socios, a quibus ſeparetur: quomodo de eo, & Sociis ordinandum ſit Officium Miſſæ? Collige ex dicendis c. 7. de SS. Patronis art. 5. qu. 5. a n. 31. & vide etiam dicta 1. Maji art. 3. qu. 2. & 3., item 28. Julii art. 1. n. 2.

In Feſto Tituli Eccleſiæ non eſſe per ſe obligationem audiendi Miſſam, notavimus ſupra n. 15.

A R-

Digitized by Google

## ARTICULUS IV.

*De Functionibus Pontificalibus.*

27 IN Feſto Tituli Eccleſiæ Cathedralis functiones Pontificales abſente, vel impedito Epiſcopo ſpectant ad primam Dignitatem. Vide dicta 6. Januar. art. 1. ſect. 4.

## ARTICULUS V.

*De Translatione Feſti Tituli Eccleſiæ.*

FESTUM Tituli Eccleſiæ transfertur, 28
ſi occurrat iiſdem diebus, qui excludunt feſtum Dedicationis Eccleſiæ, quos indicavimus c. 4. de Dedicatione Eccleſiæ art. 2. qu. 1. Quibus autem diebus poſſit cantari ſaltem Miſſa votiva de feſto, quod transferri debet? notavimus ſupra art. 3. num. 26.

# CAPUT VI.

## DE FESTO TITULI ALTARIS.

1 Quæritur de Titulo Altaris, vel Cappellæ intra Eccleſiam, quæ ſit pars ejuſdem Eccleſiæ, an poſſit celebrari cum Officio, & Miſſa, etiamſi non habeat in Calendario, & Miſſali; aut ſi habeat quidem, ſub ritu tamen duplici minori, vel inferiori; an poſſit ſub altiori, ſaltem duplici majori, tamquam Patroni, ſeu Tituli minus principalis? Porro Titulus Altaris eſt Sanctus, vel Sancta, in cujus honorem Altare Deo eſt dedicatum, & a quo Sancto, vel Sancta denominatur Altare, ſeu Capella prædicta.

℟. De hujuſmodi Titulo ſub altiori ritu, quàm habeat in Breviario; vel ſi in eodem non habeat Officium, hoc (niſi aliunde ſit conceſſum, aut poſſit, vel debeat recitari, puta, quod habeatur Reliquia inſignis de eodem deſcripto in Martyrologio Romano:) recitari poſſe negant Gavantus *in Rubr. Brev. ſect.* 3. *c.* 12. *n.* 15. Merat. ibi n. 5. & alii plures apud Caval. *Comment. in decr. S. C. R. to.* 1. *c.* 2. *in decr.* 3. *n.* 26. contra nonnullos apud eumdem nu. 27. qui utriuſque ſententiæ argumenta perpendit, & n. 28. adhæret & ipſe ſententiæ negativæ: teſtaturque n. 35 de conſuetudine communi ferente, quod Sancti Titulares Cappellarum, & Altarium non colantur Officio, niſi prout habent in Breviario; hoc eſt, ſub eo plane ritu, quem habent in Breviario; quod ſi ſimpliciter non recenſeantur in eo, nec de iiſdem Officium recitetur ratione præfati Tituli. Apud Lucium Ferrar. V. Reſolut. SS. CC. in priori indice decretorum n. 192. edit. 3. Bonon. recenſetur hoc Decretum: *De Titulis Altarium niſi ſint in Calendario Romano nullum recitatur Officium. S. R. C.* 28 *Auguſti* 1628. Verum Decretum hoc apud alios diligentiores Decretorum hujuſmodi Collectores non inveni: prætermiſſum fortaſſe, quod non foret authenticum.

Nihilominus de prædicto Titulo dici poſſe in ejuſdem feſto Miſſam, concedit idem Gavant. *loc. cit. & in Rubr. Miſſ. par.* 1. *tit.* 9. *n.* 16. *fine*, ſi Sanctus ſit Canonizatus, vel in Martyrologio Romano deſcriptus, ſitque dies, in qua liceant Miſſæ votivæ, (ſeu non conformes Officio ex pia ſimpliciter voluntate Celebrantis, vel petentis Miſſam:) conſentit cum aliis Merat. *par.* 1. *tit.* 1. *n.* 2. *& tit.* 4. *n.* 41. traditque, ſententiam eſſe communem inter Doctores; quo etiam caſu docent, Miſſam celebrandam eſſe ritu non plane votivo, ſed ex parte feſtivo, nimirum cum *Gloria in excelſis*: ſecunda oratione de Sancto illo, ſeu feſto, de quo recitatur Officium, & tertia Oratione, quæ cæteroqui ſecunda foret. Verum hæc ſufficienti auctoritati, ſeu rationi non videntur innixa; ſed ubi caſus occurrat, expetendum eſſe, putamus, judicium Sacrorum Rituum Congr., & videantur dicta tr. 1. lib. 1. c. 2. qu. 16. n. 53. 2

Etiamſi de Titulo Altaris prędicti ſit aliunde Miſſa conceſſa, nihilominus in feſto Tituli Cappellę, vel Altaris prædicti, nequaquam eſt *Credo* dicendum. Rubr. gen. Miſſ. tit. 11. 3

In-

Digitized by Google

Intellige, ſola ratione Tituli prædicti, non vero ſi aliunde habeat, aut dicendum ſit *Credo*. Attamen hujuſmodi ſymbolum in Miſſa ſolemni poteſt decantari in illa Eccleſia, ubi eſt Altare erectum ſub invocatione alicujus Sancti, ratione concurſus, ad præſcriptum Rubricarum, licet de eo fiat Officium ſub ritu ſemiduplici, ut pro feſto S. Antonii de Padua declaravit S.R.C. 1. April. 1661. *in una Burgi Sancti Donini*; apud Caval. *to.* 5. *c.* 12. *n.* 30. (alias per errorem 31.) & apud Merat. *ind. decr. Miſſ. n.* 354., confer eumdem *to.* 1. *par.* 1. *tit.* 11. *n.* 12.

4 De Titulis tamen Cappellarum, quæ ſunt intra clauſtra Regularium, ſi ſint benedictæ, celebrari poſſe Officium, & Miſſam: docere cum aliis Cavalerium, diximus cap. præc. art. 2. n. 13. fine: eo quod in favorabilibus venire queant nomine Eccleſiæ; atque adeo celebretur de iis, tamquam de Titulis Eccleſiæ, non autem ſimpliciter Altaris, ſeu Cappellæ, quæ ſit pars alicujus Eccleſiæ.

5 Si vero Titulus Altaris ſit Titulus Eccleſiæ dirutæ ad illud Altare tranſlatæ: ille, qui emolumenta Eccleſiæ hujuſmodi percipit, æquum eſſe, putat Gavant. *cit. c.* 12. *n.* 17. ut recitet Officium de eo in feſto ejuſdem, ne depereat cultus illius Titularis Eccleſiæ; & ritum aſſignat ſemiduplicem: niſi dignitas ejuſdem aliud expoſcat; exemplo ſumpto a Vaticana Collegiata S. Petri, quæ, ut ipſe refert, celebrat feſtum S. Blaſii ſemid. ob Eccleſiam ejuſdem Sancti cum emolumentis unitam Collegio Canonicorum S. Petri. At vero tandem concludit, in caſibus his conſulendam eſſe Sacrorum Rituum Congregationem.

Sed interim opinionem Gavanti reijcit Caval. in cit. dec. 3. a n. 39. ſtatuitque, quid in dicto caſu ſit faciendum n. 43. ubi docet: quod facta tranſlatione Beneficii de Eccleſia ad Altare, tunc nihil fiat de Titulo Altaris; vel de eo, ſub ritu dupl. maj., juxta aliorum ſententiam, qui id concedunt (ut ſupra vidimus, ſed ſunt reijciendi juxta veriorem ſententiam, cui etiam, ut diximus, adhæret ipſemet Caval.:) quia in eo caſu loco Titularis Eccleſiæ ſubrogatur Titularis Altaris, qui ſibi vel minime vindicat Officium, vel, (ut ipſe iterum ait:) ſolum ſub ritu dupl. maj.; & quidem tum ſtante, tum demolita Eccleſia priori. Uſus enim ille Baſilicæ Vaticanæ, quem allegat Gavant. recitandi de priori Titulo ſub ritu ſemiduplici, haudquaquam probatur, inquit Caval. cum nec in Rubricis, nec in Decretis habeat fundamentum, ſed magis iiſdem penitus adverſetur.

6 Denique animadvertendum eſt: quod hic ſtatuimus de Titulo Altaris, non eſſe videlicet recitandum Officium, niſi aliunde habeat in Calendario, ſeu Breviario: non procedere, quando Feſtum Tituli Altaris ex conſuetudine legitima in Eccleſia aliqua celebretur, ubi eſt Altare: uti cum Biſſo concedit Merat. *to.* 2. *ſect.* 3. *c.* 12. *n.* 5. *fine*, & cum his atque Guyeto, aliiſque tacito nomine notat Caval. l. cit. n. 37. Verum, ut idem obſervat, id etiam evenit aliunde, nimirum, vi, & privilegio conſuetudinis, quæ tamen ut ad rem legitima ſit, eſſe debet annoſa, & introducta ante Bullam Pii V. inhibentem Officia ab Apoſtolica Sede non approbata, neque conceſſa. Ratione item inſignis Reliquiæ Sancti in Martyrologio Romano deſcripti poſſe, & debere Miſſam cum Officio recitari, innuimus ſupra; qua de re videnda ſunt ea, quæ docuimus 21. Oct. art. 1. a n. 5.

C A-

Digitized by Google

# CAPUT VII.

## DE SANCTIS PATRONIS.

### Agitur Articulis IX.

Art. I. *De Electione Sanctorum in Patronos?*
Art. II. *De obſervantia in Foro Feſti Patroni principalis?*
Art. III. *De Translatione Jejunii in feſto Sancti Patroni principalis?*
Art. IV. *Quinam teneantur recitare Officium Patroni?*
Art. V. *De Horis Canonicis.*
Art. VI. *De Miſſa.*
Art. VII. *De Functionibus Pontificalibus.*
Art. VIII. *De Translatione Feſti S. Patroni.*
Art. IX. *De Indulgentiis.*

### ARTICULUS I.

*De Electione Sanctorum in Patronos.*

1 DECRETUM *ſuper electione Sanctorum in Patronos, a Sacra Rituum Congregatione de ordine SS. D. N. Urbani Papæ VIII. emanatum die 23. Martii 1630.*

*Sacra Rituum Congregatio, annuente SS. D. Noſtro, in electione Patronorum mandavit, infraſcripta impoſterum ſervari debere, declarans, quod aliter facta electio, nulla ſit ipſo jure.*

*Primo, quod eligi poſſint in Patronos ii ſolum, qui ab Eccleſia univerſali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat.*

*Secundo, quod de Patrono Civitatis electio fieri debeat per ſecreta ſuffragia a Populo, mediante Conſilio generali illius Civitatis, vel loci, non autem ab Officialibus ſolum; & quod accedere debeat conſenſus Epiſcopi, & Cleri illius loci.*

*Idemque ſervari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffragia a Populo ſingularum Civitatum Provinciæ.*

*Et quod Repræſentantibus Regnum, Civitatem, Provinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi ad hoc habeant ſpeciale mandatum, & ulterius interveniat conſenſus Epiſcopi, & Cleri dictarum Civitatum.*

*Et tertio, quod cauſæ electionis novorum Patronorum in Sacra Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum cauſa cognita, ab eadem Congregatione approbari, & confirmari debeant.*

*Et ne præmiſſorum ignorantia ullo umquam tempore poſſit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio ſupradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.* Apud Caval. *Commem. in Decr. S. R. C. tom.* 1. c. 3. *decr.* 1. qui fuſe illud explicat per omnes, & ſingulas ſui partes; quique videndus omnino in caſu electionis Patroni nedum principalis, verum etiam minus principalis; utroſque enim comprehendit Decretum, ut ex Gavanto, & Benedicto XIV. ratione, & praxi probat Caval. l. cit. num. 2. & quoad hujuſmodi Patronos locorum legi etiam

etiam poteſt idem *c.* 2. *in præliminar. a n.* 7. & *eodem c.* 2. *in d.* 7. *n.* 27. & *dubb. ſequ.* Decretum de non eligendis in Patronos Beatificatis dumtaxat, renovavit eadem S. C. coram Alexandro VII. 27. Septembr. 1659. vide laudatum Cavalerium in ſupra deſcriptum decretum n. 3. & *tom.* 2. *c.* 45. *d.* 8. His autem addenda ſunt ſequentia.

2 *In Sanctorum Patronorum electione fieri non debent promiſſiones ſervandi diem feſtum Patroni electi tamquam de pracepto, etiamſi ab Eccleſia univerſali ſub tali ritu non colantur; nam has promiſſiones, & vota non admittit, nec approbat, ſed rejicit, & tantum ex devotione ſervari poſſe concedit S. R. C.* 15. *Martii* 1608. *in Theatina, & Pennen. pro Clero, & populo nonnullorum Oppidorum.* apud Caval. *tom.* 2. *c.* 13. *d.* 1. Exempla videri poſſunt apud Lucium Ferrari in ſua Bibliot. c. 3. edit. 3. Bonon. V. *Feſta*, n. 3. & 7. eaque indicat Caval. loc. cit. n. 8., videantur dicenda art. ſeq. ubi de hujuſmodi Decreto redibit ſermo, & quædam circa illud notanda dicemus.

Deinde animadvertendum eſt, quod unus tantum Patronus principalis eligi poſſit, vel plures ad modum unius ſub unico feſto celebrandi, & evincitur ex Bullis Pontificiis; niſi Apoſtolicum ſpeciale habeatur Indultum. Vid. Caval. *to.* 1. *c.* 3. *in d.* 7. *n.* 6. & 7. Et quamvis Patronos minus principales liceat quidem plures eligere, adhuc tamen in eorum multitudine moderationem expoſcere S. R. C. colligi poſſe, videtur, ex his, quæ habet Caval. *to.* 1. *c.* 3. *in d.* 1. *n.* 2.

3 Præfata in electione Patronorum ſervanda Locorum, etiam a Regularibus eſſe ſervanda, exiſtimat Caval. in electione Patronorum totius Ordinis, vel Provinciæ Regularis; ita tamen ut in hujuſmodi electionibus ſufficiens ſit, quod Patroni eligantur a Definitorio, vel ab his ſimul congregatis, qui totum commune repræſentant, atque obligare queunt; nec ſit neceſſe, quod cæteri, qui vigore voti obedientiæ ſuam voluntatem in Superioribus integre repoſuerunt, per ſua vota, aut conſenſum concurrant. Loco autem Epiſcopi Prior Generalis Ordinis conſenſum præſtabit; Ita Caval. in cit. decr. 1. num. 84.

## ARTICULUS II.

*De obſervantia in Foro Feſti Patroni Principalis.*

FESTUM *principalioris Patroni in quocumque Regno, ſive Provincia, & alterius pariter principalioris Patroni in quacumque Civitate, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit, eſt præceptivum, cum obligatione audiendi Sacrum, & vacandi ab operibus ſervilibus.* S. R. C. 13. Septembr. 1642. apud Caval. *to.* 2. *c.* 13. *d.* 3.; Videri item poſſunt dicta 1. Januar. art. 1. n. 2. Porro Patronus loci dicitur hic ille Sanctus, qui uti peculiaris apud Deum Interceſſor ab univerſo loci illius Clero, ac Populo colitur, & obſervatur, vel perpetuo uſu, ac traditione a Majoribus accepta ante diem 23. Martii anni 1630.; hoc eſt, antequam emanaret Decretum S. C. R. ſuper electione Sanctorum in Patronos, quod dedimus art. præcedenti: ſive legitima facta electione poſt Decretum ſignificatum; vid. Caval. *loc. cit. n.* 7. *fine*, & *tom.* 1. *c.* 3. *in d.* 2. *n.* 1. & 2. Quod in 4

in allegato Decreto dicitur a S. C. R. declaratum; ſtatuit Urbanus VIII. Conſtit. pro obſervat. feſtor., incip. *Univerſa per Orbem*. Dat. idib. Septembr. ann. Incarnat. Domini 1642. ac promulgat. 22. Decembr. ejuſdem anni; ubi quidem §. 2. fine in præcepto conſtituit feſtum *Unius ex principalioribus Patronis in quocumque Regno, ſive Provincia; & alterius pariter Principalioris in quacumque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contingerit.*

5 A quorumcumque autem dierum obſervantia ſub præcepto præter eos, quos *vel ab initio veneranda ſacravit antiquitas, vel univerſalis Eccleſiæ probavit conſuetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneratur*: qui dies quinam ſint, dicto §. ſignantur expreſſe: a reliquorum, inquam, dierum obſervantia Pontifex Fideles exſolvit, decernens, atque declarans: eos *dumtaxat dies pro feſtis ex præcepto colendos eſſe*: ſubditque expreſſius §. 3. *Ad reliquorum vero dierum obſervantiam, quos hactenus ſive in univerſa Eccleſia, ſive in quavis Natione, aut Regno, Provincia, Diœceſi, aut loco, quomodocumque ſive ex præcepto, ſive ex conſuetudine, ſive devotione, Chriſtifideles tamquam feſtivos celebrarunt, nequaquam ex præcepto ipſo teneri, dicta auctoritate, tenore præſentium, perpetuo etiam decernimus, & declaramus.*

Hinc animadvertendum eſt: quod etſi ex Indulto Apoſtolico, vel uſu antiquiſſimo, & inveterato, antequam emanatum fuiſſet Decretum ſuper electione Sanctorum in Patronos, artic. præc. allegatum, dentur in aliquo Regno, Civitate, vel alio loco plures Patroni principales, nihilo tamen minus, dumtaxat unius eorum dies feſtiva erit ex præcepto: illius ſcilicet, qui inter eoſdem quodammodo principalior reputatur. Conſtitutio enim Urbana diem feſtivum agi vult unius dumtaxat Principalioris Patroni in quolibet Regno, & alterius ſimiliter principalioris in qualibet Civitate, vel loco, non obſtante quacumque conſuetudine, præcepto, vel devotione. Niſi in Indulto Apoſtolico feſtum etiam conceſſi alterius principalis Patroni de præcepto ſervari mandetur; aut poſt laudatam Conſtitutionem Urbani Indultum aliquod ſpeciale faveat Pontificium, quo feſta Patronorum principalium vi prædicti uſus retentorum, poſtea veniant in præcepto. Caval. *tom. 1. c. 3. in d. 7. n. 11. & to. 2. c. 13. in d. 3. nu. 4.* Huc faciunt ſequentia Decreta: *Communitates, vel Univerſitates Civitatum, ſeu locorum non tenentur ex præcepto ſervare feſta ex voto eorumdem indicta, cum ſub præcepto teneantur tantum Perſonæ voventes.* S. R. C. 18. April. 1643. *In Decreto de feſtorum obſervatione.* apud Caval. *tom. 2. c. 13 d. 2.* Perſona tamen voventes tenentur ex præcepto, hoc eſt ex obligatione gravi, *ratione perſonalis contractus ex vi voti provenientis ipſiſmet perſonis tantum, quæ voverunt*: ut eadem S. Congregatio loquitur in ſua Reſolutione, ex qua compactum fuit allegatum modo decretum, quam reſolutionem etiam dat ad verbum, ac deſcribit Caval. *loc. cit.* Videri poſſunt dicta tr. 1. l. 3. 31. Auguſti art. 4. & die 7. Decembr. art. 4. qu. 3. n. 8. Perſonæ vero, quæ non emiſerunt votum, ſeu in illud minime conſeſerunt, poſſunt idem feſtum obſervare ex devotione, ut in ſequenti Decreto: *In Sanctorum Patronorum electione fieri non debent promiſſiones ſervandi diem*

*feſtum*

Digitized by Google

*feſtum Patroni electi tamquam de præcepto, etiamſi ab Eccleſia univerſali ſub tali ritu non colantur; nam has promiſſiones, & vota non admittit, nec approbat, ſed rejicit, & tantum ex devotione ſervari poſſe concedit S.R.C. 15. Martii 1698. In Theatina, & Pennen. pro Clero, & Populo nonnullorum Oppidorum*: apud Caval. *tom.* 2. *c.* 13. *d.* 1. Merat. *ind. decret. Brev. n.* 197. Decretum hoc minime declarat, a voto ſolutas eſſe perſonas, quæ illud emiſerint; Has quidem teneri voto ſuo, declaravit in Decreto præcedenti. Succeſſores vero eorum, qui talia Vota emiſerint: vel etiam illi de populo, qui eadem vota tunc temporis non ediderint; vel eis conſenſum non præſtiterint, minime tenentur illa ex præcepto, ſeu ex obligatione ſervare, ſed ſolum poſſunt ex devotione, ſi quidem voluerint. Quod ſi populus ſucceſſor, vel ii, qui tunc temporis vota non emiſerunt, dicta vota libere, & voluntarie acceptarent, vel in eadem poſtmodum conſentirent, tunc ad ea utique tenerentur; Populus tamen ille, qui ea ſic acceptaret, vel conſentirent in illa, non item ſucceſſores ejus, niſi & hi talia vota acceptaret; & tunc non obligantur ex vi voti aliena voluntate concepti, ſed propria; quia libere, & voluntarie talia vota acceptando, perinde eſt, ac ſi ipſimet talia vota emitterent. Dictum eſt *libere*, & *voluntarie*; quia ſi talia vota acceptarent, putantes adſtringi ad ea acceptanda, & ſervanda: tunc ad ea minime tenerentur, nam acceptatio facta ex ignorantia nullam obligationem inducere valet. Caval. l. cit. n. 16. & 17. Vid. dicta 7. Decembr. art. 4. qu. 4. n. 10. In eodem allegato decreto prohibente fieri promiſſionem ſervandi tamquam de præcepto diem feſtum Patroni: ſermo eſt de Patrono, ſeu Patronis minus principalibus, non item de uno principali, ſeu principaliori Patrono univerſali totius Regni, vel Provinciæ, & alterius principalis, ſeu principalioris Patroni particularis totius Civitatis, Oppidi, vel Pagi; horum enim feſtum poſſe ex præcepto ſervari, conſtat ex ſupra laudata Urbana Conſtitutione, & initio allegato Decreto S. C.

Sed circa illud Decretum, & præfatam Conſtitutionem Urbani animadvertendum præterea eſt, quod non mandet, ut eligatur Patronus univerſalis, & alter particularis, & celebretur eorum feſtum in foro: ſed, *ubi hos Patronos haberi contigerit*, concedit, atque declarat, eorum feſtum eſſe ex præcepto cum obligatione gravi &c. ut obſervat Caval. l. cit. n. 6. Qui etiam nu. 7. & 10. contendit, nec quidem ſanctionem hanc obligare ad celebrandum feſtum ex præcepto, ſeu in foro de prædictis Patronis, ſi prius hujuſmodi feſtum non celebrabatur; ſed ſolum concedere, ut retineatur conſuetudo celebrandi modo prædicto, ubi ea introducta erat ante laudatam ſanctionem: eo quod non dicat ſimpliciter feſtum prædictorum Patronorum eſſe præceptivum, *ubi hos haberi contigerit*: ſed addat: & venerari: *ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit*. Atque adeo ubi ante prædictam ſanctionem feſtum laudatorum Patronorum non erat feſtivum ex præcepto, nec tale reputandum fore, vult Caval. poſt prædictam Conſtitutionem Urbani, per quam Pontifex non intendit feſta inducere nova; immo vero antiqua tollere, & reformare. 6

Verum S. C. R. anno 1742. declaravit, quod *Si Feſtum ſit Sancti, tamquam Patroni loci, electi a Clero, Populo &c. illius loci cum approbatione Epiſcopi vigore Conſtitutionis Urbani VIII. juxta Decreta S.R.C.* ( quæ Decreta, & quam Conſtitutionem Urbanam ſuper electione Sanctorum in Patronos deſcripſimus art. præced. initio : ) *tunc feſtum prædicti Sancti erit de præcepto obſervandum, & celebrandum ab Incolis totius loci, Suburbanis, alias negative* . S. R. C. 16. Septemb. 1742. *in Tridentina* . Hoc Decretum affert ipſemet Caval. eod. ſupra cit. c. 13. & deſcribit primo loco in append. poſt Decretum 7. prædicti c. 13., & quidem in Comment. recitati Decreti fatetur, eorum ſupradictorum Patronorum feſta, qui rite electi ſint, nunc abſolute declarari de præcepto ; ſed id intelligi poſſe, adhuc exiſtimat, juxta limitationem, quam tradiderat decret. 3., & 7. ejuſdem Cap. 13. Limitatio autem, quam ibi tradiderat, ſeu quam addiderat Urbanæ Conſtitutioni, eſt ea, quam ſupra expoſuimus. Sed ego obſervo, in allegato Decreto declarari: ſervandum eſſe de præcepto feſtum Patroni electi *vigore Conſtitutionis Urbani* : atque adeo poſt Conſtitutionem hujuſmodi. Ergo *poſt* Conſtitutionem Urbani ſervandum eſt de præcepto feſtum Patroni, etiamſi *antea* non fuerit illo modo ſervatum; videri etiam poſſunt dicta 1. Januar. art. 1. n. 2. Licet autem ſit declaratum, quod *Dies feſti in Beatorum memoriam non celebrantur, niſi ſpeciali Indulto Apoſtolico proviſum fuerit* . S. R. C. coram Alexandro VII. 27. Septemb. 1659. apud Caval. to. 2. par. 2. c. 45. d. 11., nihilominus ſi Beatus foret Patronus principalis loci, ejus dies eſſet feſtivus ; quod concedit ipſe Caval. cit. n. 2. de Beato, qui feſto colebatur jam ante Conſtit. Urbani ; Urbana enim, inquit, Conſtitutio, Patroni principalis feſtum non abrogat, ſed magis in præcepto conſtituit.

In ſupra allegato Decreto anni 1742., dicitur feſtum Patroni loci &c. eſſe de præcepto obſervandum, & celebrandum ab Incolis totius loci, etiam a Suburbanis, ſeu ab iis, qui habitant in Suburbio loci, vulgo *Borgo*. Suburbia vero dicuntur Vici, qui Urbi, ſeu Civitati ſunt contigui, atque adnexi, ac ſimul cum Urbe unum, eumdemque cenſentur conficere locum, & quidem tametſi dicta Suburbia reperiantur alicubi cincta mœnibus, & admodum protenſa exiſtant, atque ſpatioſa; Ita Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *in d.* 6. *n.* 9. Suburbani igitur hujuſmodi, quemadmodum non poſſunt habere principalem Patronum diſtinctum a Patrono principali Urbis, cui ſunt adnexi, ut animadvertit Caval. loc. cit. Ita etiam in allegato Decreto declarantur adſtricti, ad celebrandum ex præcepto principalem Patronum ſuæ Urbis. Idem dicendum de vicis illis, qui Caſtellis, aut Terris muratis, aut aliis contigui ſint, & etiam *Borghi* vulgo: aut alio quocumque nomine nuncupentur; etenim neque his colere licet Patronum principalem alterum ab eo, qui obſervatur, & colitur in Caſtellis &c. quibus contigui ſunt; ut idem Caval. docet loc. cit. Secus vero Oppida, & Pagi ſive habeant, ſive non habeant Patronum peculiarem, non tenentur ſervare Feſtum Patroni principalis alterius loci, cui ſubſunt; ut declaravit S. R. C. 26. Martii 1757. in *Calaguritana* ad 2., & 3. dub. apud

apud Caval. in Collect. recent. decret. videri etiam poſſunt dicta 1. Januar. art. 1. n. 2. prope finem.

8 Feſtum Patroni principalis loci tenentur omnes etiam Regulares celebrare, ex decr. S. C. R. 27. Martii 1628. in *Piſtorien.* apud Caval. *to.* 1. *c.* 3. *d.* 4. ubi docet; nomine Feſti hic venire ſolemnitatem, ſeu feſtivitatem, ſenſumque Decreti eſſe: degentes intra limites loci, cujus Sanctus aliquis principale habet patrocinium, omnes, etiam Regulares quantumvis ab Ordinariis locorum exemptos, teneri celebrare ex præcepto in foro feſtum prædicti Patroni. Porro dies feſtos, quos Epiſcopi in ſua Diœceſi ſervandos præceperint, deberi quoque ab exemptis omnibus etiam Regularibus obſervari; ſtatuit Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 12. de Regular. Multo magis Regulares, quorum nomine veniunt etiam Moniales, ſervare tenentur feſta locorum auctoritate Summi Pontificis celebranda, cujuſmodi eſt feſtum Patroni univerſalis, & particularis locorum: quemadmodum eſt explicatum; vid. Caval. *tom.* 2. *c.* 13. *in d.* 4. *n.* 15. *& ſeq.*

9 Cum autem principalis Patronus Ordinis Regularis dicatur, & ſit ille Sanctus, a quo primo Ordo fuit inſtitutus, ut obſervat Meratus *tom.* 2. *ſect.* 3. *c.* 12. *n.* 7. Quæritur: an Regulares teneantur obſervare ex præcepto, modo prædicto, feſtum Sancti proprii Fundatoris; tamquam proprii Patroni principalis? Meratus cit. ſect. 3. *c.* 10. *n.* 10. teſtatur abſolute, a Regularibus feſtum proprii Fundatoris, ſeu principalis Patroni Ordinis tamquam de præcepto celebrari; & loquitur de præcepto in foro, ſeu quoad obligationem audiendi Miſſam, & abſtinendi a ſervilibus; & in ſpecie ita ſervari ſupponit feſtum S. Benedicti a Benedictinis, *in indic. decr. Brev. n.* 345. Ad affirmandum eſſe de præcepto celebrandum, inclinat item Guyetus relatus a Caval. *to.* 2. *c.* 13. *in d.* 16. *n.* 2. Qui tamen contradicit, atque: cum Inſtitutores Ordinum, etſi Patroni principales cenſeantur, reipſa vero non ſint; quoniam in eorum electione regulariter non ſervatur forma præſcripta per Decretum 23. Martii 1630. (articuli præcedentis initio deſcriptum:) haud ſe credere, Urbanam Conſtitutionem iiſdem ſuffragari; imo refragari magis, utpote quæ unius dumtaxat ex principalioribus Patronis feſtum, vult, eſſe feſtivum. Regulares autem ad feſtivationem Patroni principalis loci cenſentur adſtricti; ita ille. Licet *tom.* 1. *c.* 3. *in d.* 14. ubi de commemoratione unius principalioris Patroni in communibus ſuffragiis facienda, doceat n. 42. Regularibus reſpective ſanctum Fundatorem eſſe Patronum principaliorem præ loci Patrono: atque adeo ſuſtineat, a Regularibus in prædictis ſuffragiis faciendam eſſe commemorationem Sancti proprii Fundatoris; non item Patroni loci: ut videbimus art. 5. n. 37.

Nos in hac quæſtione putamus: Regulares non teneri quidem ad ſervandum ex præcepto feſtum Sancti proprii Fundatoris ex vi Conſtitutionis Urbanæ, quæ ſimpliciter loquitur de Patronis principalioribus reſpectu Sæcularium; ſolum etenim ut ſupra notavimus, conſtituit in præcepto feſtum unius ex principalioribus Patronis *in quocumque Regno, ſive Provincia*, & alterius pariter principalioris in *quacumque Civitate, Oppido, vel Pago*. Manifeſte igitur conſtat, ibi ſermonem ſimpliciter eſſe



Digitized by Google

de principaliori Patrono univerſali *Regni*, ſive *Provinciæ;* & particulari *Civitatis*, *Oppidi*, *Pagi*. Non ergo Regulares tenentur ex vi præfatæ Conſtitutionis ad obſervandum ex præcepto feſtum Sancti proprii Fundatoris, quantumvis hic eſſe dicatur reſpectu eorum Patronus ſpecialior; ſed ſolum tenentur ad ita colendum feſtum principalioris Patroni Regni, Civitatis &c., ut conſtat ex ſupradictis. Nihilominus feſtum Sancti proprii Fundatoris a Regularibus ſervandum eſſet, tamquam ex præcepto cum obligatione abſtinendi a ſervilibus, & audiendi Miſſam, ubi hujuſmodi conſuetudo fuerit introducta, vel haberetur expreſſum Superiorum majorum præceptum. Porro ipſe Cavalerius Guyeto concedit: Prælatos Regulares feſta de præcepto pro ſuis reſpective Subditis indicere poſſe, quemadmodum Epiſcopi valent pro ſuis; imo, ait, proculdubio magis illi, utpote qui ab Urbano VIII. minime fuere moniti, ut a novorum feſtorum indictione ſtudeant abſtinere; (quemadmodum fuiſſe monitos Epiſcopos in ſupra laudata Conſtitutione *Univerſa*, notabimus infra:) nec ut ea inducant, neceſſe habent ſuorum ſubditorum conſenſum expectare; nec pro Regularibus ſubditis militant eæ rationes, & cauſæ, ob quas Urbanus Feſta moderavit, & nova non invehi monuit.

Denique dicimus, quod ſi non ex præcepto, certe ſaltem ex devotione congruit, ac decet omnino ſervari a Regularibus feſtum Sancti proprii Fundatoris, cum abſtinentia a ſervilibus, & auditione Miſſæ, ut fit in feſtis Eccleſiæ de præcepto; atque adeo in feſto Sancti Fundatoris propriæ Religionis, non debent Superiores Locales cogere ſuos ſubditos ad hujuſmodi opera ſervilia, a quibus abſtinere ſolent in feſtis de præcepto.

10 Ex C. *Licet de Feriis:* datur facultas diſpenſandi in diebus feſtis ad laborandum in aliquibus operibus alias prohibitis in feſtis de præcepto; ſed ab illa diſpenſatione excipiuntur majores anni ſolemnitates, e. g. Nativitas Domini, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio, Pentecoſte, Aſſumptio B. M. V. Jamvero docet Suarez *to. 1. de Relig. tr. 2. lib. 2. c. 10. n. 5. fine*, quod ſi alicubi aliquod feſtum Patroni æque ſolemne, ac prædicta feſta communiter reputetur, merito etiam poſſit inter majores feſtivitates ibi reputari; ut non debeat in illo indulgentia laborandi ſine valde extraordinaria cauſa concedi. Vid. dicta 6. Januar. art. 1. n. 3.

Si Feſtum Patroni Loci incidat in ultimum Triduum majoris hebdomadæ: quid ſtatuendum quoad obligationem audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus? diximus 19., & 25. Martii, agentes de caſu, quo feſtum S. Joſeph, & Annunciationis B. V. incidat in prædictum Triduum.

11 Denique nota hic: in ſuperius laudata Conſtit. Urbani VIII. *Univerſa* pro obſervatione, & reformatione feſtorum ex præcepto, ſic haberi §. 3. *Ne autem dies feſtos a locorum Ordinariis, nimia aliquorum facilitate, aut Populorum importunitate, deinceps iterum multiplicari contingat, eoſdem Ordinarios in Domino monemus, ut ad Eccleſiaſticam ubique ſervandam æqualitatem, de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione ſub præcepto novorum feſtorum ſtudeant abſtinere.* Jamvero per hæc verba non eſt Epiſcopis ſublata poteſtas, quam habent ex jure Canonico, C. *Pronunciandum. 1. diſt.*

Digitized by Google

1. *diſt.* 3. *de Conſecr.* & *C. Conqueſtus de feriis*, inſtituendi Sanctorum feſtivitates ex præcepto ſervandas in ſua ipſorum Diœceſi; ſed ſolum commonentur, ut non plures, & ſine gravi cauſa ſtatuant dies feſtos ab iis, qui in prædicta Conſtitutione Pontificia in præcepto ſunt præfiniti, & ſolent univerſaliter cuſtodiri; vid. Chiavet. *Inſtit. Jur. Can. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 5. *fine*. Tambur. *in decal. l.* 4. *c.* 1. §. 1. *fine*. Caval. *tom.* 2. *c.* 13. *in d.* 4. *n.* 12. *& duob. ſequ.*

An autem ſolus Epiſcopus poſſit talia præcepta imponere ſine conſenſu Cleri, & Populi; vel neceſſe ſit horum conſenſum ſimul concurrere? Vid. Suarez *tom.* 1. *de Relig. tr.* 2. *lib.* 2. *c.* 11. *a n.* 7. Caval. *loc. cit. n.* 9. *& duob. ſequ.*

## ARTICULUS III.

*De Tranſlatione Jejunii occurrentis in Feſto S. Patroni Principalis.*

12 OCCURRENTE jejunio alicujus Vigiliæ in feſto principalis Patroni loci, poteſt auctoritate Epiſcopi jejunium transferri, ſeu anticipari. Hæc ſententia eſt conformis diſpoſitioni Juris communis, & Conſtitutionibus Pontificiis extra Jus commune; eam ſuadet ratio, eique favet conſuetudo Eccleſiæ, & praxis Epiſcoporum, eamque tenet doctrina communis Doctorum.

Profecto ex C. *Conſilium. De obſervat. jejunior.* non admittuntur jejunia in diebus lætitiæ, unde illa excluduntur a Dominicis omnibus, ut notavimus, ubi de Dominica: & a Tempore Paſchali; nec non a diebus Natalitiis Domini, ut ſuis reſpective locis videre eſt; Item ex Conſtitutione Leonis X. & Urbani VIII. occurrente Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ in feſto SS. Corporis Chriſti, jejunium anticipatur univerſaliter in feria IV. præced. propter ſolemnitatem feſti, ut ſuo loco notavimus.

Ratio autem, quæ hujuſmodi translationem jejunii inſinuat, eſſe poteſt, ſive ne minuatur ſolemnitas feſti, ſive ne detur difficultas Populi in jejunando non ordinaria in celebritatibus communibus, & publicis; & periculum, violandi jejunium occaſione ſolemnitatis publicæ, & communis lætitiæ, quod experientia facit timere.

Inde conſuetudo, & praxis Epiſcoporum inſtituendi in ſuis Diœceſibus translationes hujuſmodi, ut e.g. in feſto S. Quintini, quod incidit in pervigiliam Omnium Sanctorum in Francia, ea Picardiæ ora, in qua S. Quintini memoria celebris eſt, jejunium Vigiliæ Omnium Sanctorum transfert in præcedentem diem, Epiſcopi auctoritate, ut teſtantur Raynaud. Azor. Sylv. Fagund. & alii locis infr. cit. & nos in dicta Vigilia notavimus; eamdem Vigiliam ſimiliter anticipari Ratisbonæ ob feſtum Sancti Wolfangi, refert Caval. *tom.* 2. *c.* 15. *in d.* 5. *n.* 18. Vigiliam S. Andreæ Apoſtoli ob feſtum S. Saturnini anticipari in Regno Navarræ in Civitate Pampilonenſi, refert Leander a SS. Sacram. *parte* 3. *in quinq. præc. Eccl. tr.* 5. *diſp.* 10. *quæſt.* 41. & Toloſæ, refert Caval. l. cit. Item Lugduni auctoritate Epiſcopi, teſtatur Raynaud. Paræciam Suburbanam S. Irænei exolvi jejunio pervigilii Principum Apoſtolorum, quia in illud pervigilium incidit S. Irænei feſtus dies, in cujus præviam diem tranſ-

Digitized by Google

tranſferri ibi jejunium pervigilii Apoſtolorum. (Specialem vero eam putaverim conſuetudinem, ſive Indultum ſpeciale propter dicta de Suburbiis art. præc. n. 7.) Jejunium Vigiliæ S. Laurentii M. alicubi anticipari ob occurſum SS. M.M. Firmi, & Ruſtici Tutelarium loci, notavimus ubi de ea Vigilia. In noſtra etiam Sicilia, conſtat, Panormi in die Natali S. Criſtinæ Patronæ Civitatis, quæ incidit in Vigiliam S. Jacobi Apoſtoli, non eſſe jejunium, ſed tranſferri in diem præcedentem, niſi feſtum laudatæ Sanctæ V. & M. occurrat feria ſexta, vel Sabbato; videantur dicta 23. Julii art. 3. Quod autem attinet ad judicium Theologorum, hæc eſt ſententia communis eorum, ut videre eſt apud Theologiæ moralis profeſſores paſſim in tr. de jejunio: ex quibus paucos, brevitatis gratia, hic allegare, ſeu indicare ſufficiat; hanc quippe ſententiam ſuſtinet Armilla V. *Jejunium n.* 6. Thom. Sanch. *in Conſil. l.* 5. *c.* 1. *dub.* 5. *n.* 27. Azor. *Inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 18. *qu.* 5. Sylveſt. V. *Jejun. qu.* 7. *initio*. Reginald. *to.* 1. *l.* 4. *c.* 17. *ſect.* 5. *n.* 224. Fagund. 4. *præcept. Eccl. l.* 1. *c.* 9. *n.* 4. Pelizz. *Man. Regul. to.* 1. *tr.* 5. *c.* 5. *qu.* 27. *n.* 64. Tambur. *explic. Decalog. l.* 4. *c.* 5. *de Jejun.* §. 7. *n.* 58., Raynaud. *to.* 15. *Heterod. ſpirit. par.* 1. *ſect.* 3. *pu.* 3. *n.* 33. Laym. *l.* 4. *tr.* 8. *c.* 3. *n.* 9. La Croix *lib.* 3. *par.* 2. *q.* 242. *fine*. Innocentius, Hoſtienſis, Joannes Andreas, Butrius, Abbas &c. Videri etiam poſſunt dicta 23. Febr. n. 25. ſub init., & 23. Junii art. 3. & in Septemb. par. 1. ſect. 5. ſubſ. 5. ubi de jejunio Quat. Temp. qu. 5.

Anticipato autem jejunio Vigiliæ in dicto caſu, non anticipari Officium Vigiliæ, niſi forte Vigilia e Dominica cum Eccleſia univerſali anticipetur in Sabbato, docebimus art. 5. num. 24. Rurſus nonnihil ſervandum in Vigilia Patroni notabimus ibi. Interim.

Et hic animadvertendum I. hanc ſententiam non procedere pro aliquo ex jejuniis temporis Quadrageſimalis: diſparitatem dedimus in modo citata ſubſ. 5. de jejun. Quatuor Temp. nu. 72. An autem poſſit procedere pro jejuniis Quat. Tempor.? Vide cit. qu. 5. 13

Animadvertendum eſt II. ex Pelliz. loc. cit. poſt Cajet. & Haldum quod transferente Epiſcopo jejunium in aliam diem, teneantur Regulares ſe conformare in tali jejunio quoad ejus translationem. Confer dicta 23. Julii nu. 8. ſed vide etiam dicta 23. Februar. n. 30.

Denique ſi ex facta translatione jejunii occurrant dubia quoad ejus obſervantiam, vel excuſationem, recurri poteſt pro eorum ſolutione ad ea, de quibus fuſe diſputamus 23. Julii art. 3. ubi de jejunio Vigiliæ S. Jacobi Apoſt. alicubi anticipato, & videri etiam poſſunt quæſita, & ſoluta 23. Junii art. 3.

Qu. hic. An ſit aliquod generale præceptum obligans reſpective ad jejunium in Vigilia principalioris Patroni loci? 14

℞. Negative. Ita Caval. *tom.* 2. *c.* 15. *in d.* 1. *n.* 15. ubi docet: inſtitui poſſe Vigilias particulares quoad ſolum jejunium, & feſtis propriis puta Patronorum præmitti, & ex priſco uſu obſervatas retineri, etiam ex mera Populi devotione; nihil enim eſt, inquit, quod id fieri vetet; quinimo eſt valde conſentaneum, & pium, ab Eccleſia ipſa admodum optatum, & laudatum, & a priſcis ejuſdem

Digitized by Google

ejuſdem uſque ſæculis in particularibus locis ſumma religione cuſtoditum; in præcepto autem ab Eccleſia minime poſitum, ne ulteriori onere ſuos filios præmeret; qua de cauſa, & ſolemniores dumtaxat ſolemnitates ſelegit, quæ jejunio de præcepto prævenirentur; & plures Virginis Mariæ feſtivitates inſtituens, in ſola ejuſdem Aſſumptione jejunium indixit. Hæc Caval. Videri poſſunt dicta 30. Julii art. 3.

Si vero in Vigilia Patroni ſit jejunium ex voto, videantur dicta 7. Decembr. art. 4.

Diximus autem: *quoad ſolum jejunium* Vigilias particulares inſtitui poſſe, quia quoad Officium, & Miſſam non licet ſine ſpeciali facultate Sedis Apoſtolicæ, vel Sac. Congregat. ut idem Caval. monet l. cit. n. *16.* Videri tamen poteſt Merat. *to. 2. ſect. 3. c. 6. n. 3. fine.* Quid notandum vero quoad ſuffragia communia in Vigilia Sancti Patroni habentis Officium Vigiliæ? Vid. inferius art. 5. num. 35.

## ARTICULUS IV.

### *Quinam teneantur recitare Officium Patroni?*

15 OFFICIUM principalis Patroni loci, Diœceſis, Regni, Provinciæ, vel Civitatis &c. tenentur recitare omnes, ſcilicet de Clero illius loci, qui tenentur ad horas Canonicas ex DD. S. C. R. 27. Martii 1628. & 23. Maij 1639., & 20. Martii 1683. & 15. Septembr. 1742. apud Caval. *tom. 1. c. 3. dd. 4. & 5. & 11.* & poſt finem *tom. 4. in append. ad Cap. de Patr. vel Tit. Eccl. d. 6.* Officium de Patrono principali Civitatis, (hoc eſt loci, ubi eſt Cathedralis, ut alibi explicavimus:) recitandum eſt a Clero Sæculari, etiam in Diœceſi, ubi non adſit proprius loci Patronus; at ubi colitur feſtum principalioris Patroni, nihil de Patrono Civitatis; niſi forte ex conſuetudine legitima permittatur fieri tamquam de Patrono minus principali, ex DD. S. C. R. 23. Maij 1639. & 28. Septembr. 1658. apud Caval. *tom. 1. cap. 3. d.d. 5. & 6.*

Non poteſt recitari Officium de Patrono principali Parochiæ a Sacerdotibus, qui non ſunt de Choro Parochiali, licet ſub eadem Parochia degant, ex Decr. S. C. R. 17. Auguſti 1709. apud Caval. *tom. 1. c. 1. d. 14. Epiſcopus, quando reperitur in aliquo Oppido ſuæ Diœceſis ob viſitationem, ſeu aliam ob cauſam, poteſt licite recitare Officium Sanctorum, de quibus ex forma Rubricarum, ſeu ex conceſſione Sacræ Congregationis, eoquod ſint Patroni, ſeu Titulares in eiſdem Oppidis recitatur, & ſic præcepto de recitando Officio ſatisfacit.* S. R. C. 14. Martii 1643. Videnda ſunt dicta c. 5. de Tit. Eccl. art. 1. n. 12.

Feſtum cum Officio principalis Patroni loci, Diœceſis, Regni, Provinciæ, Civitatis, Oppidi, vel Pagi tenentur etiam Regulares celebrare ex Decr. S. C. R. 27. Martii 1628. 24. Januar. 1682. 20. Martii 1683. 5. Maij 1736. apud Caval. *tom. 1. cap. 3. d.d. 4. 8. 11. & 12. num. 1. & d. 13.* 16

Non poſſunt autem recitare de Patrono Parochiæ, ex Decr. S. C. R. 14. Febr. 1705. apud Caval. to. 1. c. 3. d. 12. quemadmodum nec ipſi Sæculares, qui non ſunt de Clero ejuſdem Parochiæ, licet ſub eadem Parochia degant, ut ſupra notavimus.

Digitized by Google

mus. Vide tamen Caval. loc. cit. num. 11.

Officium de Patrono principali Civitatis recitandum eſt a Regularibus, etiam in Diœceſi, ubi non adſit loci Patronus proprius; at ubi colitur feſtum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis; niſi forte ex conſuetudine legitima permittatur fieri tamquam de Patrono minus principali, ut ſupra dictum eſt de Clero Sæculari Diœceſis; vid. Caval. loc. cit. n. 1. Regulares autem non tenentur recitare Officium, & celebrare Miſſam Patroni minus principalis Civitatis, ſeu loci, ſi non eſt in Calendario Romano, vel in eorum proprio; ex Decr. S.C.R. 24. Januar. 1682. apud Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *d.* 8. vel niſi conceſſio, ſeu obligatio recitandi de tali Patrono ſit facta etiam pro Regularibus, ut animadvertit Caval. cit. in d. 8. n. 22. Nihilominus ipſe Caval. *in d.* 1. *ejuſdem Capitis* 3. *n.* 64. *&* *in d.* 3. *n.* 1. *fine*, *& in cit. d.* 8. *n.* 23. cum Gavant. *in Rubr. Brev. ſect.* 3. *c.* 12. *num.* 6. ait: laudabile eſſe, ſi recitent in gratiam populorum, ut nimirum in eo feſto ad eorum Eccleſias accedentes Miſſam, & Officia divina audituri, ad pietatem, & devotionem erga Patronum ſuum non minus accendantur, quam ſi ad Eccleſiam confluant Cathedralem, ſeu Matricem; præſertim ſi aliquod feſtum Patroni minus principalis, ſit multum celebre in Populo, quamvis non feſtivum. Caval. *in cit. d.* 8. *n.* 21.

Quod ſi Patroni minus principales ſint de præcepto in foro, ut ex ſpeciali Indulto fieri poſſet; Caval. *in cit. d.* 3. *n* 1. tunc animadvertendum eſt, etiam Regulares teneri recitare de hujuſmodi Patronis ratione feſti in foro: ſi quidem de eo ſit conceſſum Officium, Caval. *in cit. d.* 8. *num.* 20. Porro: *Quando occurrit feſtum aliquod in Diœceſi, quod ſit de præcepto quoad forum, Regulares de eo debent Officium facere, niſi apud ipſos occurrat eadem die aliud, quod feſtum ſit ejuſdem claſſis, ritus, & majoris dignitatis*. S. R. C. 5. Maij 1736. in *Einſidlen.*, apud Caval. to. 2. c. 13. *d.* 4. *Majoris dignitatis*, dicitur, ſcilicet, vel quaſi eſſentialis, & inſignis, quæ nempe reperitur in feſtis a Rubr. II. de Concur. n. 2. verſu *Inter Feſta* recenſitis, vel prædictæ, quaſi eſſentiali dignitati æquipollentis, qualis eſt ea, quæ petitur a ſolemnitate extrinſeca, qua feſta in propriis locis, & Eccleſiis celebrantur, quæque ſita eſt in pompa exteriori, apparatu, populi concurſu, aliiſque ſimilibus; vid. dicta 14. Januar. n. 20. Itaque, ſi occurrente feſto in foro, occurrat eadem die apud Regulares feſtum majoris, aut ſaltem ejuſdem claſſis, & ritus. ſed majoris dignitatis quaſi eſſentialis, vel majoris ſolemnitatis, & pompæ in propria eorumdem Eccleſia, tunc non tenentur ea die recitare de feſto, quod in loco occurrit in foro; vid. Caval. *l. cit. n.* 24. *&* 25. *& eodem tom.* 2. *c.* 28. *in decr.* 1. Aliter tenentur; vide dicenda art. 8. n. 44.

Prædicta de Regularibus intelligantur etiam de Monialibus, vid. Caval. *to.* 1. *c.* 1. *d.* 11. *& c.* 3. *d.* 8. *n.* 4. *&* 25. *& d.* 10.

Nota hic ex declaratione S. C. R. 2. Decemb. 1685., & 15. Septemb. 1691. quam allegabimus infra art. 6. n. 39. initio, nomine *Patroni* ſimpliciter, venire Patronum *principalem* tantum.

A R-

Digitized by Google

## ARTICULUS V.

*De Horis Canonicis.*

17 Officium Patroni principalis eſt dupl. primæ cl. *Rubr. gen. Brev. tit. 1. n. 1. & tit. 9. n. 3. & in duab. tabell. excerpt. ex Rubr.* Patroni autem minus principalis eſt duplex majus; ex Rubr. Brev. in cit. tabell. Quod intelligendum eſt juxta ſequentem declarationem S.C. *Feſta Patronorum minus principalium, ſi celebrentur cum ſolemnitate, habent in ſe naturam duplicis majoris: & qualitatem duplicis minoris, ſi abſque ſolemnitate peragantur.* S. R. C. 1. Decembr. 1741., apud Zach. *ind. decr. n.* 798. videri etiam poteſt Gavantus *in Rub. Brev. ſect.* 3. c. 12. *n.* 6.

18. Feſtum principalis Patroni loci, Diœceſis &c. celebrandum eſt ſub ritu primæ cl. etiam a Regularibus, ex Decr. S. C. R. 24. Januar. 1682. & 5. Maij 1736. & 15. Septembr. 1742. apud Caval. *tom. 1. c. 3. d.* 8. & 13. & *poſt finem tom. 4. in append. ad c. de Patr. vel Titul. Eccl. d.* 6. Feſtum Patroni Principalis Civitatis, ſeu loci, ubi eſt Cathedralis, celebrandum eſt a Clero Sæculari, & Regulari Diœceſis etiam ſub ritu dupl. primæ cl. ubi non adſit proprius loci Patronus. At ubi colitur feſtum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis: vel attenta conſuetudine, ſub ritu duplici majori tantum, tamquam de Patrono minus principali, ex Decr. S. C. R. 23. Maij 1639. & 28. Septemb. 1658. & 5. Maij 1736. apud Caval. *tom. 1. c. 3. d.d.* 5. 6. & 13.

Feſtum Patroni principalis celebrandum eſt cum Octava. *Rubr. gen. Brev. tit. 7. nu. 1.* ſi nimirum non occurrat tempore reſpuente Octavas. Officium infr. Octav. eſt ſemidupl. at in die Octav. dup. min. Rub. cit. tit. 7. n. 3. & 5. *Si feſtum ſit de Patrono loci, Officium eſt recitandum ſub ritu primæ cl. cum Octav. ab omnibus Sacerdotibus Sæcularibus ejuſdem.* S. R. C. 15. Septembr. 1742. in *Tridentina*. apud Caval. poſt finem to. 4. in append. ad c. de Patr. vel Titul. Eccl. d. 6. ſermo autem eſt de Patrono principali. Feſtum Patroni principalis Civitatis, aut loci, ubi eſt Cathedralis, a Clero Sæculari Civitatis celebrandum eſt cum Octava; in Diœceſi autem, ubi non adſit proprius loci Patronus, ſimiliter cum Octava; ſed ubi colitur feſtum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis, vel attenta conſuetudine ſub ritu duplici majori tantum, & ſine Octava; ex Decr. S. C. R. 23. Maji 1639. & 28. Septembr. 1658. apud Caval. *to. 1. c. 3. d.d. 5. & 6.*

Non poteſt recitari Officium Patroni ſub ritu dup. 1. claſſis, & cum Oct. niſi ſolum unius univerſalis principalis, ſeu principalioris in eodem Regno, vel Provincia; & alterius particularis in eadem Civitate, Pago ec. vel plurium ad modum unius; ſine ſpeciali Apoſtolico Indulto, vel conſuetudine recepta ante Bullam Pii V. inhibentem additionem in Breviario; vel ante Decretum ſuper electione Sanctorum in Patronos art. 1. allegatum. Vid. Caval. *tom. 1. c. 3. in d. 7. a num. 6. & in d. 11. num. 14. & num. 35. & dub. ſequ. & a num.* 41. Porro teſte Radulpho *propoſit.* 19. Octava nota eſt, & index magnæ præ aliis ſolemnitatis, ideoque non frequens adeo, nec trita eſſe debet, ut inde periculum ſit, ne vileſcat: ut ait Durandus *lib. 6. c. 1. n.* 42. Vi



Digitized by Google

leſcit autem maxime, ſi quamplures ſint parriculares, & propriæ, ut animadvertit Caval. *tom.* 2. *c.* 18. *n.* 18.

18 Regulares non poſſunt celebrare Octavam de Sancto Patrono principali Loci, Diœceſis, Regni, Civitatis &c. niſi id ſpecialiter ipſis Regularibus indultum fuerit a Sede Apoſtolica, vel mandatum a Conſtitutione Religionis ab Apoſtolica Sede approbatæ: ex Decr. S. C. R. 28. Septembr. 1658. 24. Januar. 1682. 20. Martii 1683. 5. Maij 1736., apud Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *d.d.* 6. 8. 9., *&* 13. Et rurſus 16. Septembr. 1741. apud Caval. *tom.* 2. *c.* 43. *d.* 19. quod inſeruit d. 15. nu. 5. vel niſi præſcribatur in Rubricis Breviarii proprii eorumdem Regularium ab Apoſtolica Sede approbatis, vel adſit decretum a Religione emanatum, ſimiliter a Sede Apoſtolica confirmatum; Vid. Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *in cit. d.* 9. *num.* 9.

Prædicta de Regularibus, intelligenda ſunt quoque de Monialibus, atque adeo: *Declaratio, ubi dicitur, quod Regulares non poſſunt recitare Officium de Octavæ Patroni principalis ſine ſpeciali Indulto, comprehendit etiam Moniales Ordinariis ſubjectas*. S. R. C. 11. Febr. 1702. in Tarviſina, apud Caval. tom. 1. c. 3. d. 10. *Moniales Ordinariis locorum ſubjectæ* ( & multo magis non ſubjectæ, ) *non tenentur recitare Officia particularia Diœceſum; tenentur tamen recitare de Patrono principali loci, & de Titulari Eccleſiæ Cathedralis, nec non de ejuſdem Eccleſiæ Dedicatione; non vero de eorumdem feſtorum Octavis: niſi id ſpecialiter ipſis indultum ſit ex vi conceſſionis Apoſtolicæ, vel propriæ Conſtitutionis ab Apoſtolica Sede approbatæ*. S. R. C. 22. Auguſti 1744. in *Januen.* Monialium Ord. S. Claræ: in opere Merati *in* 2. *append. decr. Brev. n.* 474.

*Quando duæ Octavæ ſimul occurrunt, quarum una ſit Patroni principalis ſub ritu dupl.* 1. *cl. altera B. M. V. ſub ritu dupl.* 2. *cl. recitandum eſt Officium de Patrono principali cum commemoratione B. M. V.* S. R. C. 19. Junii 1700. in *Curien.* apud Caval. *tom.* 2. *c.* 18. *d.* 9. & generaliter loquendo: in concurrentia plurium Octavarum, ex iiſdem illæ ſunt anteponendæ, quarum feſta in occurrentia præferuntur, ratione amplioris ritus, vel majoris intrinſecæ dignitatis in paritate ritus: translato aliarum feſto; vid. Caval. loc. cit. n. 6. & 7. videri poſſunt dicta 14. Januar. n. 12. & die 8. Septemb. n. 5. 11. & 12. Et hæc quidem quoad claſſem, & ritum feſti Patroni principalis, ſeu principalioris. Deinde quoad recitationem notanda ſunt ſequentia. 20

In Feſto Patroni principalis lectiones primi nocturni, vel propriæ, vel de Communi Sanctorum, ut in Breviario, non vero de Scriptura occurrente, ad majorem celebritatem. Rub. gen. Brev. tit. 26. n. 9. & Gavant. in Rubr. Brev. ſect. 3. c. 12. n. 13. Idipſum etiam præſtandum in Officio Patroni minus principalis: id enim ei competit ratione ritus dupl. maj. quem habet ex *Rubr.*, ut ſupra notavimus; profecto *Lectiones primi nocturni in Officio de feſto duplici majori ſumendæ ſunt ex ejus communi, ſi ex conceſſione non haberentur propriæ*. S. R. C. 12. Julii 1664. *in una Ord. Min. de Obſerv.* apud Caval. *tom.* 2. *par.* 2. *c.* 34. *d.* 8. & 2. Septemb. 1741. in *Aqnen.* in opere Merati in 2. *append. ind. decretor. Brev. n.* 423. Lectiones item ſecundi, & tertii nocturni, ſi non adſint propriæ, neque extra 21

Bre-

Breviarium approbatæ a Sancta Sede Apoſtolica, ſumantur de Communi, & de Octavario Romano, in hanc præcipue cauſam edito: nam in Officio nihil legendum eſt, quod ab eadem Sede Apoſtolica non ſit approbatum, ut fuſe probat ex Gelaſio Papa Radulphus *lib. de Canon. obſervat. propoſ.* 11. & conſtat ex Sixti V. Conſtit. 74. in qua Pontifex concedens varias facultates S. R. Cong. Officia tamen Sanctorum Patronorum noluit approbari poſſe inconſulto ipſomet Summo Pontifice. Approbata vero pro certo loco, negavit ſæpius Sacra Congregatio, extendi poſſe ad alia loca non conſulta eadem Sacra Congregatione, quæ juſtis de cauſis alicui loco concedit, denegat autem alteri; ut obſervat Gavant. l. cit. n. 14. Quoad lectiones autem in diebus infra Octavam, & die Octava videantur Rubr. gen. Brev. tit. 7. n. 4. & tit. 26. n. 9.

22 Dies Octava propriorum Feſtorum annuncianda eſt in lectione Martyrologii, ſaltem ſi de ea fiat Officium, quo caſu annunciatur primo loco: ſi autem ſola commemoratio habenda ſit, annuncietur 2. loco; Vid. Caval. *to. 2. par. 2. c. 37. ind. 2. n. 9. & 11.*

23 *Concurrente Sancto antiquiori Patrono Civitatis cum alio Sancto recentiori pariter Patrono, nulla habenda eſt ratio de poſteritate Patronatus, unde Veſperæ dimidiandæ ſunt.* S.R.C. 17. Junii 1684. in *Panormitana*. apud Caval. *to.* 2. *c.* 28. *d.* 4. Intellige, ſi ſint æquales ritus, & dignitatis.

24 Si feſtum Patroni principalis occurrat in Vigilia univerſali, nihil prorſus fit de ea in Officio, vel Miſſa, excepta Vigilia Epiphaniæ, ut ibi ſuo loco notavimus. *Rubr. gen. Brev. tit. 6. n. 2. & Miſſal. tit.* 3. *n.* 2. *fine*, *& tit.* 7. *n.* 2. *fine*; Gavantus *l. cit. n.* 11. *& ſect.* 3. *c.* 7. *n.* 3. rationem aſſignat dicens, id fieri, ne ſolemnitas imminuatur. Similiter, ſi occurrat feſtum per ſe ſimplex, vid. dicta 14. Januar. n. 6. & 7. Nec ex eadem Rub. anticipatur Officium Vigiliæ in eodem caſu; itaque licet anticipari poſſit jejunium Vigiliæ, ut art. 3. docuimus, Officium vero Vigiliæ, vel commemoratio ejus non anticipatur; exemplum habes in jejunio Vigiliæ S. Joan. Baptiſtæ, occurrentis in feſto SS. Corporis Chriſti, quo caſu anticipatur jejunium in feria quarta, Officium vero Vigiliæ omnino omittitur eo anno; vide dicta 22. Junii art. 1. n. 2. ubi rationem dedimus diſpoſitionis hujuſmodi. Sed quid? Si feſtum 1. cl. atque adeo Patroni, quod occurrere ſoleat in Vigilia univerſali, aliquando incidat in Dominicam: quo caſu Vigilia univerſalis cum jejunio, & Officio anticipatur in Sabbatum, ex Rubrica, & praxi Eccleſiæ Romanæ. Eo caſu Officium Vigiliæ, vel commemorationem ejuſdem, aut feſti ſimplicis, recuperare jus ſuum, cum ceſſet impedimentum, atque adeo recitandum Officium, vel faciendam commemorationem Vigiliæ, vel ſimplicis jam occurrentis ante diem feſtum 1. cl. quod eo anno non jam in Vigiliam, ſed in Dominicam incidit: docet Caval. *tom.* 2. *c.* 15. *in d.* 2. *n.* 7.

Qu. hic I. Quinam ex pluribus 25
Patronis cenſendus ſit principalis ad hoc, ut celebrari valeat ſub ritu duplici 1. cl. & cum Octava?

℟. Cujus ſolemnitas feſtiva etiam in foro recolitur ex præcepto, juxta Conſtitutionem Urbani VIII. art. 2. allegatam, ut animadvertit Caval.

*to.* 1. *c.* 3. *in d.* 7. *n.* 14. Quod ſi plurium Patronorum, puta duorum ejuſdem Civitatis &c. ſolemnitas æque ſub præcepto feſtiva ſervetur in foro diebus diverſis; aliunde conſtare debet, uter ſit principalis? vel an ex Apoſtolico Indulto, aut veteri conſuetudine legitima uterque ſit æque principalis? Porro Patroni etiam minus principales poſſunt ex ſpeciali Apoſtolica facultate, ex præcepto in foro ſervari, ut indicavimus artic. præc. n. 16. In hujuſmodi igitur caſu id aliunde conſtabit; puta ex electione, eo quod conſtet electos, ſeu conceſſos fuiſſe in Patronos æque principales; vel contra, talem Sanctum electum fuiſſe in Patronum principalem, alterum vero in minus principalem; aut ex eo, quod venerentur, & celebrentur ut Patroni æque principales; vel contra. Quos autem conſtabit eſſe æque principales, honorandi ſunt ritu dup. 1. cl. cum Octava. De Patronis autem minus principalibus recitandum ritu dupl. maj. & ſine Octava; ut ſupra dictum eſt. Caval. *to.* 1. *c.* 3. *in d.* 3. *n.* 1.

Unde ſimiliter nota hic; quod ſi una, & eadem etiam Eccleſia plures habeat Patronos, ſeu Titulos, quorum feſta non recurrant eadem die ſimul e. g. Eccleſia SS. Sylveſtri, & Martini. SS. Blaſii, & Caroli &c. Officium dupl. 1. claſ. cum Octava non debet celebrari ſine privilegio ſpeciali, vel conſuetudine legitima, niſi de unico Patrono, ſeu Titulari principali; de altero autem ſeu de aliis erit ſuis diebus celebrandum ſub ritu duplici majori tantum, tamquam de Patronis minus principalibus. Si autem quæras; quinam ex illis cenſeri debeat principalis? ex Caval. uſus ipſe loquendi per ſe poterit definire; nimirum ille erit principalior, qui eſt in nominatione prior, & prius Eccleſiam a ſeipſo denominat; vide laudatum Auctorem *to.* 1. *c.* 2. *in d.* 5. *nu.* 18. & 22. & 26. Si autem principalis Patronus, ſeu Titulus Eccleſiæ habeat ſocios, qui eadem die recurrant in Calend. Romano: de his dicetur infra qu. 5.

Eccleſiæ vero illæ, quarum Patronus principalior, ſeu Titulus ſint plures Sancti collective, e. g. omnes Apoſtoli, vel omnes Martyres &c. celebrare debent unum tantummodo feſtum de omnibus collective ſumptis, non autem de ſingulis diviſive. Debent igitur inſtituere feſtum aliquod de omnibus Apoſtolis, vel Martyribus, ſumendo Officium de reſpectivo communi, ac de Octavario Romano, illudque celebrare ſub ritu dupl. primæ cl. cum Octava; quod feſtum celebrabitur die ab Epiſcopo deſignata, vel Regulari Prælato, ſi Eccleſia fuerit Regularis. Caval. *to.* 1. *c.* 2. *in d* 7. *n.* 23.

26 Qu. II. Si accidat, quod in Cathedrali fiat de Patrono loci abſque Octava, veluti Mediolani de S. Ambroſio, cujus feſtum ritu Ambroſiano non habet octavam: an ſubditi Archiepiſcopo Mediolanenſi ſecundum ritum Romanum horas canonicas recitantes, teneantur ad Octavam S. Ambroſii celebrandam?

℟. Affirmative, quia tenentur ſervare Rubricas Brev. Romani, at ex Rubr. Brev. Rom. ſuperius allegata feſtum principalis Patroni celebrandum eſt cum octava a Clero ſcilicet Sæculari, ut ex variis decretis S. C. R. fuit ſuperius explicatum. Caval. *to.* 1. *c.* 3. *in d.* 5. *n.* 4.

27 Qu. III. Si feſto S. Patroni, vel Titularis celebrando aſſignetur alia

dies

dies ſtabiliter, & perpetuo: an ſecum ferat Octavam?

℟. Ex Decreto S. C. R. *Feſta octavam habentia, quibus in aliquibus locis, ob perpetuum impedimentum, alius dies eſt aſſignatus, ſunt ſemper celebranda ſine octava, ſi de ea nihil poſt aſſignatam diem remaneat, vel cum octava, ſi aliqui dies ſuperſint*. S. R. 16. Septembr. 1741. apud Caval. *to.* 2. *c.* 30. *d.* 23. *in comment. dec.* 20. *num.* 12. Qui tamen ibi docet: non eſſe intelligendum de feſtis, quæ immutentur quoad Chorum, & forum. Vid. dicta pro feſto Annunc. a fer. 6. vel Sab. majoris hebdomadæ tranſlato in Choro, & foro ad feriam ſecundam pro Dom. in albis. 25. Martii art. 2. ſect. 2. ſubſ. 4. n. 38. & 39. Item ait: nec fortaſſe intelligendum eſſe de feſtis, quæ per particularem conceſſionem immutata venirent; itaut præſens ſanctio locum non habeat, niſi in caſu immutationis habitæ vi Decretorum generaliter facientium poteſtatem immutandi feſta perpetuo impedita; de qua immutatione vi hujuſmodi Decretorum aliquid innuimus nos hic c. 1. §. 2. nu. 19. Si autem feſtum, cui competit octava, mutetur per accidens quoad ſolum Officium; tunc non tranſfertur Octava, ſed locum habet Rubr. gen. Brev. tit. X. de tranſlat. feſt. num. 1. ubi ſic legitur: *Si autem feſtum Nativitatis S. Joan. Baptiſtæ venerit in die Corporis Chriſti, tranſfertur in ſequentem diem cum commemoratione Octavæ, & in ſecundis Veſperis Corporis Chriſti fit tantum commemoratio S. Joannis: ſequentibus autem diebus fit Officium de eadem Octava Corporis Chriſti cum commemoratione Octav. S. Joannis. Dies autem Octava S. Joannis tunc veniens in die Octava Corporis Chriſti, non tranſfertur, ſed de illa eo anno fit tantum commemoratio in utriſque Veſperis, & Laudibus diei Octavæ Corporis Chriſti; & id ſemper ſervetur, quando feſtum habens Octavam tranſfertur, ut non ideo dies octava tranſferatur, ſed ipſa die de ea fit commemoratio, quæ alias erat octava; ſi feſtum non fuiſſet tranſlatum. Quod ſi feſtum per totam ſuam octavam tranſferri contigerit, illo anno celebretur ſine octava, niſi Titularis Eccleſiæ privilegio aliter fieri oporteat*. Confer Meratum *to.* 2. *ſect.* 3. *c.* 8. *n.* 16. Pro quæſtione autem propoſita videri rurſus poteſt Caval. *to.* 1. *c.* 9. *in d.* 13. *n.* 45.

Qu. IV. Si dies octava Patroni 28
loci accidat alicubi in feſto de præcepto in foro, quod non ſit 1. vel 2. claſ. an recitari debeat de feſto prædicto occurrenti cum commemoratione octavæ.

℟. Recitandum de die octava. Eſt tamen alicubi ſpecialis conceſſio recitandi de feſto cum commemoratione octavæ; vid. Caval. *to.* 2. *c.* 18. *d.* 5. & dicta 2. Julii art. 2. & 26. Julii art. 2. n. 3. & 21. Novembr. art. 2. nu. 7. In caſu autem quod non habeatur ſpecialis hujuſmodi conceſſio, poſſe Epiſcopum tranſferre feſtum de præcepto in ſequentem diem, ſi ab eo pendet: docet Gavant. *in Rubr. Brev. ſect.* 3. *n.* 20.

Qu. V. Si Sanctus Patronus ha- 29
beat in Brev. Officium una cum aliis Sociis, num ſeparandi ſint Socii, & alia die de illis recitandum: & quomodo: quove ritu?

℟. In Brev. Romano in not. poſt tabellam occurſus poſt Rubr. gener. poſitam, ſic legitur: *Si occurrat, ut Patronus, vel Titulus Eccleſiæ deſcriptus ſit eodem die in Kalendario cum*

*aliis*

Digitized by Google

*aliis Sanctis*, *in ea Eccleſia ſit tantum de Patrono*, *vel Titulari*, *abſque commemoratione aliorum*. *Qui*, *ſi in dicto Kalendario deſcripti ſint ſub Officio duplici*, *vel ſemiduplici*, *transferuntur in primam diem ſimili Officio non impeditam*, *& de eis fiat Officium ſemiduplex*; *niſi tamen ſint de majoribus feſtis*, *quia tunc de translato quoque fiet Officium duplex*, *ac ſi proprio die celebraretur*. *Si vero in Kalendario omnes ſint tamquam feſtum ſimplex*, *de aliis nihil fit*. Hæc ibi: hujuſmodi vero Rubrica loquitur de Patrono principali: ut animadvertit Caval. *to.* 1. *c.* 5. *in d.* 3. *n.* 3. & 4. Nos autem ut plenius quæſtioni ſatisfaciamus, reſpondebimus tum pro caſu, quo Socios habeat Patronus principalis: tum pro caſu, quo Patronus minus principalis; & quæ de Patronis loci dicemus, eadem intelligantur procedere quoad Titulares Eccleſiæ.

In caſu igitur, quo univerſalis principalis Patronus Regni, vel Provinciæ; vel particularis principalis Patronus Civitatis, Pagi &c. habeat Socios in Calendario ſive Romano ſive particulari, obſervandum eſt: an hujuſmodi Sancti in dicto Calendario ſint uniti per accidens, aut per ſe ſolum: vel an per ſe ſimul, & veluti ex natura rei ut infra explicabitur. Si Sancti in dicto Calendario uniti ſint per ſe ſimul, & veluti ex natura rei: tunc Socii, ſive habeant ritum duplicem, ſive ſimplicem, non dividuntur a Patrono principali, ſed de omnibus recitatur Officium ſub ritu duplici primæ claſſis celebritate unica. Ita cum Merato, Pittono, Guyeto, & aliis Caval. *to.* 1. *c.* 5. *in d.* 6. *n.* 4.

Si vero Sancti in dicto Calendario ſint uniti per accidens, aut per ſe ſimpliciter: tunc ulterius obſervandum eſt, quem ritum in eodem Calendario habeant? ſi enim habent ritum ſimplicem, de Sociis nihil fit, ſed plane omittuntur; niſi ex ſpeciali Indulto conceſſum ſit aſſignare iiſdem aliam diem. Si vero habeant ritum ſemiduplicem, vel duplicem minorem, aut majorem: Socii transferuntur, & celebrantur, cum ritu ſemiduplici prima die non impedita, hoc eſt in immediate ſequenti die infra Octavam Patroni, ſi ea non ſit impedita: aliter poſt Octavam. Vid. Caval. *cit. c.* 5. *in d.* 1. *n.* 5. & 12. & *in d.* 3. *n.* 3. 9. & 10. Si autem Socii habeant ritum duplicem 1. vel 2. claſſis, fiet de illis prima die non impedita infra Octavam Patroni, ſub eodem ritu duplici 1. vel 2. cl. vid. Caval. *in cit. d.* 1. *n.* 12.

Diximus: ſi Sancti ſint uniti in *Calendario*: quia ſi ſolum ſint uniti in Martyrologio Romano, & non item ſint in Breviario, ſeu Calendario, tunc de Sociis nihil fit, etiamſi ſint uniti ex natura rei. Caval. *in d.* 6. *n.* 7. Tunc autem Sancti dicuntur uniti *per accidens*, ſi uniantur in Calendario, ſolum eo quod eadem die paſſi fuerint, vel obierint, licet forte non eodem anno, nec eodem in loco, nec eadem de cauſa; cujuſmodi ſunt SS. Fabianus, & Sebaſtianus: SS. Vincentius, & Anaſtaſius. Dicuntur vero uniti *per ſe ſolum*, ſi ſint uniti eo quia eadem ſimul die, ac loco, & eamdem ob cauſam obierint, ut SS. Innocentes: Mauritius, & Socii: Januarius, & Socii: Urſula, & Sociæ; aut ſaltem quia ſimul capti in eadem perſecutione ſimul afflicti, & ſimul pro Chriſto interempti, tametſi quempiam illorum una, vel altera die

diē poſti, vel ante Socios ad gloriam evolare, contigerit; quare etſi e. g. S. Symphoroſæ mors evenerit pridie ad mortem ſeptem Filiorum ejus, adhuc inter Sanctos per ſe junctos relate ad filios ſuos annumeranda eſſe, videtur; & ſimiliter S. Meliton pue ex quadraginta Martyribus; quorum martyrium celebratur in divinis Officiis die 10. Martii: quamvis non in eodem loco, in quo cæteri, martyrium conſummaverit, ſed in humeris Matris, vehicula aliorum Sanctorum Martyrum Corporibus onuſta proſequentis. Hæc namque moraliter, & in prudentum exiſtimatione intelligenda ſunt. Denique dicuntur Sancti *per ſe uniti*, *& veluti ex natura rei*, ſi habeant quidquid requiri diximus ad Sanctos *per ſe* unitos, & ulterius inter eoſdem aliqua intercedat conſanguinitas, vel affinitas vera, & carnalis; ratione cujus dicuntur veluti ex natura rei conjuncti. Ità quoad hæc Caval. cit. c. 5. initio. Hactenus de Patrono principali, jam de Patrono minus principali, ut promiſimus, erit agendum.

30. Si Sanctus igitur Patronus minus principalis habeat Socios in Calendario, eodem fere modo diſcurrit Cavalerius, dicens, quod ſi in Calendario ſint uniti per ſe, & veluti ex natura rei, celebretur de Sociis una cum Patrono ſub ritu duplici majori; etiamſi habeant ritum ſimplicem in Breviario; quod ſi habeant elevatiorem, puta 2. cl. celebretur ſub eodem ritu elevatiori. Caval. *cit. c.* 5. *in d.* 4. *n.* 5. *&* 7.

Si autem ſint uniti per accidens, aut per ſe quidem, ſed non inſuper veluti ex natura rei, tunc ſi in Calendario habeant ritum duplicem minorem, vel ſemiduplicem, celebretur ſimiliter etiam de Sociis, una cum Patrono ſub ritu duplici majori; ſi vero habeant ritum elevatiorem, eodem privandi non erunt. Caval. *in d.* 4. *num.* 5.

At ſi in prædicto caſu, quo nimirum ſint uniti per accidens, aut per ſe ſolum, & non inſuper veluti ex natura rei, habeant in Calendario ritum ſimplicem, vult Cavalerius nu. *6.* de Patrono minus principali recitandum eſſe ſub ritu duplici majori; de Sociis autem ſub ritu ſimplici; atque adeo in Officio Patroni minus principalis fieri debere commemorationem Sociorum, & eorumdem nonam lectionem eſſe legendam, ſi propriam habeant. Ità Caval. qui hujuſmodi aſſertionem ſuam, ait, videri clare ſtabiliri, ex quodam Decreto S. C. R. emanato *16.* Januar. *1677.* quod ipſe in cit. c. 5. explicat ultimo loco: Loquitur autem illud Decretum de Sancto, cujus habeatur inſignis Reliquia, & cum Socio ſit in Breviario, & uterque habeat ritum ſimplicem. Et quidem S. C. R. declaravit in illo Decreto in eo caſu, de Sancto, cujus habetur inſignis Reliquia, recitandum ſub ritu duplici, de Socio autem ſub ritu ſimplici eadem die; putatque Cavalerius in illo Decreto ſermonem tantummodo eſſe de Sanctis, qui ſint ſolum per accidens uniti: aut per ſe dumtaxat, non item ex natura rei; videantur dicta 21. Octob. n. 3. ubi de eo Decreto ſermo fuit. At vero illi etiam in hoc ſenſu accepto derogatum fuit, uti contra Cavaler. oſtendimus loc. cit. derogatum, inquam, fuit ab eadem Sac. Congreg. per Decretum emanatum 11. Januarii 1749. quod allegavimus loc. cit. in quo declaratum fuit: ſi habeatur

ali-

aliqua inſignis Reliquia e Sociis S. Urſulæ *fieri debere Officium duplex de SS. Urſula, & Sociis*. Quæ quidem Sanctæ in Breviario habent ritum ſimplicem, & licet ſint unitæ per ſe, at non item ex natura rei, ut ex ipſomet Cavalerio notavimus ſupra. Hoc poſito, jam patet non amplius admitti poſſe prædictam Cavalerii diſpoſitionem.

Itaque nos dicimus: in prædicto ultimo caſu, quo Sanctus Patronus minus principalis habeat Socium, vel Socios in Calendario cum ritu ſimplici, etſi non ſint inter ſe juncti veluti ex natura rei, adhuc celebrandum eſſe de Patrono, & Sociis ejus ſimul ſub ritu duplici majori. Probatur ex eo quia, ut ſignificat ipſe Caval. in *cit. d.* 4. *n.* 6. & 8. de Patrono minus principali habente Socios in Calendario diſcurrendum eſt ſimiliter, ac de Sancto, cujus habetur inſignis Reliquia, & qui ſimiliter Socios habeat in Calendario; atqui de Sancto, cujus habetur inſignis Reliquia, & qui habet Socios quomodolibet unitos in Calendario ſub ritu ſimplici; celebratur una cum Sociis ſub ritu duplici minori, qui ritus competit ob inſignem Reliquiam. Ergo de Sancto Patrono habente Socios quomodolibet unitos in Calendario ſub ritu ſimplici, celebrandum eſt una cum Sociis ſub ritu duplici majori, Patronis minus principalibus competenti.

Ex dictis igitur habes, quod ſi Patronus minus principalis habeat Socios in Calendario, quomodolibet ſint uniti, non ſint ſeparandi a Patrono, ſed celebrandum eſt de omnibus ſimul Officium duplex majus, niſi in Calendario ritu elevatiori donentur.

Quod autem attinet ad ordinem 31
recitandi Officium in caſu ſuperius expoſito ſeparationis Sociorum a Patrono principali, vel Titulari, & in caſu, quo particulare ſpeciale non ſit conceſſum Officium a S. Sede; hæc habeas. Primo curandum erit, ut omnia congruant feſto, ita ut de uno, & non de pluribus fiat Officium, & ſi qua S. Patronus, vel Titularis propria habeat in Breviario, illi ſunt reſervanda, omiſſis iis, quæ ad Socios tantummodo ſpectant, ſi ea potuerint ſeparari; & deficientibus propriis, erit ad commune Sanctorum recurrendum: non ad commune, de quo ſumebatur Officium antecedenter ad diviſionem, ſed ad Commune, quod Sancto competit poſt ſeparationem prædictam. Quapropter ſi e. g. S. Suſanna die 11. Auguſti dividatur a S. Tiburtio: ejus Commune, ex quo ſumentur lectiones, & reliquum Officium, non erit amplius Commune plurimorum Martyrum, ſed Commune Virginum. Si S. Sebaſtianus dividatur a S. Fabiano: Officium S. Sebaſtiani non erit amplius de Communi plurimorum Martyrum, ſed unius Martyris non Pontificis. Evenire tamen poteſt, ut idem ſit Commune Sanctorum diviſorum, & unitorum, ut ſi ſeparentur plures Confeſſores, vel plures Virgines, &c.

Si Sancti uniti habeant Orationem propriam, hæc danda eſt Sancto Patrono, ſeu Titulari a Sociis diviſo, eique accommodanda, tacendo Sociorum nomina, ſi in Oratione exprimantur; ſimiliter ſi complectantur ſub verbo *Sociorum*, aut ſimili, tacendo hujuſmodi verbum, & pronunciando in numero ſingulari, quæ in plurali ponuntur, ſi fieri poteſt; ſecus

Digitized by Google

cus de competenti Communi ſumatur; Caval. *cit. c.* 5. *d.* 1. *n.* 10. *&* *in d.* 2. *n.* 7. Quod ſi Sanctus Patronus, vel Titularis habeat in Breviario cum Socio orationem de Communi, facta ſeparatione; non ea dicenda eſt pro Sancto a Socio ſeparato, ſed ſumenda de reſpectivo competenti Communi poſt ſeparationem adepto; niſi quæ aſſignata eſt, alicui, vel utrique etiam diviſim æque competeret; Caval. cit. c. 5. in d. 2. *n.* 7. & ſic ſi S. Sebaſtianus e. g. ſeparetur a S. Fabiano, Oratio pro S. Sebaſtiano erit de Communi unius Martyris non Pontificis: *Præſta quæſumus*. Caval. *in d.* 2. *n.* 6. & congruentius ſumenda videtur ea, quæ ibi eſt ſecundo loco, eo quod S. Sebaſtianus ſpecialiter conſueverit honorari, & in Patronum aſſumi propter liberationem, ſeu præſervationem a peſte, ſimilibuſque malis, & adverſitatibus interceſſione ipſius; in præfata autem Oratione dicitur: *A cunctis adverſitatibus liberemur in corpore*: eſt igitur aptior. Porro etſi ea, quæ in Communi Sanctorum ponuntur primo, & ſecundo loco, poſſe ad libitum eligi videantur; ſi qua tamen habentur, quæ magis competere dignoſcantur Sancto, de quo celebratur Officium, tunc ea ſumenda ſunt; ut rite animadvertit Caval. cit. c. 5. in d. 7. n. 7. & rurſus videri poteſt idem *tom.* 2. *par.* 2. *c.* 34. *in d.* 9. *n.* 3. *&* 4. Unde, ſi e. g. Officium fieret de Sancto Martyre, qui perſecutionem paſſus fuerit a Parentibus, fratribus &c. in tertio nocturno potius legenda erit Homilia in Evang. *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum &c.*, quam Homil. in Evang. *Si quis vult*; quemadmodum pro Sancto Hermenegildo diſpoſitum eſſe notavimus 13. April. art. 1. n. 3. Idipſum procedit pro lectionibus ſecundi nocturni, ſi hæ quid proprium ei, de quo fit Officium, dignoſcantur habere.

Itaque in dicto caſu ſeparationis S. Sebaſtiani a S. Fabiano dicetur Oratio: *Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut intercedente &c.*, non autem illa, quæ in Breviario ponitur in *ejus* feſto: *Infirmitatem*; quia hæc etſi in Officio SS. Fabiani, & Sebaſtiani bene aſſumpta ſit, eo quod S. Sebaſtianus Pontifex, & Martyr fuerit, ac conſequenter cum Pontifex Martyr nobilior ſit Martyre non Pontifice, deſumi debuit potius Oratio de Martyre Pontifice, tacito in ea nomine *Pontificis*, ut conveniret etiam S. Sebaſtiano. Separato autem S. Sebaſtiano a Socio S. Fabiano, cum S. Sebaſtianus non ſit Pontifex, potius ei congruit prædicta Oratio de Martyre non Pontifice; ut obſervat Caval. *cit. c.* 5. *in d.* 2. *n.* 6.

Contra vero ſi S. Fabianus eſſet e. g. Titulus Eccleſiæ a Socio S. Sebaſtiano ſeparandus, ejus Oratio erit eadem, quæ in Breviario *Infirmitatem*, quæ tamen ei accommodanda erit, & recitanda, ut ponitur in Communi unius Martyris Pontif. ideſt in numero ſingulari, & tacito nomine S. Sebaſtiani. Idipſum eveniret, ſi Officium fieret de pluribus Confeſſoribus Pontificibus cum Oratione: *Da quæſumus*: etſi enim ſepararentur, adhuc in eorumdem utroque Officio poſſet adhiberi, & ſic in aliis ſimilibus. Caval. in cit. d. 2. num. 7.

Quod de Oratione dictum eſt, idipſum intelligatur de lectionibus primi, & ſecundi Nocturni, Antiphonis, & aliis, ut dicebamus; unde ex le- 33

lectionibus, Antiphonis, Reſponſoriis, &c. illa, quæ evidenter conſtat, eſſe poſita ratione talis Sancti, qui cum Socio, vel Sociis eſt in Calendario, eadem reſervanda ſunt ipſi a Sociis ſeparato, atque adeo in ipſius Officio recitanda. Quapropter, quia ſatis apparet, lectiones primi nocturni de Epiſtola S. Jacobi Apoſtoli adhiberi in Officio SS. Philippi, & Jacobi intuitu ſolius S. Jacobi, in hujus Officio recitandæ eſſent; & in Officio S. Philippi deſumendæ de Communi Apoſtolorum.

Antiphonæ vero Laudum, quia ſunt magis propriæ de S. Philippo, uti & Evangelium cum ſua Homilia, & illius cauſa introductæ creduntur; reſervari deberent Officio S. Philippi; depromptis de Communi Apoſtolorum pro Officio S. Jacobi. Gavant. *ſect.* 7. *c.* 7. *n.* 1. Caval. *in d.* 2. *n.* 9.

Lectiones autem, quæ non congruunt ſoli Sancto Patrono a Sociis ſeparato, ſi non habeantur propriæ approbatæ, & a S. Sede conceſſæ, ſumantur de Communi primo, vel ſecundo loco, prout videbitur congruentius, quemadmodum ſupra notavimus, & explicavimus. Eſt autem animadvertendum, quod ſi unica lectio habeatur in Breviario in 2. noct. quæ congruat Sancto a Sociis ſeparato, hæc erit ordine quarta, atque adeo erit prima ſecundi nocturni: reliquæ ſumantur de Communi, eo ipſo quo ibi jacent ordine, itaut prima lectio ſecundi nocturni de Communi, ſit ſecunda lectio in Officio prædicti Sancti in ſecundo nocturno; & ſecunda de Communi evadat tertia in eodem Officio; unde ſi fieret Officium e. g. de uno Martyre, cujus legeretur unica lectio propria, & reliquæ de Communi primo loco: ſecunda lectio ſecundi nocturni in Officio præfati S. Martyris eſſet *Triumphalis &c.* quæ eſt prima lectio ſecundi nocturni de Communi primo loco, & tertia foret: *Coronata*, quæ ibi eſt ſecunda. Similiter ſi leguntur duæ lectiones propriæ, tertia erit de Communi, erit autem quæ ibi eſt prima in ſecundo nocturno. Exempla hujuſmodi habentur in Breviario plura.

Deinde de Sociis, ſi de his recitetur die immediate ſequente feſtum S. Patroni, vel Titularis ſub ritu ſemiduplici, ut ſupra dictum eſt, Antiphonæ, ℣. & Oratio ſumentur de reſpectivo Communi competenti poſt factam hujuſmodi ſeparationem, quemadmodum ſupra explicavimus, & ad Laudes, & ſecundas Veſperas pro commemoratione Octavæ reſerventur pro Sancto Patrono, vel Titulari, Oratio, & alia, ſi qua ſint propria, quæ eidem data ſunt in ejus feſto, & non eſt in ſua poſſeſſione turbandus; præſertim quia, ſi ea Patrono tollerentur, & darentur Sociis, deinceps iterum reſumi deberent in aliis diebus Octavæ, qui ſuperſunt; unde ſine neceſſitate fieret incongrua interruptio. Gavant. *ſect.* 3. *c.* 10. *n.* 14. Caval. *d.* 2. *n.* 11. Si vero ea, quæ Patrono conveniunt, ſint æque propria Sociorum, iiſdemque ſimiliter conveniant, videntur ſervanda fore dicta 14. Januar. n. 26. 30. & 32. & die 23. Julii nu. 2. Si geſta Sanctorum in lectionibus ſecundi nocturni propriis ita permixta ſint, ut ſeparari nequiverint in feſto Patroni, nihilominus eædem lectiones ad Socios pertinentes, repetendæ ſunt in eorum feſto. Caval. *in d.* 7. *n.* 19. Si vero feſtum Sociorum celebretur

poſt

poſt Octavam Patroni, vel Titularis, tunc omnia, ſi qua habeant Socii propria, ſeu aſſignata in Breviario, & ipſis reddenda ſunt: quoniam ad Commune non eſt recurrendum, niſi deficientibus propriis, ſeu aſſignatis; reddi vero jam poſſunt propria Sociis ſine injuria Patroni, cujus feſtum, & Octava jam præteriit. Gavant. ſect. 3. c. 10. n. 14. Caval. *in d. 2. n. 8. & in d. 7. n. 19.* Similiter faciendum exiſtimat, ſi de Sociis recitetur ſub ritu duplici 2. cl. die infra Octavam Patroni, quæ non ſit ſecunda, nec ſeptima, in caſu, quo nec in ſecundis Veſperis prædicti feſti facienda ſit commemoratio Octavæ; ut accidit quando ſequenti die non erit faciendum Officium de die infra Octavam. Porro in hujuſmodi caſu ſine præjudicio feſti Patroni redderentur Sociis, quæ eorumdem ſunt propria, ſeu iiſdem aſſignata, ſine præjudicio, inquam, Patroni, cum enim nulla facienda ſit commemoratio illius Octavæ, nihil redderetur ei variatum.

Sed quid? Si Socii reponerentur in die immediate ſequenti ad diem Octavam Titularis, aut Patroni? Si Veſperæ ſint de Sociis, & ſola commemoratio de die Octava, ut eſſet in caſu, quo de Sociis celebraretur ritu dupl. 2. cl. poſt prædictam diem Octavæ, impeditis omnibus diebus infra octavam: quia tunc identitas aliqua tantum contingeret in ſecundis Veſperis diei Octavæ, nec iterum reſumenda forent, quæ pro commemoratione diei Octavæ variata extitiſſent; ſatius videri exiſtimat Caval. *in d. 2. nu. 11.* variationem fieri pro die Octava, quam pro Sociis: maxime cum in die ſequenti etiam continuanda eſſent in Officio eorumdem Sociorum. Et ita omnino faciendum videtur, loquendo conformiter ad id, quod modo ſupra dictum eſt, ſi propria Patroni, æque ſint propria Sociorum, iiſdemque conveniant. Si autem Veſperæ integræ ſint de die Octava, & ſola commemoratio habeatur de Sociis: in ſecundis Veſperis diei octavæ retinenda eſſent propria, facta variatione pro Sociis, in quorum tamen Officio die ſequenti continuanda non eſſet variatio, ſed propria recitari deberent. Caval. loc. cit. An item Oratio, ſi propriam habeant? Vide 23. Julii n. 2. Quoniam vero in Communi Apoſtolorum non adſunt Orationes, cum omnes Apoſtoli propria Oratione donentur: quid faciendum ad varietatem Orationum in Officio S.S. Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, Simonis, & Judæ, ubi alteruter ſit Patronus principalis: in caſu, quo in Officio unius facienda ſit commemoratio alterius? diximus ſuis reſpective locis 1. Maij, & 28. Octobris.

Nota hic, quod in Vigilia Patroni, quæ habet Officium in Calendario, eſt ea die omittenda commemoratio de Patrono principali, ſeu principaliori, quæ alias fieri debet inter Suffragia Sanctorum communia, quando hæc facienda ſunt; omittenda ſiquam, eſt, ne eo die fiat Officium, & commemoratio de eodem. Vid. Caval. *tom. 2. c. 24. in d. 13. n. 1. & c. 32. in d. 1. n. 2. & c. 33. in d. 7. n. 5.* quam vero Regulam limitandam eſſe in feſtis Dei, & Chriſti Domini, qui non ſint juxta eumdem reſpectum, & rationem: ex eodem Caval. notavimus tr. 2. in Dom. 2. poſt Epiphaniam ſect. 1. num. 2. videantur etiam dicta in Dom. Sexageſ. ſect. 1. n. 2. Omiſſa autem commemoratione 35

ne Patroni principalis, non eſt ſupponenda commemoratio alterius Patroni minus principalis; vide infra dicenda n. 38.

Dixi 1. Omittendam eſſe inter ſuffragia commemorationem, quæ alias debet fieri de *Patrono*; enimvero in ſuffragiis debet fieri commemoratio non ſolum de Titulo Eccleſiæ, ſed etiam de Patrono loci, huncque eſſe ſenſum Rubricæ 35. n. 1. & ita intelligenda eſſe hæc ejus verba: *Illis adjungitur commemoratio de Patrono, vel Titulo Eccleſiæ ante, vel poſt commemorationem de Sancta Maria*, & alterius ſimilis in Breviario: docet Caval. cum aliis contra alios: vide eum *tom. 1. c. 3. in d.* 14. Quomodo autem ſit facienda commemoratio? videantur dicta c. 5. de Titul. Eccl. art. 2. n. 22. & 23.

Dixi 2. De Patrono principali, ſeu *principaliori*; Enimvero *Dum dicenda ſunt ſuffragia Sanctorum in locis gaudentibus duobus, vel pluribus Patronis principalibus, facienda eſt commemoratio tantum de Patrono principaliori*. S. R. C. 20. Novemb. 1681. in *Lauden*. apud Caval. cit. d. 14. niſi faveat conſuetudo ante Pium V. inducta faciendi commemorationem plurium Patronorum æque principalium; vid. Caval. loc. cit. n. 32. & 35. Poteſt autem, & debet fieri commemoratio plurium ad modum unius, ſi ſint Patroni ad modum unius ſub unica Antiphona, & Oratione, Caval. n. 33.

36 Si autem quæras: quinam cenſendus ſit principalior, ubi plures ſint Patroni principales, non ad modum unius? Reſpondet: cujus ſolemnitas feſtiva etiam in foro recolitur ex præcepto. Sed quid? ſi non ſolum in Choro ſint æque principales, ſed etiam in foro, ita ut plures Patroni celebrentur in foro ex præcepto. Reſpondeo: ille erit principalior, cujus feſtivatio recolitur vi Conſtitutionis Urbanæ, quæ in unoquoque loco feſtum principalioris Patroni ſtatuit in præcepto quoad forum; non autem illi, quorum dies ex particulari dumtaxat Indulto feſtivi haberentur. Caval. *loc. cit. num.* 29. Rurſus idem Caval. eodem *c.* 3. *in d.* 7. *num.* 14. ait, quod adhuc titulus aliquis adorit, ex quo unus præ altero, ſive præ aliis principalior poterit dignoſci, ad hoc enim apprime deſervire valet major Patronatus antiquitas: & in hujus defectu majoritas ſolemnitatis, qua feſtum unius præ altero ſemper celebratum extiterit: qui enim poſterius electus eſt in Patronum, cenſetur in Patronum minus principalem electum; uti & illi, cujus feſtivitas generatim in loco ſemper extitit celebrior, Patrocinii primatus non videtur poſſe rite contendi. Ita Cavalerius.

Principalis autem, ſeu principalior loci Patronus, de quo fieri debet commemoratio, non eſt Patronus univerſalis, ſed particularis loci, puta Civitatis. Caval. *tom. 1. c. 3. in d.* 14. *num.* 38.

An a Regularibus Patroni principalis loci, in quo morantur, ſuffragium fieri debeat? Negat Caval. *in cit. d.* 14. *n.* 42. Solemne enim eſt, inquit, cujuslibet Ordinis Regularibus Sancti ſui Inſtitutoris ſuffragium addere. (Confer Merat. *tom.* 2. *ſect.* 5. *c.* 18. *n.* 9.) Hinc cum per præſens ſupra allegatum Decretum, ac per Rubricas, unius dumtaxat ex Patronis principalibus ſuffragium fieri poſſit, ab iiſdem abſtinendum venit a Suffragio de Patrono loci. Religionum 37

Digitized by Google

num Fundatores ſunt Patroni principales Ordinum ab ipſis inſtitutorum, nec non omnium Monaſteriorum ubicumque ſitorum, & tamquam Patroni principales revera ab Ordinibus inſtitutis celebrantur ſub ritu duplici primæ claſſis, & cum Octava: & non eſt dubitandum, quod relate ad Regulares, etiam in particularibus locis degentes, principalior Patronus ſit Inſtitutor Ordinis, quam principalis loci Patronus puta Civitatis: adeoque Sanctus Fundator præferentiam habet in concurrentia; (ſed vide dicenda art. 8. n. 44.) imo & in occurrentia: apud Regulares enim feſtum Patroni principalis Loci eſt valde minus ſolemne (ſed iterum, vide dicenda cit. num. 44.) nec particularem habet celebritatem, quinimo nec cum Octava recolitur; qua propter ſi de principaliori Patrono dumtaxat agenda eſt commemoratio; nec dubium eſſe poteſt, quod de Inſtitutore Ordinis, & non de Patrono loci, ea fieri debeat a Regularibus. Hæc Caval. Quæ aſſertio confirmatur ex eo quod ex decreto S. R. C. apud eumdem Caval. *to.* 2. *c.* 24. *d.* 13. *In Officio S. Mariæ in Sabbato a Patribus Benedictinis facienda eſt commemoratio S. Benedicti, non vero S. Scholaſticæ*. S. R. C. 23. Junii 1736. in *Einſid.* Animadvertit autem Caval. ibi nu. 1. quod licet ſancito Patribus Benedictinis particularis appareat, etiam cæteris aptanda ſit Regularibus; quatenus enim in Officio S. Mariæ in Sabbato, & conſequenter in reliquis, quæ ſuffragia patiuntur, commemorationem, ideſt ſuffragium a Benedictinis de S. Benedicto faciendum eſſe declarat, reliquas inſtruit Religiones, idipſum facere debere de ſuo particulari reſpectivi Ordinis Inſtitutore; quia nimirum ipſe cenſetur principalior Religionis reſpectivæ protector, atque adeo reſpectu Regularium eorumdem principalior eſt loci Patronus. Quod tamen non procedit, ubi ſermo eſt de ſervando ſub præcepto in foro feſto unius principalioris Patroni loci; vide dicta art. 2. n. 8. & 9.

Cum autem ſupra monuerimus; 38 non eſſe faciendam commemorationem Patroni in Officio de Vigilia ejuſdem, quia non fit commemoratio ejus, de quo fit Officium; hinc animadvertendum eſt, a Regularibus omittendam eſſe commemorationem Sancti proprii Fundatoris, quando de eo recitant Officium ſub ritu, & tempore admittente Sanctorum Suffragia puta ſi recitent Officium votivum hebdomaticum, vel menſtruum ſub ritu ſemiduplici de Sancto proprio Fundatore; ob rationem ſignificatam, & ſupponitur in Decreto ſtatim allegando. Animadvertendum enim inſuper eſt, quod omiſſa in Suffragiis commemoratione Patroni principalis, de quo fit officium, non eſt ejus vice inſerenda commemoratio alterius Patroni minus principalis: uti conſtat ex altera parte modo allegati Decreti, quæ ita ſe habet: *Rurſus in Officio de S. Benedicto; quod iidem Monachi celebrare ſolent infra ſingulas hebdomadas, non eſt facienda commemoratio S. Scholaſticæ*. Igitur, ut obſervat Caval. ibi n. 1. quatenus decretum nihil habet de Suffragio S. Benedicti faciendo in hebdomadario ejuſdem Officio, patet, Suffragium de eo, de quo fit Officium, licet aliunde ſit debitum, minime faciendum eſſe. At ſi in Officio Patroni non eſt ejuſdem Suffragium addendum, nec vice Suffragii principalioris Patroni

troni Suffragium alterius ex reſpective minus principalibus Patronis ſubrogandum eſſe, edocet Sanctio, dum in Officio hebdomario Sancti Benedicti, commemorationem S. Scholaſticæ non eſſe faciendam, edicit; per hoc enim quod in Officio principalioris Patroni taceatur hujus ſuffragium, Patronus minus reſpective principalis non evadit principalior, quare hujus ſuffragium ſubſtitui non debet, utpote quod faciendum eſt de ſolo Patrono principaliori.

## ARTICULUS VI.

*De Miſſa.*

39 IN Feſto Patroni alicujus loci, & per octavam in Miſſa dicitur *Credo*. Rubr. gen. Miſſ. tit. 11. prope finem, ubi tamen ſermo eſt de Patrono principali, & de feſto principali ejuſdem, ut declaratur in ſequentibus Decretis: *In Miſſa Patroni minus principalis non debet dici* Credo: *& particulam* Patroni *intelligendam eſſe de Patrono principali tantum, nec poſſe extendi ad minus principales, ſtatuit S. R. C. 2. Decembr. 1684. in* Beneventana *& 15. Septembr. 1691. in* Lycien. *apud Caval. to.* 5. c. 12. n. 31. (*alias per errorem* 32.) Quæ Decreta confirmantur, & ſimul reprobatur, ſi qua ſit alicubi praxis in contrarium: *Exequenda ſunt omnino Decreta 2. Decembris 1684. & 15. Septembr. 1691. & 19. Junii 1700, quibus vetitum eſt dicere* Credo *in Miſſis Patronorum minus principalium, etiamſi numquam fuerint ad praxim deducta, & a Miſſalibus, ubi contrarium notatur, expungatur*. S. R. C. 22. Auguſti 1744. in *Cracovien.* apud Caval. l. cit. n. 33. (alias per errorem 34.) Etſi tamen obſervat, in Decreto de anno 1700. 19. Junii, quod hic exequi mandatur, non haberi ſermonem de feſtis Patronorum minus principalibus, ſeu ſecundariis Patronorum principalium, porro hujuſmodi Decretum ſic ſe habet: *In Feſto Translationis Patroni principalis Cathedralis, ſub ritu duplici majori, non poteſt in Miſſa dici Symbolum, tam in ipſa Eccleſia Cathedrali, quam etiam per totam Diœceſim*. S. R. C. 19. Junii 1700. in *Curien.* apud Caval. *loc. cit. n.* 53. (alias per errorem 54.): unde non habet locum ſententia Gavanti *in Rubr. Miſſ. par.* 1. *tit.* 11. *lit.* g. ubi ait: *In Translatione vero Sanctorum non dicerem Symbolum, niſi Officium ſit duplex; quod Translationi principalis tantum Patroni concedere ſolet Sacra Rituum Congregatio*. Cui Gavanti ſententiæ licet adhæſerit Guyetus, illam tamen rejicit Meratus *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 11. *n.* 11. jam enim denegat S. Rituum Congreg. Symbolum in feſto duplici Translationis Patroni etiam principalis; & licet in Decreto exprimatur tantum ritus duplicis *majoris*, id procul dubio factum eſt, eo quod de duplici majori proceſſit interrogatio; Cavalerius quidem, ita vult intelligendum eſſe Decretum, ut ſcilicet abſolute excludat Symbolum a feſto Translationis Patroni principalis, etiam altiori ritu celebrato ob rationem ſtatim aſſignandam; imo docet in eodem allegato Decreto ferri generalem regulam, & legem, non dicendi Symbolum in quacumque omnino Eccleſia Miſſa celebretur in feſtis minus principalibus, ſeu ſecundariis Patroni principalis, ſeu principalis Titularis Eccleſiæ Cathedralis, & principalis Patroni loci, quamvis celebrentur

Digitized by Google

tur ſub ritu duplici majori, vel etiam altiori; quia ritus altior non eſt de cauſis, quæ invehant Symbolum. Porro ut obſervat Caval. cit. n. 54. in Miſſis Patronorum, & Titularium recitatur Symbolum ratione celebritatis, quæ non pertranſit ad feſta ſecundaria, ſed præciſe ſiſtit in primariis; qua celebritate deſtituta cum maneant feſta quoque, licet primaria Patronorum, & Titularium minus principalium, in horum item Miſſis Symbolum omitti debebit, quemadmodum ſuperiora iterata Decreta jubent expreſſe. Non eſt autem hic ſermo de ea celebritatis ſpecie, quæ ſita eſt in pompa exteriori, populi concurſu &c. ſed de ea, quæ ex ſe debita eſt Patronis principalibus, vel principalioribus Titularibus in propriis Eccleſiis, & locis, & qua numquam expoliari valent, quamvis ſine ulla exteriori pompa celebrentur; unde feſtis primariis Patronorum principalium, ſeu principalium Titularium etiam in dicto caſu eſt aſſignandum Symbolum.

Si vero feſta ſecundaria, & minus principalia Patronorum principalium, & feſta primaria Patronorum minus principalium celebrentur cum pompa exteriori, & concurſu populi, tunc quidem & in ipſis dicendum foret ejus ratione Symbolum; quemadmodum in feſto Tituli Altaris ſolemniter celebrato, declaraſſe S. Congregationem notavimus cap. præcedenti; & Rubrica concedit Symbolum Miſſis ipſis votivis, ſi ſolemniter celebrentur pro re gravi, & publica cauſa.

In Feſto primario Patroni principalis dicendum eſt Symbolum in qualibet Eccleſia loci, in qua eſt Patronus, quia ibi celebritas ejus a propria Eccleſia extenditur ad totum locum, puta Civitatem, vel Regnum, cujus eſt Patronus. Caval. *cit. c.* 12. *num.* 33. Si autem Patronorum principalium Miſſam, extra locum, vel Regnum, ubi ſunt Patroni, contingeret celebrari, non refragratur Caval. cit. n. 33. fine, ſine ſymbolo faciendam fore: quemadmodum dictum eſt de Titularibus, quorum celebritas, quia non protenditur extra Eccleſiam propriam, ſeu cujus ſunt Titulares, eorum Miſſa ſine ſymbolo fieri debet, ſi extra Eccleſiam habeatur; & n. 38. id confirmat, extenditque ad feſta Patroni principalis Ordinis Regularis, ſeu Regularium feſtorum principalium; ita ut ipſi Regulares extra eorum Eccleſiam, nequeant in prædictis feſtis Symbolum recitare: & præſertim quia Rubrica feſtis principalibus Ordinum concedit Symbolum in Eccleſiis tantum illius Ordinis.

Etſi in Miſſis de Beatis non poſſit dici *Credo*: attamen ubi ex ſpeciali Indulto Beatus nondum canonizatus ſit Patronus principalis, dicendum eſt Symbolum in Miſſa, ut cum aliis docet Caval. cit. c. 12. num. 63. & confirmatur ex ſequenti declaratione S. C. quæ ſic interrogata: *Cum adſint Decreta S. R. C. aliquoties repetita, quod in Miſſa de Beatis, ideſt nondum canonizatis* Credo *dici non debeat, dubitatur, an in feſtis Beati Joannis Cantii, Beati Joannis de Dukla, Beati Ladislai de Gelniovv, & Beatæ Cinegundis Virg. quorum Officium auctoritate Sedis Apoſtolicæ tamquam de Patronis Regni principalibus ritu duplici primæ claſſis in Polonia recitatur*, Credo, *in Miſſa dicendum ſit?* S. R. C. reſpondit, *Affirmative*. 29. Novemb. 1755. in *Varmien.* ad 1. dub. apud Caval.

Digitized by Google

Caval. tom. 5. in collect. recentior. decret. Rurſus ubi ex ſpeciali Indulto plures adſint Patroni principales, in eorumdem omnium feſtis primariis dicendum eſſe Symbolum, docet Cavalerius ſupra cit. c. 12. n. 33.

40 In Eccleſiis, ubi Titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus populi ad celebrandum feſtum, quod transferri debet, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die, alia de feſto, excepta Dominica prima Adventus, Feria IV. Cinerum, Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Palmarum cum tota hebdomada majori, Dominica Reſurrectionis, & Dominica Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus, die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & Feſto Corporis Chriſti. Rubr. gen. Miſſ. tit. 6. de Translat. *In Eccleſiis, ubi quotidie non cantatur Miſſa, ſi occurrat feſtum Patroni, ſeu Titularis, diebus, quibus non poteſt de eo fieri Officium, poteſt nihilominus diebus non exceptis a Rubrica Miſſalis tit. 6. de Tranſlatione cantari Miſſa de Patrono, ſeu Titulari, licet non cantetur altera Miſſa concordans cum Officio.* S. R. C. 23. Auguſti 1704. in una Ordin. Eremit. S. Auguſt. apud Merat. *in ind. decret. Miſſ. nu.* 586. Simile eſt ſequens Decretum: *In Eccleſiis, ubi Titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus populi ad celebrandum feſtum, quod tranſferri debet; diebus, quibus juxta Rubricas Miſſalis de Translatione feſtorum, poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die, alia de feſto, in illis Eccleſiis, in quibus non ſit obligatio cantandi Miſſam quotidie, cantari poteſt Miſſa ſolemnis votiva de feſto occurrente tantum.* S. R. C. 17. Auguſti 1709. apud Zach. *ind. decret. nu.* 394. & apud Merat. *ind. decret. Miſſ. n.* 745.

Diebus, quibus ex conceſſione Rub. poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die, altera de feſto, quod transferri debet; prima de die, ſeu de Officio celebratur poſt Tertiam; altera vero de feſto translato celebratur poſt Nonam cum unica Oratione, *Gloria in excelſis*, & *Credo*; ſi illud tale feſtum admittat, & cum Præfatione propria, ſi eam habeat; ita cum aliis Merat. tom. 1. par. 1. tit. 6. n. 1. qui rite addit, quod etiamſi prædicto feſto non conveniret ſymbolum, nihilominus, ſi Miſſa ſolemnis ejuſdem feſti cantaretur in aliqua ex Dominicis non exceptis ut ſupra, ſymbolum adhuc eſſet dicendum ratione Dominicæ: quemadmodum in tit. de Miſſ. votiv. præſcribitur dicendum eſſe Symbolum in Miſſa votiva ſolemni pro re gravi, etiam in colore violaceo celebrata, ſi in Dominica celebretur: & hoc ratione Dominicæ. Confer Caval. *tom.* 5. *c.* 12. *de Symbolo n.* 15. Attamen in fine Miſſæ præfatæ dicendum erit Evangelium S. Joann. *In principio erat &c.* Merat. l. cit. juxta regulam generalem de Miſſ. votiv. Vide eumdem Merat. *cit. part.* 1. *tit.* 4. *n.* 51.

Si Patronus principalis habeat Socios, quorum Officium ſit transferendum: quomodo ordinandum ſit Officium Miſſæ ejuſdem, & deinde Sociorum? Collige ex dictis art. præc. qu. 5. a nu. 31. vide etiam dicta 1. Maij art. 3. qu. 2. & 3. & 28. Julij art. 1. n. 2.

In feſto Patroni principalis alicujus loci prohibitum eſſe celebrare Miſſam in Oratoriis privatis, notavimus 6. Januar. art. 1. ſect. 3. ſubſ. 2. qu. 2. n. 38.



Digitized by Google

## ARTICULUS VII.

*De Functionibus Pontificalibus.*

41 FUNCTIONES ſolemnes in feſto principalis Patroni Civitatis, abſente, vel impedito Epiſcopo, ſpectant ad primam Dignitatem, ex Decret. S. R. C. 28. Septembr. 1619. in *Collen.* apud Merat. *ind. decret. Miſſ. n.* 175. & ex Decr. ejuſdem S. C. 3. Decemb. 1672., vide 6. Januar. art. 1. ſect. 4.

## ARTICULUS VIII.

*De Translatione Feſti Sancti Patroni.*

42 FESTUM Patroni excluditur, atque adeo transferendum, ſi occurrat illis diebus, qui excludunt feſtum Dedicationis Eccleſiæ, quos dies notavimus cap. 4. de Dedic. Eccl. art. 2. qu. 1. nu. 19. Quibus autem diebus poſſit cantari ſaltem Miſſa votiva de feſto, quod transferri debet: habes hic art. 6. n. 40.

Si feſtum Patroni principalis loci occurrat in feſto Tituli Eccleſiæ propriæ: ſupponendo feſtum Patroni celebrari ſub præcepto, nec non majori ſolemnitate præ feſto Tituli; transferendum eſt feſtum Tituli. Quod ſi occurſus foret perpetuus, aſſignanda foret Titulo dies alia fixa. Confer Merat. *tom.* 2. *ſect.* 3. *c.* 10. *n.* 9. & 10. & mox dicenda infra n. 44.

43 *In Patronorum, ſive Protectorum præcedentia ſervandus eſt ordo Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, & inter ordinem hierarchicum attendenda eſt anterioritas in electione.* S. R. C. 11. Martii 1690. in *Lycien.* apud Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *d.* 3. qui num. 12. ait: hoc decretum videri locum habere quoad Patronos principales particulares, quorum dies feſtiva non eſt, ubi plures habentur, ſicuti & inter Patronos principales univerſales ejuſdem rationis, nec non inter Patronos minus principales particulares, vel univerſales; cum enim eorumdem feſta ſint ejuſdem ritus, & ſi ſimul occurrant, unum eorumdem neceſſe ſit dimitti, juxta Rubricas: ratio utique expoſtulat, quod transferatur illud, quod in ordine hierarchico inferiorem occupat locum; & quod retineatur illud, quod in eodem tenet digniorem; in caſu enim omnimodæ paritatis in occurſu, in quo alterum ex feſtis neceſſario eſt dimittendum, nec utrique ex feſtis occurrentibus Officium per partes diſtribui valet, in conſiderationem cadit etiam diſparitas illa, quæ alias non attenditur; & in concurrentia, in qua Veſperæ per æquas partes ſecari queunt, negligitur. Ordo autem hierarchicus ſervandus eſt juxta Litaniarum ſeriem, ſecundum quam Sanctorum nomina in iiſdem deſcripta inveniuntur; (vide tamen Meratum *tom.* 2. *ſect.* 3. *c.* 8. *n.* 10.) itaut priorem locum teneat Chriſtus, poſtea Deipara, Angeli, S. Joan. Baptiſta, S. Joſeph, (quem licet Caval. præterierit, deſcribendum attamen eſſe in Litaniis, locumque in iiſdem habere poſt S. Joan. Bapt. notavimus 25. April. n. 19.) Apoſtoli, & Evangeliſtæ (vid. rurſus Merat. loc. cit.) Martyres, Pontifices, Confeſſores, Virgines, Viduæ; Martyr ſimul, & Pontifex præcedit Martyrem non Pontificem; Papa Epiſcopum; Virgo Martyr Virginem tantum; & quæ Virgo tantum eſt, præcedit ſanctam Viduam tantummodo. Ita Caval. n. 13. qui etiam ſequentibus numeris explicat quoſdam alios ſenſus præfati De-



Digitized by Google

creti, ad quæſtionem vero præſentem minime facientes.

44 Qu. Utrum occurrente eadem die feſto principali principalis Patroni loci, & principali feſto Sancti Fundatoris alicujus Religionis, debeant Regulares talis Religionis in eodem loco degentes transferre feſtum Patroni loci, ut celebrent feſtum principale proprii Fundatoris?

℟. Merat. *to.* 2. *ſect.* 3. *c.* 10. *n.* 10. docet: quod, cum feſtum Fundatoris, ſeu Patroni alicujus Ordinis tamquam de præcepto in foro celebretur ab omnibus ſub ejus Inſtituto militantibus (recole a nobis dicta art. 2. n. 9.) ideo, abſque dubio, ab iis præferri debeat feſto Patroni loci, & non ſit poſtponendum, niſi feſtis primæ claſſis Eccleſiæ univerſalis excludentibus quodlibet aliud feſtum occurrens; quæ ſupra recenſuerat nu. 2. Cohæret Caval. *tom.* 1. *c.* 3. *in decr.* 14. *n.* 92. ubi docet: Sanctum Fundatorem Ordinis apud reſpectivos Regulares præferentiam habere in occurrentia Sancti Patroni principalis loci; apud Regulares enim, inquit, feſtum Patroni principalis loci eſt valde minus ſolemne, nec particularem habet celebritatem; ita Caval. Accedit Lucius Ferraris, qui V. *Feſta* n. 91. tradit, aitque: in occurrentia Fundatoris, ſeu Patroni Religionis, & Patroni principalis loci, Regulares præferenter ad Patronum loci ſolemnizare feſtum ſui Fundatoris, ex variis Decretis Sacræ Congr. Rit. & ſignanter in *Senogallien.* 22. Januar. 1689., & *in una Urbis & Orbis* 12. Julii 1704. & in *Burgen.* 25. Julii 1736., & in *Mechlinen.* 16. Feb. 1737. relatis a Merat. *in indice Decret. ad Breviarium ſpectantium*, & a P. Caval. *tom.* 1. *par.* 2. *c.* 26. *de occurrentia, ſeu translatione feſtorum*; ita ille. Hujuſmodi autem Decreta, quorum ipſe meminit, deſcribit quidem Caval. in editione, qua ego utor *tom.* 2. *par.* 1. *c.* 26. *de occurrentia, ſeu translatione feſtorum*; & illud in *Senogallien.* ita ſe habet: *Occurrente eadem die feſto novem lectionum Calendarii particularis cum altero feſto Calendarii univerſalis, quæ tamen ſint ejuſdem ritus, prius recitari debet de feſto Calendarii particularis, & poſtea univerſalis.* S. R. C. 22. Januarii 1689. in *Senogallien.* apud Caval. l. cit. d. 5. Alterum in una *Urbis*, & *Orbis* eſt tenoris ſequentis: *In occurrentia feſti Calendarii particularis, & feſti Calendarii univerſalis cum paritate ritus, & ſine excellentia majoris dignitatis, faciendum eſt de primo, translato ſecundo.* S.R.C. 12. Julii 1704. apud eumdem Caval. d. 8. Denique Decretum in *Burgen.* & *Mechlinen.* ita deſcribit Caval. d. 9. *Quæſitum fuit: an feſta Diœceſana occurrentia eadem die cum feſtis Romanis præponenda ſint feſtis Romanis ejuſdem ritus, & ſolemnitatis? e. g. die 4. Decembris feſtum Diœceſanum S. Barbaræ occurrit cum feſto duplici Romano S. Petri Chryſologi: dubitatur, & quæritur; quale feſtum ſit prius celebrandum? & reſponſum fuit. Detur Decretum ſub die 12. Julii 1704. Ita Decr. S.R.C. 25. Junii 1736. in* Burgen., *& idem confirmatum fuit die 16. Febr. 1737. in* Mechlinen.

Verum ego animadverto primo: in hujuſmodi Decretis non fieri in ſpecie mentionem feſti Sancti proprii Fundatoris occurrentis eadem die, in qua celebretur feſtum principalis Patroni loci; ſed ſermonem eſſe in genere de occurrentia feſtorum Calendarii particularis cum feſtis Calenda-

rii

rii univerſalis. Deinde hujuſmodi Decreta præferentia feſta particularia univerſalibus feſtis, ut allegatus Meratus animadvertit *to. 2. ſect.* 3. *c.* 8. *n.* 11. non ſunt intelligenda de feſtis univerſalibus, vel etiam particularibus Diœceſis, aut Civitatis, quæ ſint ſub præcepto in foro; hæc enim, cæteris paribus, præferri debent particularibus alicujus Eccleſiæ, atque adeo particularibus Regularium. Quod quidem a Merato l. cit. ſine confirmatur exemplo Baſilicarum Urbis, Lateranenſis, Vaticanæ, & Liberianæ, quæ nimirum, poſtea quam multos annos celebraverint die 26. Maij feſtum S. Eleutherii Pap. ſub ritu duplici, accedente autem feſto S. Philippi Nerii ejuſdem ritus, & in Urbe de præcepto quoad forum ſervando; celebrant alia die feſtum S. Eleutherii. A nobis confirmatur in ſpecie, quoad Regulares ipſos, ex eo Decreto S. C. quod dedimus art. 4. n. 16. *Quando occurrit feſtum aliquod in Diœceſi, quod ſit de præcepto quoad forum* (cujuſmodi eſt in quolibet loco feſtum reſpective Patroni principalis ſervandum quoque a Regularibus ejuſdem loci, ut art. 2. notavimus:) *Regulares de eo debent Officium facere; niſi apud ipſos occurrat eadem die aliud, quod feſtum ſit ejuſdem claſſis, ritus, & majoris dignitatis.* Hoc eſt, (ut art. 4. n. 16. explicavimus ex ipſo Caval.) majoris dignitatis, vel quaſi eſſentialis, & inſignis, quæ nempe reperitur in feſtis a Rubr. 11. de concurr. n. 2. verſu: *Inter Feſta:* recenſitis; vel prædictæ quaſi eſſentiali dignitati æquipollentis, qualis eſt ea, quæ petitur a ſolemnitate exteriori, qua feſta in propris locis, & Eccleſiis celebrantur: quæque ſita eſt in pompa exteriori, apparatu, populi concurſu, aliiſque ſimilibus; vide dicta 14. Januarii art. 1. n. 20.

Itaque ſi feſtum S. Fundatoris reſpective apud Regulares occurrat in feſto Patroni principalis loci, quod eſt ſub præcepto in foro etiam pro Regularibus in eodem loco degentibus: quamvis detur feſtum S. Fundatoris eſſe reſpective apud eoſdem Regulares ſimiliter de præcepto in foro: de qua re videri poſſunt dicta art. 2. n. 9. nihilominus Regulares non poſſunt recitare Officium Sancti Fundatoris proprii, & transferre Officium principalis Patroni loci, niſi ratione explicatæ *majoris dignitatis extrinſecæ*, quam haberet feſtum Sancti Fundatoris præ feſto Patroni loci non majoris dignitatis eſſentialis, ut ſupra.

Sed animadverto ſecundo: non videri, poſſe alicubi, præſertim in magnis, & nobilibus Civitatibus feſtum ullius Sancti Fundatoris celebrari a Regularibus cum ſolemnitate exteriori prædicta *majori* præ ſolemnitate, & pompa, qua celebretur a populo feſtum principalis Patroni loci; ſed nec congrueret eodem die celebrari ita, maxime in locis parvis; medicique populi: ſic enim minueretur concurſus populi ad Eccleſiam proprii Patroni loci, idemque populus averteretur, quod non oportet, a ſpeciali cultu Patroni ſui in die feſto ejuſdem.

Ex quo ſequitur, quod occurrente feſto S. Fundatoris in feſto Patroni principalis loci æqualis dignitatis intrinſecæ, debeant Regulares ibi degentes transferre feſtum S. proprii Fundatoris. Favet etiam hic declaratio quædam S. R. C. in una Ordinis Excalceatorum S. Auguſtini,

quam dedimus ubi de feſto SS. Nominis B. M. V. in Dom. infra Oct. Nat. ejuſdem. Porro interrogata fuit laudata S. C. *An feſtum SS. Nominis B. M. V. quod pro Regnis, & Provinciis Auſtriacis eſt duplex ſecundæ claſſis, in occurrentia cedere debeat feſto Sancti Nicolai Tolentinatis, quod eſt duplex ſecundæ claſſis cum Octava; præſertim cum illud* ( feſtum ſcilicet laudati SS. Nominis ) *Viennæ cum ſolemniſſima utriuſque Cleri proceſſione, maxima exteriori pompa, indulgentiis etiam plenariis, ac ingenti populi concurſu, ob liberationem Civitatis ab obſidione Turcarum, celebretur? Reſponſum fuit; negative; Octava enim non elevat ritum; in paritate autem ritus attendi debet tum major dignitas B. M. V. juxta Rubr. de concurrentia Officii tit.* 11. *n.* 2. tum major ſolemnitas celebrationis, & populi concurſus, *juxta Decretum* 20. *Martii* 1683. *in quo ſic: Si Officia, quæ recitari debent in aliquibus Regnis, ſint ejuſdem ritus, & dignitatis, an ſit præferendum Officium loci Officio in proprio Cale dario deſcripto? Reſolutum fuit: præferendum eſſe Officium, quod* cum majori ſolemnitate & populi concurſu celebretur. S. R. C. 11. Januarij 1749. in una Ordinis Excalceatorum S. Auguſtini Provinciæ Auſtriæ; apud Caval., *tom.* 2. *in append. ad c.* 28. *d.* 4. Qui animadvertit, eadem præferentia donandum in concurrentia, ob rationem eamdem. Decretum vero de ann. 1683. quod allegatur, explicat idem Caval. eodem to. 2. c. 26. d. 4.

Ubi autem Titulus Ordinis Regularis (qui qualis dicatur? vid. Merat. *to.* 2. *ſect.* 3. *c.* 12. *n.* 7.) ſit majoris dignitatis eſſentialis, & inſignis, ut ſupra, præ Sancto principali Patrono Civitatis, ſeu loci: feſtum Tituli occurrens in feſto Patroni laudati inferioris dignitatis, adhuc non oporteret a Regularibus talis Ordinis ibi degentibus eodem die celebrari cum ſolemnitate, & pompa exteriori: ne, ut ſupra dicebamus, minueretur, præſertim in parvis Oppidis, concurſus populi, necnon in Eccleſia Patroni loci; adde, cum offenſione Superiorum, ſeu Rectorum illius Eccleſiæ, & lites facile poſſent oriri quoad divina Officia celebranda, proceſſiones &c. In dicto igitur caſu Regulares talis Conventus, ſi Officio Tituli proprii Ordinis ritus æqualis, ſed majoris dignitatis eſſentialis præ loci Patrono non aſſignaverint cum debitis facultatibus aliam diem, recitabunt quidem de Titulo proprii Ordinis, ſed ſine pompa exteriori in propria Eccleſia; quam tamen ſolemnitatem, & pompam exteriorem decet non plane omittere, ſed transferre in aliam diem commodiorem, ad fovendam devotionem populi etiam erga Titulum talis Ordinis, & erga Regulares Profeſſores ejuſdem.

## ARTICULUS VI.

*De Indulgentiis.*

SEMEL in anno in feſto principaliori Patroni Civitatis, ſeu loci, confeſſi, & ſacra communione refecti lucrantur indulg. plen. ex Greg. XIII. 10. April. 1580. Conſtit. *ad excitandam*, ut meminit Luc. Ferrar. V. *Indulg.* art. 6. n. 15. fine. 45

CA-

Digitized by Google

# CAPUT VIII.

## DE DIE OBITUS, ET DEPOSITIONIS DEFUNCTORUM.

### Agitur Articulis VI.

Art. I. *Not. ante Proceſſionem Funeralem.*
Art. II. *De Funerali Proceſſione.*
Art. III. *De Officio, & Miſſa Defunctorum in die obitus, ſeu Depoſitionis Defuncti, & abſolutione in exequiis.*
Art. IV. *De Not. pro ſepeliendo Cadavere.*
Art. V. *De Quarta Funerali.*
Art. VI. *De diebus, quibus non ſunt celebrandæ ſolemniter Defunctorum exequiæ, vel ratione feſtivitatis maximæ, vel præexcelſi myſterii.*

## ARTICULUS I.

### *Not. ante Proceſſionem Funeralem.*

1 Ad quæſitum: *An hæredes defunctorum ſint cogendi ad retinendum domi Cadavera uſque ad tempus illa ſepeliendi? An vero iiſdem hæredibus liceat pro libito aſportare dicta cadavera a propriis domibus ad quamcumque aliam Eccleſiam, per modum depoſiti, uſque ad horam illa tumulandi, etiamſi eſſent ſepelienda in Eccleſiis Regularium, non obſtante diſſenſu Parochi, ſeu prohibitione ab eodem facta, uti Vicario Foraneo? S. R. C. reſpondit:* petita, & etiam non obtenta licentia, poſſe cadavera deponi arbitrio hæredum in qualibet Eccleſia, uſque ad tempus illa proceſſionaliter deferendi ad Eccleſiam ſepulturæ. *Die* 22. *Junii*, & 13. *Julii* 1625. apud Caval. tom. 3. c. 15. d. 10. Quando Cadaver ad Eccleſiam, vel alium honeſtum locum pro depoſitione defertur, fieri poteſt ſine præſentia Parochi, id tamen privatim fieri, & de nocte, vel ſummo mane, conſultum erit; numquam vero ſine luminibus; ita Caval. loc. cit. n. 3. Si Cadaver deponi velit in Parochiali defuncti, hæc tenetur Cadaver acceptare, ſecus vero aliæ Eccleſiæ. Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *in d.* 37. *n.* 2.

Rurſus ad quæſitum: *An Cadavera defunctorum ſepelienda in Eccleſia Regularium, antequam ad eorum Eccleſiam deferantur, debeant prius aſportari ad Parochialem, & eorum ibidem debeat fieri expoſitio uſque ad horam ſepulturæ? Reſpondit negative S. Congr. Concilii* 14. *Martii* 1722. & 16. *Martii* 1726., & 6. *Febr.* 1734. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *d.* 21. & S. R. C. 22. Junii, & 3. Julii 1675. apud Caval. *cit. c.* 15. *d.* 21., & S. R. C. 13. Julii 1675. apud eumdem loc. cit. num. 1.

De habitu, quo ſint veſtienda Cadavera, agit Rit. Rom. Pauli V. tit. de *Exequiis* poſt initium. Nos hic deſcribimus quoddam decretum Clementis XI. quoad Cadavera Eccleſiaſticorum, quod ita ſe habet: *Parochi, Superiores Eccleſiarum Sæcularium, & Regularium, Sacriſtæ, &* 2

*alii*,

*alii, ad quos ſpectat, non permittere debent, quod Cadavera Eccleſiaſticorum Sæcularium, præſertim Sacerdotum, ſicut etiam Diaconorum, & Subdiaconorum transferantur ex propriis domibus ad Eccleſias, vel in iſtis exponantur cum quocumque alio habitu, ſive Confraternitatum, ſive Religionum, ſed cum ſacris veſtibus eorum ordini convenientibus juxta diſpoſitionem Ritualis Romani tit.* de Exequiis. *Clemens XI. 9. Decembr.* 1705. apud Caval. *to. 3. c.* 17. *d.* 19. Doctrinam conformem tradit Joannes Beleth. de div. offic. c. 159. verſus finem, & Durandus *in Ration. offic. lib. 7. c. 35. n.* 41. Rurſus notandum eſt, quod etſi *Canonici pluviali, planeta, dalmatica, vel Tunicella parati non debent deferre almutias; Canonico vero defuncto induto planeta, vel Tunicella imponi poteſt almutia ſuper brachium.* S. R. C. 4. Auguſti 1663. *in una Dalmatiarum.* apud Caval. *to.* 3. *c.* 17. *d.* 20.

## ARTICULUS II.

### *De Funerali Proceſſione.*

3 CADAVERA *in quacumque hora diei deferri poſſunt ad Eccleſiam, de nocte vero non niſi de licentia Ordinarii.* S. Congreg. Concil. 15. Martii 1704. & Clem. XI. 9. Decembr. 1704. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 16. Vid. dicta tr. 1. l. 1. c. 1. art. 1. n. 1.

4 *Non licet Regularibus levare, & afferre defunctorum corpora, niſi vocato, & expectato Defuncti Parocho, eoque ibi intereſſente; ſi tamen ipſe aliter fieri non conſentiat, vel niſi requiſitus venire recuſet.* Congr. Epiſc. & Regul. 12. Janu. 1604. & S. R. C. 22. Junii 1675. apud Caval. tom. 3. c. 15. d. 50. & 52. *Si Regulares a Parocho, vel Clero nimium tardantibus vilipendio afficerentur, Ordinarius debet præſcribere terminum competentem expectandi poſt perventionem, & requiſitionem, quo elapſo levare poſſint funus auctoritate propria.* Congr. Epiſ. & Reg. 8. Octobr. 1585. apud Cav. *l. cit. d.* 51.

5 *An cum Fratres aliqui extra Monaſterium moriuntur, & a Curatis Sacramenta receperunt, poſſint ab eorum Superioribus ad ſuas Eccleſias deferri, Parochis inconſultis? Reſp. Regulares extra Clauſtra decedentes poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiam Parochis inconſultis.* Congreg. Concil. 2. Julii 1620. apud Caval. tom. 3. c. 17. d. 14. *Epiſcopo, & Parocho nullum jus ſepulturæ competit ſuper Regularem, etiam extra Clauſtra, vel in domo Parentum ſuorum defunctum.* Congregat. Epiſ. & Regul. 22. Maij 1615. apud Caval. l. cit. d. 15. quod eſt inſertum Comment. in cit. d. 14. n. 1. fine.

6 *Hebdomadarius Regularium, ad quorum Eccleſiam Cadaver ſepeliendum defertur, etſi in Cotta, & Stola funeri interſit, nec domi, nec in via officium facere poteſt ut Parochus.* Sac. Cong. Epiſ. & Regul. 28. Octobr. 1584, apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 48. *Sicut non licet Parocho, depoſito feretro ante limina Eccleſiæ Regularium, conſuetas recitare preces ſupra Cadaver; ita non poterunt Regulares (etiam rogati a Parentibus defuncti, vel a quolibet alio) antequam vere, & realiter ſit Cadaver intra limites propriæ juriſdictionis, ſuper illud abſolvere, depoſito feretro in Vico; qui actus ad ſummum unice ſpectaret ad Parochum.* S. R. C. 2. Septembr. 1741. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *d.* 54. Nec a Regularibus igitur, neque ab ipſo-

met

Digitized by Google

met Parocho fieri poteſt abſolutio ſuper Cadaver, depoſito feretro in vico.

*Parochi juriſdictio ſuper Cadaver durat quouſque tranſeat in aliorum juriſdictionem : non tranſit autem Cadaver in juriſdictionem Regularium, niſi quando pervenit ad fores eorum Eccleſiæ*. S. C. Concil. 28. Febr. 1708. & 26. Martii 1711. & S. R. C. 2. Septembr. 1741. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 19.

7 *An illatis Cadaveribus privatè ab hæredibus ad aliquam tertiam Eccleſiam per modum depoſiti, Regulares convenire, & congregari debeant in dicta tertia Eccleſia, aut in Parochiali ad affectum illa aſſociandi ad Eccleſiam, ubi ſunt tumulanda? Sacra Rituum Congr. inhærendo alias decretis, reſpondit : Regulares debere congregari in illa Eccleſia tertia, ubi Cadaver fuit depoſitum, ut ſupra*. Die 22. Junii 1675. *in una Ord. Eremit. S. Auguſtini*, & iterum 13. Julii 1675. *in una Ord. Min. Obſerv.* apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 34.

8 *An Regulares poſſint cogi ad aſſocianda Cadavera in eorum Eccleſiis tumulanda; an vero poſſint expectare in propriis eorum Eccleſiis? Sac. Rit. Congr. Reſpondit : Regulares non poſſe cogi, ad exeundum a propriis Eccleſiis, ad effectum aſſociandi Cadavera in eiſdem ſepelienda, ſed ſufficere, quod illa expectent ad januas*. Die 22. Junii & 13. Julii 1675. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *diſt.* 44. etiamſi Regulares, ad quorum Eccleſias Cadaver ad ſepeliendum defertur, ſint ex iis, quorum inſtitutum Proceſſionibus intereſt. Caval. loc. cit. n. 3.

9 *Dum Defunctorum Cadavera in Eccleſiis Regularium ſepeliuntur, tenetur Parochus funerale ducere, & comitari uſque ad eaſdem Eccleſias Regularium.* S. Congreg. Concil. 28. Junii 1591. apud Caval. tom. 3. c. 15. decr. 53.

*An Parochus teneatur aſſociare Cadavera in Eccleſiis Regularium ſepelienda uſque ad januas ejuſdem Eccleſiæ, etiam ipſis Regularibus non aſſociantibus? Sac. Rit. Cong. Reſpondit : Parochum teneri aſſociare cadavera in Eccleſiis Regularium ſepelienda*. Die 22. Junii, & 13. Julii 1675. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 45., vide etiam Decreta inferius alleganda n. 14.

*Epiſcopus prohibere non poteſt, ne* 10
*hebdomadarius Cotta, Stolaque utatur cum funeribus, quæ deferuntur ſepelienda ad Eccleſiam Regularium*. Sac. C. Epiſc. & Regul. 13. Junii 1594. apud. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 47.

*An Archipresbyter aſſociando Cada-* 11
*vera ſepelienda in Eccleſia Regularium, teneatur incedere ſub illorum Cruce; ſeu potius valeat propriam Crucem elevare? Affirmative quoad primam, & negative quoad ſecundam partem reſpondit S. C. Concilii 16. Martii 1726. & 29. Januar. 1735.* Apud. Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 41. Ita quidem de jure communi, ſed ſi funeri interveniat Capitulum Cathedralis, hujus Crux privative eſt adhibenda juxta decretum S. R. C. 14. Maij 1664. apud Caval. l. cit. n. 1. Ubi autem viget conſuetudo, in funeralibus tot Cruces elevari poterunt, quot ſunt Capitula, ſeu Communitates, licet Capitulum Cathedralis interſit funeri; tunc enim juxta pluralitatem diverſi Cleri, etiam diverſæ plures Cruces poterunt elevari, ex Decr. S. R. C. 10. Decembr. 1708. Vid. Caval. loco cit. num. 2.

*Parochi, Capellani Confraternitatum,* 13
*Sacerdotes, aliique Eccleſiaſtici, qui Cotta induti interveniunt Proceſſionibus funeralibus, deferant, ſicut in aliis Pro-*

Digitized by Google

*Proceſſionibus*, *birretum Sacerdotale*, *non vero pileum*, *excepto tempore pluviæ*, *& noctis*, *prout diſponit Rituale Romanum tit.* de Proceſ. *& ut ſæpe reſolvit S. R. C. Quæ quidem pilei prohibitio non ſolum eſt pro Eccleſiaſtico Sæculari*, *ſed etiam Regulari*, *licet ſint Parochi Cotta induti*. Clemens XI. 9. Decembr. 1704. Conſtit. *La Santità di Noſtro Signore* in ejus Bullar. partic. part. 2. apud Caval. to. 3. c. 15. d. 39.

13 *Nullo modo eſt tolerandus abuſus*, *quod mortui Curru clauſi deferantur ad Eccleſiam*. S. C. Epiſ. & Regul. 17. Martii 1650. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *diſt.* 46.

*Cadavera recto tramite ad Eccleſiam deferri debent*. S. C. Epiſc. & Regul. 11. Decemb. 1615., & 14. Jauuar. 1639. apud Caval. tom. 3. c. 15. d. 20.; Recto tramite, ideſt per viam breviorem. Caval. l. cit. n. 1. vide tamen eumdem n. 2. & 3. *Defunctorum Corpora in Eccleſiis Regularium tumulanda*, *deferenda ſunt recto tramite*, *& per viam a Parocho declarandam ad Eccleſias ipſorum Regularium*, *non autem prius ad Parochialem*. *Quod ſervandum eſt etiam*, *hæredibus Defunctorum contradicentibus*, *& ad dictam Parochialem prius deferri volentibus*. S. R. C. 19. Decembr. 1671. in *Savonen.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *d.* 18. Poſſunt tamen ad Parochialem deferri per modum depoſiti, ſi hæredes voluerint, ſecundum dicta art. 1. n. 1. Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *d.* 21. *n.* 1. & 2.

*Parochis in aſſociatione*, *ſive occaſione aſſociationis Cadaverum non licet ingredi Eccleſias Regularium*, *ſed tenentur dimittere eadem Cadavera ad januam Eccleſiarum*, *ibique ſolum poſſunt benedicere*, *& dare ultimum vale*. *Officia vero*, *& alia munia*, *quæ in bujuſmodi miniſteriis adhiberi ſolent*, *ab ipſis Regularibus peragi debent*, *non autem a Parochis*. *Atque ita in præmiſſis omnino deinceps fieri*, *& exequi præſentium vigore mandat*, *& præcipit*, *contrariis quibuſcumpue non obſtantibus Sac. Congreg. Epiſc. & Regul.* 27. *Novembr.* 1671. *accedente ampliſſima approbatione*, *& confirmatione Clementis X. Conſt.* Nuper. 18. *Januar.* 1672. apud Caval. *tom.* 3. *cap.* 15. *d.* 55. Benedictio Parochi ad januas Eccleſiæ Regularium ſita ſimpliciter eſt in efformando manu ſuper Cadaver Crucis ſigno, aut etiam in aſpergendo illud aqua benedicta. Caval. l. cit. n. 1. Non poteſt Parochus intrare Eccleſias Regularium cum Stola, & Cruce erecta, etiamſi intra Eccleſiam abſtineat ab omni Officio, vel juriſdictionis actu ſuper Cadaver. Vid. Caval. comment. in cit. decr. *Parochi tenentur Cadavera ſuorum Parochianorum levare a loco*, *ubi aſſervantur*, *& aſſociare uſque ad portam Eccleſiæ Regularium*, *etiam ipſis Regularibus non aſſociantibus*; *nec Parochi ſe ingerere poſſunt in faciendo ſuper iiſdem Cadaveribus Officium in Eccleſiis præfatorum Regularium*, *ſed ad ipſos Regulares in propria Eccleſia ſpectat*, *& pertinet*. *Urbanus VIII.* 24. *Julii* 1641. *& S. R. C.* 4. *Martii* 1673. *&* 27. *Januar.* 1680. *approbante Innocentio XI.* 11. *Martii* 1680. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 56.

Denique nota hic ex Caval. cit. 14
c. 15. comm. in decr. 15. fine, in Eccleſiis, in quibus expoſitum patet SS. Sacramentum, nonniſi Sacramento repoſito debere inferri Cadavera; & quoties etiam per noctem, & in ſequenti die expoſitum illud manere debeat, ut in Oratione conti-



Digitized by Google

tinua quadraginta horarum, exequias vel anticipandas, vel differendas eſſe; quod ſi horum neutrum fieri poſſit, exequias celebrari poſſe etiam ſolemniter, & in cantu per viam ſub noctem, ſeu tempore, quo in Eccleſia populus eſt minus frequens; & prope Eccleſiam, & in Eccleſia ipſa terminandas eſſe ſubmiſſiſſima voce, omiſſo etiam Defunctorum Officio, ne perturbetur populus Chriſtum adorans, & ad aliena avertatur; quod quam ſit indecens, ex eo ſatis evincitur, ait, quod tunc temporis inhibetur pulſatio ipſa tintinabuli ad elevationem SS. Sacramenti in privatis Miſſis: licet in eo caſu populus non converteretur niſi ad adorationem ejuſdem SS. Sacramenti; ita ille, qui c. 16. in d. 1. fin idipſum, monet eſſe præſtandum in exequiis etiam parvulorum; prædictaque confirmat *tom.* 4. *c.* 7. *comment. in decr.* 43. *fine*. vide dicta c. 3. art. 5. n. 26.

## ARTICULUS III.

*De Officio, & Miſſa Defunctorum in die Obitus, ſeu Depoſitionis Defuncti, & abſolutione in Exequiis.*

16 **A**N *ad Parochum ſpectet, facere Officium funebre ſuper Cadaveribus ſepeliendis in Eccleſiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum? Reſp. affirmative, quando tumulandus eſt ſubjectus Parocho intra cujus fines eſt Eccleſia, vel Oratorium*. S. R. C. 10. Decembr. 1703. approbante Clemente XI. die 12. Januarii 1704. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *d.* 56., vide tamen eumdem *in comment. ſequ. decr.* 58. *num.* 2.

17 Officium fit duplex in die obitus, ſeu depoſitionis defuncti. *Rubr. gen. Brev. tit.* 1. *n.* 1.; Dicitur Invitatorium in die obitus, ſeu depoſitionis Defuncti. *Rubr. gen. Brev. tit.* 19. *n.* 2. Dies obitus proprie eſt dies, in quo quis vivere deſinit; dies depoſitionis, quo ſepelitur; ab Eccleſia tamen dies iſti confunduntur, & pro iiſdem accipiuntur. Vid. Caval. *tom.* 3. *c.* 3. *initio*.

Etiamſi fiat Officium pro uno tantum, nihilominus dicitur *eis* ad ℣. *Requiem æternam dona eis Domine*. Rubr. gen. Brev. *tit.* 22. *nu.* 7. Videri poteſt Caval. *tom.* 3. *c.* 2. *in d.* 9. *num.* 9. & 11.

*In Officio Defunctorum in Veſperis, & Laudibus dicendi ſemper ſunt* (in precibus) *Pſalmi appoſiti*: De profundis; & Lauda anima mea Dominum: *& poſt Veſperas, & Laudes omittantur* (in precibus) *iidem pſalmi tantum in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & in die Depoſitionis Defuncti*. S. R. C. 23. Junii 1736. *Einſidl.* & 3. Auguſti 1737. in *Nolan.* & 8. Martii 1738., & 9. Maij 1739. *in una Camald. Montis Coronæ* apud Merat. tom. 2. ſect. 9. c. 2. n. 4. & in indic. decret. Brev. n. 335., & 339. & apud Caval. *tom.* 3. *c.* 2. *d.* 10. & 11. & *c.* 15. *d.* 60. & *in append. ad cit. c.* 2. (ad calcem tom. 3.) *d.* 3. qui tamen in cit. d. 10. n. 3. docet: præfatos pſalmos omnino omittendos quidem in die Depoſitionis præſente Cadavere, ſecus autem ſi Cadaver non ſit præſens.

*In die Depoſitionis dicenda eſt Miſſa pro Defuncto, non obſtante contraria conſuetudine*. S. C. R. 12. Julii 1628. 18
in *Januen.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 3. *d.* 2. Miſſa erit, quæ in Miſſali ponitur pro die obitus, ſeu Depoſitionis Defuncti; dicitur in ea unica Oratio. *Rubr. gen. Miſſ. tit.* 5. *nu.* 3.

atque adeo dicitur Sequentia *Dies iræ*. Rubr. cit. n. 4.

In die vero depoſitionis Summi Pontificis, & Epiſcopi dicitur Miſſa ut in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, quæ in Miſſali inter Miſſas pro Defunctis, eſt ordine prima, cum Orationibus autem propriis ut in eodem Miſſali poſt Miſſas pro Defunctis. *Rubr. Miſſ.* Eamdem Miſſam legendam eſſe in die depoſitionis ſimplicis Sacerdotis; (vide Merat. tom. 1. par. 1. tit. 5. num. 11. §. *in die*) aut Defuncti in dignitate aliqua conſtituti, puta Cardinalis (vide iterum Merat. l. cit.) Regis, Generalis Ordinis &c. volunt plerique, quos reijcit Caval. *tom.* 3. *c.* 10. *n.* 15. Verum quoad ſimplices Sacerdotes adeſt Decretum S. R. C. ab ea enim cum quæſitum fuerit: *Quænam dicenda ſit Miſſa in die obitus, vel depoſitionis alicujus Defuncti Sacerdotis, an prima, quæ eſt pro Epiſcopis aſſignata, ut in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum cum Oratione* Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes &c., *an illa, quæ eſt ſecundo loco poſita, quæ eſt in die obitus, ſeu depoſitionis in communi, cum Oratione*: Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes &c. *& inſuper quænam dicenda ſit Miſſa in exequiis ſolemnibus poſt ſepulturam Cadaveris? Reſponſum fuit: una, vel altera Miſſa dici poterit in ſepultura Cadaveris, vel Anniverſario pro Sacerdote defuncto, dummodo Oratio pro eo deſignata:* Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes &c. *omnino adhibeatur*. S. R. C. 29. Januar. 1752. *in una Ord. Carmel. Excalc.* ad 14. dub. apud Caval. *to.* 5. *in collect. recent. decret.* Porro ex Rubr. particulari deſcripta poſt quartam Miſſam Defunctorum: *Epiſtolæ, & Evangelia ſuperius poſita in una Miſſa pro Defunctis, dici poſſunt etiam in alia ſimiliter pro Defunctis*. Una autem Defunctorum Miſſa ab alia non differt niſi in Orationibus, Epiſtola, & Evangelio; ergo exceptis Orationibus, liberum eſt, quamcumque Miſſam Defunctorum pro quocumque Def., & in qualibet circumſtantia dicere, ſi Epiſtolæ, & Evangelia unius Miſſæ dici poſſunt in alia; ita arguit ipſe Caval. *in cit. c.* 10. *n.* 16. qui tamen n. 17. monet: decere, Epiſtolas, & Evangelia dici in diebus, & circumſtantiis, prout in Miſſali ſunt diſtributa; quæ confirmat, tom. 5. c. 27. nu. 3. Ante ſepulturam Defuncti legitur item Miſſa, ut in die obitus, ſeu depoſitionis. La-Croix *lib.* 6 *par.* 2 *qu.* 73. §. 9. *n.* 514. Vid. Caval. *tom.* 3. *c.* 3. *n.* 2.

*Miſſæ privatæ de Requiem etiam præſente Corpore, & inſepulto dici non poſſunt diebus, quibus fit de Officio duplici, etiam minori, vel aliis a Rubrica vetitis; & quamcumque conſuetudinem, tamquam abuſum, abolendam, juxta diſpoſitionem Rubricæ V. Miſſalis Romani de Miſſa Defunctorum, n.* 2. *fine, & Decreta S. Congr. & ſignanter generale* 5. *Auguſti* 1662. *ſervanda eſſe mandavit S. R. C.* 10. *Januarii* 1693. in una Galliar. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 3. *d.* 7. confer Merat. *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 5. *nu.* 3. In Decreto de die 5. Auguſti, cujus hic fit mentio, Alexander VII. qui illud approbavit ſub gravibus pœnis prohibuit Miſſas privatas pro Defunctis in omni duplici; quod Decretum Clemens XI. innovavit, voluitque omnino ſervari Rubricam de non celebrandis Miſſis privatis pro Defunctis in duplici, eo quod æque utiles ſint, quæ ſunt conformes Officio cum

appli-

applicatione Sacrificii. Similiter in diebus, quibus fieri non poteſt de feſto duplici; vide dicta 2. Novemb. art. 2. a n. 103. Quæſitum fuit a Sac. Cong. *Invaluit conſuetudo in Regno Poloniæ celebrandi Miſſam de Requiem in ſolemnibus ſepulturis præſente Cadavere in feſto duplici minori, non tamen celebri; utrum hoc licite tolerari poteſt? Reſponſum fuit: Miſſæ privatæ de Requiem, etiam Corpore præſente, & inſepulto, dici non poſſunt diebus, quibus fit de Officio duplici, vel aliis a Rubrica exceptis, & quæcumque conſuetudo in contrarium, abuſus eſſe declaratur*. S. R. C. 29. Januar. 1752. *in una Ord. Carmel. Excalc. Prov. Poloniæ*: ad 12. dub. apud Caval. to. 5. in collect. recent. decret.; Quamvis Officium duplex, quod celebratur, ſit translatum ab alia die; nihilominus prohiberi Miſſas privatas defunctorum, declaravit S. R. C. 31. Julii 1665. *in una* Nullius *Provinciæ Treviren.* apud Merat. *ind. decr. Miſſ. n.* 424. Caval. *to.* 3. *c.* 6. *d.* 2.

Putat La Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 72. §. 2. *n.* 498. poſſe in duplicibus *ad libitum*, legi Miſſam votivam: nam, inquit, privilegium orandi Officium poteſt acceptari ſine privilegio legendi Miſſam; inde ſequitur, in duplicibus *ad libitum*, poſſe celebrari Miſſam privatam Defunctorum: enimvero ex eodem La Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 73. *n.* 556. Miſſa Defunctorum privata licita eſt, aut prohibetur iiſdem diebus, atque temporibus, quibus votiva; porro Miſſæ *de Requiem* ad votivas reducuntur, ut docet Tamburinus meth. celebr. Miſſ. l. 2. c. 6. §. 1. n. 4. initio. Sed dicendum eſt: in duplicibus *ad libitum*, non licere Miſſas privatas Defunctorum: quia, ut animadvertimus 19. Januar. art. 1. n. 3. etſi liberum ſit recitare, ſeu legere de feſtis *ad libitum*: poſita autem recitatione, ſeu lectione, ea perſolvenda eſt juxta Rubricas. Dicendum eſt itaque cum Quarti, quem laudat Caval. *to.* 3. *c.* 3. *in d.* 5. *nu.* 2. habita recitatione Officii *ad libitum*, ſi duplex eſt, juxta Rubr. IV. n. 3. conformis Officio eſt Miſſa legenda privata.

*Miſſæ exequiales Defunctorum in die depoſitionis defuncti poſſunt ſolemiter celebrari diebus, in quibus cadit feſtum duplex alicujus Sancti, dummodo non ſit de præcepto, juxta Rubricas Breviarii Romani*. S.R.C. 19. Septemb. 1654. in *Papien.* apud Caval. *to.* 3. *c.* 3. *d.* 5. Hoc decretum editum fuit pro Miſſa *ſolemni* celebranda in Eccleſia *non* præſente Cadavere. Merat. *to.* 1. *par.* 1. *tit.* 5. *n.* 2.; vid. Caval. l. cit. n. 1. Profecto S.R.C. *in una Ord. Min. de Obſervant. S. Franciſci Provinciæ majoris Poloniæ*. ad 3. dub. interrogata: utrum in Eccleſiis Fratrum præfati Ordinis poſſent cantari Miſſæ *de Requiem* in die obitus ſuorum Benefactorum, qui tamen non ſepelirentur apud eos, occurrente feſto duplici minori, aut majori, non de præcepto, ſeu non feſtivo? Reſpondit: affirmative. 11. Maij 1754. apud Caval. *tom.* 5. *in collect. recent. decret.* & in opere Merati *in* 2. *append. decr. Miſſ. n.* 981.

21 *Cum primum accipitur nuncium de obitu alicujus in loco diſſito, poteſt cantari Miſſa de* Requiem, *ut in die obitus, pro ejus anima in feſto duplici minori, vel majori, non tamen de præcepto: ut citius ſuffragetur animæ defuncti; non relicta tamen Miſſa in cantu de feſto duplici, quatenus adſit obligatio*. S. R. C. 14. Maij 1686. *in una Canonic. Regul. Lateranen.* apud



Digitized by Google

Caval. *tom.* 3. *c.* 3. *d.* 6. Confer Merat. *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 5. *n.* 11. verſu *reſumendo ſermonem*. An autem poſſit dici unica Miſſa privata : ſi in cantu haberi non poſſit? videbimus infra n. 24. Docet Caval. *cit. num.* 3. *c.* 11. *in d.* 7. *n.* 5. in die prædicto quaſi obitus, in Miſſis etiam privatis ( ſi per Rubr. liceant ) dicendam eſſe unicam Orationem. Et n. 17. videtur conſentire Gavanto docenti : recitandas eſſe Orationes de die tertio poſt depoſitionem defuncti , omiſſo ſemper verbo : *tertium*.

In prædictis decretis per feſtum *de præcepto* : venit feſtum *in foro* cum obligatione audiendi Miſſam : ut declaravit S. R. C. 11. Maij 1754. in ſupra allegata Ord. Min. de Obſerv. ad 5. dub. & animadvertit etiam Maſſæus Kreſslinger *in addit. ad theol. moral. Anacleti Reiffenſtuel. tom.* 2. *tr.* 14. *diſt.* 5. *qu.* 10. *append.* 3. *addit.* 12. *quæſit.* 19. *reſp.* 2.

22 *In Dominicis , & feſtis poteſt celebrari Miſſa de Requiem pro defunctis inſepulto Cadavere*. S. R. C. 23. Maij 1603. in *Egitan.* apud Merat. *in decr. Miſſ. n.* 16. & apud Caval. *to.* 3. *c.* 3. d. 2. & 29. Januar. 1752. *in una Ord. Carmelit. Excalc. Prov. Polon.* ad 12. dub. apud Caval. *tom.* 5. *in collect. recent. decret.* Sermo autem eſt de feſtis *ex præcepto in foro* ; ut dictum eſt : non tamen quibuslibet , & de unica Miſſa ſolemni in præſentia Cadaveris , ut explicatur in laudato decreto ann. 1752. , & magis ſtatim explicabitur ; quæ Miſſa applicari debet animæ ejuſdem defuncti . Caval. *tom.* 3. *c.* 7. *in d.* 2. *n.* 2. Inſuper Rituale Romanum Pauli V. *tit. de Exequiis :* poſt initium , hæc habet. *Si quis die feſto ſit ſepeliendus , Miſſa propria pro Defunctis præſente Corpore celebrari poterit ; dum tamen Conventualis Miſſa , & Officia divina non impediantur , magnaque diei celebritas non obſtet*. Vid. Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *in d.* 61. *n.* 2. Hæc autem diſpoſitio explicatur ſequentibus declarationibus S. C.

*In duplicibus primæ claſſis , etiam præſente Corpore , non poteſt cantari Miſſa Defunctorum , & multo minus dicenda eſt una Miſſa privata deficientibus Clericis in Choro* . S. R. C. 5. Julii 1698. *in Collen.* apud Caval. tom. 3. c. 3. d. 3. *Utrum in Dominicis primæ claſſis , & aliis diebus , in quibus abſolute quæcumque alia feſta , etiam primæ claſſis excluduntur , licitum ſit , cantare Miſſam de Requiem præſente Cadavere? & reſponſum fuit : ſervetur Decretum latum die 5. Julii 1698. videlicet , in duplicibus primæ claſſis , etiam præſente Cadavere , non poteſt cantari Miſſa Defunctorum* . S. R. C. 21. Martii 1744. *in Bergomenſi* . apud Caval. *tom.* 2. *in append.* , poſt ultimum decretum capitis 12.

Poterit autem celebrari unica Miſſa ſolemnis præſente Cadavere in duplici primæ claſſis, quod non ſit ex ſolemnioribus, ſed minoris , aut ad ſummum æqualis dignitatis , cum feria ſecunda Paſchæ, & Pentecoſtes, ut habetur, & colligitur ex ſequentibus declarationibus : *Cum juxta Rubricas Ritualis Romani abſque Miſſa , quantum fieri poteſt , Defunctorum Corpora non ſint ſepelienda ; poterit præſente in Eccleſia Cadavere unica Miſſa ſolemnis* de Requiem *celebrari feria II. Paſchæ , & Pentecoſtes . Hæc tamen Miſſa non decantabitur in duplici primæ claſſis , etiam non feſtivo de præcepto , ſi corpus præſens in Eccleſia non fuerit , aut ſi fuerit pridie ſepultum* . S. R. C. 2. Septemb. 1741. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 3. *d.* 4. Item in ſupra

lau-

Digitized by Google

laudata Ord: Carmelit. Excalceat. Prov. Poloniæ, in reſponſ. ad 12. dub. poſt verba ſupra recitata ſubdidit, & declaravit quod *Miſſa tamen unica ſolemnis inſepulto Corpore celebrari poterit etiam in Dominicis, & feſtis diebus, non tamen ſolemnioribus primæ claſſis*; unde ſignificatur, poſſe in minus ſolemnibus; rurſus in eadem ad 13. dub. in quo quæſitum fuit: utrum in majori hebdomada: excepto triduo ante Paſcha, & biduo poſt: & infra Octavam Paſchæ, & Pentecoſtes, ac etiam in feſtis duplicibus primæ claſſis, non tamen celebribus, poſſit cantari Miſſa unica ſolemnis de Requiem in ſepultura Cadaveris? Reſponſum fuit: affirmative; quapropter non eſt jam excipiendus, qui oppoſitum cenſuit Meratus *tom. 1. par. 1. tit. 5. n. 2.* fine. Docet autem Caval. in ſupra cit. d. 4. n. 3. ex textu ſuperius allegato Ritualis, feſta cum magna ſolemnitate celebrata, etiamſi non habeant ritum duplicem primæ claſſis, excludere nihilominus Miſſam etiam ſolemnem de *Requiem*. Porro *Defunctorum Miſſæ non ſunt cantandæ, nec celebrandæ, in diebus ſolemnibus*. S. R. C. 23. Junii 1607. in *Veron.* apud Caval. *tom. 3. cap. 6. d. 1.* videantur dicenda art. 6. ubi enumerabimus, & explicabimus dies, in quibus Exequiæ pro Defunctis non ſunt ſolemniter celebrandæ.

23 *Miſſæ cantatæ mortuorum infra Octavam Corporis Chriſti non ſunt celebrandæ niſi præſente Corpore*. S. R. C. 12. Septembr. 1671. *in Nuſcana*; apud Caval. *tom. 3. c. 5. d. 5.* & confirmatum fuit 8. Martii 1738. *in Ulixbon.* occident. apud Caval. *eodem tr. 3. in append. poſt ultimum decret. capitis 12.*

24 Omnibus autem diebus illis, quibus in die obitus licita eſt unica Miſſa ſolemnis, ſi hæc abſolute, vel in cantu ſine gravi incommodo haberi nequeat, poſſe dici unicam privatam præſente Cadavere, docet cum Paſqualigo, Cavalerius, eruitque ex textu ſupra laudato Ritualis Romani, & ex quodam decreto S. R. C. 19. Junii 1700. *in Curien.* quod dabimus *a. 9. nu. 9.* ubi quidem videbimus: Miſſas privatas concedi pro Anniverſario in ſimili caſu: aitque Caval. quod, cum apud Eccleſiam acceptio perſonarum non ſit, ſed filios ſuos omnes indifferenter reſpiciat; minus æquum foret, minuſque conſonum Eccleſiæ moribus, quod quoties ex defectu Miniſtrorum, aut ob pauperiem Defunctorum, Miſſa ſolemnis abſolute, aut commode haberi non poteſt, Defuncti ſpeciali ſuffragio, & honore congruentis Miſſæ carere deberent, & viventes ea conſolatione præſtandi ſuis mortuis hoc pacto ultima ſigna ſui amoris, & poſtrema Officii munera in die illa, in qua eoſdem debent pro ſemper dimittere; ita ille. Qui etiam inclinat ad dicendum: in iis duplicibus, in quibus abſente etiam corpore, licita eſt Miſſa ſolemnis in die obitus, ſeu depoſitionis Defuncti, poſſe dici privatam de Requiem, ubi in cantu haberi non poſſit. Idipſum de die quaſi obitus, cum primum ſcilicet habetur notitia de obitu alicujus; videatur ipſe *tom. 3. c. 4. Comment. in decr. 2.*, qui tamen *tom. 5. c. 26. n. 13.* licet rurſus concedat Miſſam privatam præſente Corpore in caſu prædicto, nihilominus ſubdit; ad ſummum dumtaxat excipiendos dies feſtivos, aut ſolemnes, cum duplicibus 1. cl., & caſu Expoſitionis SS. Sacram.

De-

Digitized by Google

Deinde omnibus diebus illis, quibus in die obitus præſente Corpore Miſſa ſolemnis de Requiem haberi poteſt, & poſſe in eodem die obitus Officium publice recitari: exiſtimat Cavaler. vide dicenda artic. 6. num. 38.

25 Cum contingat ſæpius in Eccleſiis Regularium, vel aliis, præſertim in die obitus, ſeu Anniverſario Defunctorum Miſſa celebrari a confluentibus Sacerdotibus, quæſitum fuit declarari a S. R. C. an Sacerdotes, qui recitant Officium de feſto duplici, confluentes ad Eccleſias ſive Regularium, ſive aliorum, ubi dicitur Officium de ſemiduplici, poſſint ibi dicere Miſſas privatas Defunctorum? Reſponſum fuit, negative a S.R.C. 7. Maij 1746. in *Varſavien.* apud Caval. *tom. 3. in append. ad c. 9. d. 1.* Atvero eadem S. R. C. iterum requiſita: utrum Sacerdos Sæcularis, vel Regularis habens Officium duplex etiam primæ claſſis, celebrans in aliena Eccleſia ex obligatione in Sepultura ſolemni alicujus Cadaveris, vel Exequiis ſolemnibus, debeat ſe conformare illi Eccleſiæ, celebrando Miſſam de *Requiem*? S. R. C. reſpondit *Serventur decreta alias edita in una tertii Ordinis Sancti Franciſci* 11. *Junii* 1701. *Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares conformare ſe debent ritui Eccleſiæ, in qua celebrant.* S. R. C. 29. Januar. 1752. *in una Ord. Carmel. Excalc. Provinc. Polon.* ad X. & XI. dub. apud Caval. *to.* 5. *in collect. recent. decret.* Vide dicta tr. 1. c. 2. qu. 16. n. 52. & 53., & l. 3. 2. Novemb. n. 103.

26 *In die Anniverſarii, & Depoſitionis non poteſt decantari Miſſa Defunctorum loco Conventualis*. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 8. *d.* 3. Vid. dicta tr. 1. lib. 1. c. 2. qu. 5. interrog. 2. n. 15.

*Miſſa ut in die obitus, præſente Corpore, ultra Miſſam de Communi Defunctorum celebranda erit, quando aliquis obierit in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*. S. R. C. 14. April. 1696. apud Caval. *to.* 3. *c.* 1. *d.* 7. Decretum afficit Eccleſias Cathedrales, & Collegiatas, & ſolummodo diſponit de Miſſa ſolemni, ut in die obitus decantanda, quatenus ſine Miſſa propria, decens non eſt, Defunctorum Corpora tumulari; recole Decreta S. C. R. allegata ſuperius n. 18. initio, & n. 22. verſu: *Poterit autem celebrari*; & dicta n. 24. Cæterum docet Caval. l. cit. nu. 3. Decretum minime imponere præceptum cantandi Miſſam pro recens mortuo, & ſepeliendo; ſed ſolum eamdem Miſſam declarare licitam etiam in die Commemorationis omnium Defunctorum. Hujuſmodi Miſſa, ut in die obitus, applicanda eſt ipſi defuncto. Caval. *to.* 3. *c.* 7. *in d.* 2. *n.* 2.

Si in die obitus unius occurrat Anniverſarium alterius: vid. dicenda c. 9. num. 13.

In die depoſitionis Defuncti, in quo ſit concurſus populi, Miſſa ſolemnis de *Requiem* poterit dici ult. loco poſt Nonam. *Rub. gen. Miſſ. tit.* 15. *n.* 3.

*In Miſſis Defunctorum non pulſentur Organa, nec aliud quodvis muſicum inſtrumentum adhibeatur*. Benedictus XIII. in Concil. Rom. tit. 15. c. 6. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *d.* 6. cohærenter ad Cærem. Epiſc. lib. 1. c. 28. ubi ſic: *In Miſſis, & Officiis Defunctorum nec Organo, nec Muſica, quam figuratam vocant, utimur, ſed cantu firmo* 27

Deinde quoad Abſolutionem in Exequiis notanda ſunt ſequentia. 28

In

In Exequiis Defunctorum oratur poſt Miſſam circa defuncti Cadaver, vel etiam abſente Cadavere, ad tumulum. Et ex hoc, quod Oratio hæc fiat Miſſa abſoluta, & per eam functio funebris abſolvatur, dicta eſt abſolutio. Gavant. in Rubr. Miſſ. par. 2. tit. 13. n. 4. lit. F. Caval. *to.* 3. *c.* 18. *n.* 1.

Celebrans utitur Pluviali, quando poſt Miſſam Defunctorum facit in fine abſolutionem. *Rubr. gen. Miſſ. tit.* 19. *n.* 3. Color niger. Rubr. gener. Miſſ. tit. 18. fine. Cum Celebrans utitur Pluviali, ſemper deponit manipulum, & ubi Pluviale haberi non poterit, Celebrans ſtet ſine Planeta, cum Alba, & Stola. *Rubr. gen. Miſſ. tit.* 19. *n.* 4.

Ex Rituali Roman. tit. *de Exequiis*: dum celebrantur Exequiæ, præſente Cadavere, hoc eſt collocandum ita, ut caput habeat verſus Altare, ſi Cadaver fuerit Sacerdotis; alterius vero verſus januam Eccleſiæ. Ad quæſitum. *An in Exequiis Defunctorum Sacerdotum, præſente Corpore, Subdiaconus ſe ſiſtere debeat ad caput Defuncti, vel ad pedes juxta opinionem P. Merati? (to. 1. par. 2. tit. 13. n. 24.) Reſponſum fuit: ſervetur Rituale Romanum, & in exequiis defuncti Sacerdotis præſente Corpore locetur Crux ad caput defuncti inter feretrum, & Altare.* S.R.C. 3. Septemb. 1746. *in una Maſſæ, & Populoni.* apud Caval. *to.* 3. *in append. ad c.* 15.

29 *In depoſitione Defunctorum, in verbis illis;* Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine, quia nullus apud te juſtificabitur homo: *quando eſt mulier, aut plures ſunt Defuncti, non poſſunt verba* Servo tuo *mutari in* Serva tua, *vel* Servis tuis: *abſque Sacræ Rubricæ læſione, & ſervandum eſt Rituale.* S. R. C. 31. Auguſti 1697. in *Fanen.* apud Caval. tom. 3. c. 15. d. 62. *In Exequiis poſt abſolutionem, quæ fit ſuper Cadaver in die obitus, vel ſupra Tumulum in die Anniverſario, dicto ℣.* Requieſcant in pace; *ſubjungi debet*: Anima ejus, & animæ omnium Fidelium Defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. S. R. C. 2. Decembr. 1682. *in una Canonic. Regul. Lateranen.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 18. *d.* 1. Dicto ℣. *Requieſcant*: ſi abſolutio fiat pro pluribus; ſeu *requieſcat* in ſingulari: ſi fiat pro uno ſeu una; vid. Caval. loc. cit. n. 9. & 10. Similiter *Anima ejus*. Si abſolutio fiat pro uno, ſeu una, vel *Animæ eorum*; ſi fiat pro pluribus tantum Viris; vel *Animæ earum*; ſi fiat tantummodo pro pluribus Mulieribus; vid. Caval. loc. cit. num. 12.

30 Dum fit Abſolutio, ſi in aliquo Altari elevetur Sacramentum, neque Celebrans, neque Miniſtri debent genuflectere, ne interrumpatur actio ſacra, & rectius fieret, ſi in elevatione pulſatio campanulæ omitteretur a Miniſtro; ita apud Gavant *in Rubr. Miſſ. par.* 2. *tit.* 13. *n.* 4. *lit. O.* conſentit Caval. *to.* 4. *c.* 10. *in d.* 7. *n.* 7. ſiquidem non pulſetur campanula; quod ſi pulſetur companula, & advertatur elevatio: docet: adhuc genuflectendum non eſſe, ſi Abſolutio non fiat ante Altare elevationis; bene vero ſi ante; ita tamen, ut omnes, vel ſoli illi pro temporis circumſtantia genuflectere debeant, per quorum genuflexionem non interrumpatur actio ſacra; quapropter, ait, omnes genuflectent, ſi caſus accidat, dum cantatur Reſponſorium, quod æque bene cantari poteſt etiam a genuflexis: egnuflectet vero dumtaxat Clerus aſſiſtens,

Digitized by Google

ſtens, non item Sacerdos, nec Miniſtri ejus, ſi caſus accidat tempore aſperſionis, incenſationis, aut dum cantatur Oratio. Ceroferari tamen, & Subdiaconus numquam genufleᶜtunt. Ita Caval.

31 Si in laudem Defuncti ſermo habери debeat, non intra Miſſam, ſed ſtatim poſt Miſſam, & ante Abſolutionem erit habendus. *Rubr. de rit. celebr. tit.* 13. *nu.* 3. Merat. *tom.* 1. *par.* 2. *tit.* 13. *n.* 18. Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *in d.* 61. *n.* 4. & *c.* 18. *in d.* 1. *n.* 2. & *tom.* 5. *c.* 27. *n.* 19. qui animadvertunt: ſermonem hujuſmodi habendum eſſe in ſuggeſtu nigri coloris panno exornato; Concionatorem vero veſtibus nigris indutum ſine Cotta, nec benedictionem petere, nec recitare angelicam ſalutationem, ſed ſolum ſigno Crucis ſeipſum munire.

## ARTICULUS IV.

### *Not. pro ſepeliendo Cadavere.*

32 QUOAD *tempus humationis cadaverum ſervandam eſſe Synodum*, cenſuit S. R. C. 22. *Junii* 1675, & *iterum* 13. *Julii ejuſdem anni:* apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 17. Si autem Synodi nihil diſpoſuerint, ſtandum erit locorum conſuetudini. Vid. Caval. loc. cit. n. 2.

33 *Abuſus ſepeliendi defunctos privatim ſine lumine, Cruce, & Parocho, non eſt permittendus*. Congreg. Epiſc. & Regul. 18. Januar. 1650. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 42. etiamſi id ordinaſſet Defunctus: cum talis diſpoſitio tamquam irrationabilis una cum conſuetudine, qua alicubi innixa eſſe poſſit, ſit rejicienda, ut cenſuit Rota Romana 15. Junii 1699. & confirmavit Clemens XI. 9. Decem. 1704. Conſtit. *La Santità di noſtro Signore:* ut refert Benedictus XIV. *to.* 2. *Notifi.* & ex eo Caval. loc. cit. nu. 4. Ante ſepulturam Defuncti legendam Miſſam ut in die obitus, monuimus ſupra n. 18. Alia plura ad ſepulturam ſpectantia videri poſſunt apud La-Croix *lib.* 7. *qu.* 29. *per tot. a n.* 233. *ad* 268.

## ARTICULUS V.

### *De Quarta Funerali.*

DOCET La Croix *lib.* 3. *par.* 1. *qu.* 37. §. 2. *n.* 186. cum Suar. Caſtrop. & aliis: quando locus aliquis ſacer eſt communis pro ſepultura Fidelium; ſimoniam eſſe, ſaltem juris humani, exigere aliquid pro ſepultura in illo, niſi excuſet conſuetudo legitime introducta; profecto notat idem La-Croix *loc. cit. qu.* 39. §. 2. *n.* 192. conſuetudinem poſſe excuſare a ſimonia, juris tamen tantummodo poſitivi, ſi habeat conditiones ad præſcribendum requiſitas; & ita inductam eſſe per conſuetudinem obligationem ad dona quædam, ſeu oblationes faciendas Clericis pro Exequiis, benedictionibus nuptiarum, cæremoniis baptiſmi, & ſimilibus, etiamſi illi, quibus dantur, ſuſtentationem habeant aliunde. Et §. 3. notat, quod, etſi ſæpius in jure Canonico reprobentur omnes conſuetudines accipiendi aliquid pro ſepeliendis mortuis, benedicendis nubentibus, &c. nihilominus in his iterum prævaluit nova conſuetudo, ſcientibus, & conniventibus Superioribus Eccleſiaſticis. Animadvertit autem cit. §. 2. non debere exigi, antequam functiones illæ fiant, ne ſit ſpecies emptionis; ſed dantur pro jam factis,

Digitized by Google

ctis, ad oſtendendum, quod originem habeant a recognitione gratuita; poſſunt tamen fideles per Epiſcopum cogi ad ea de more danda; nam præſcriptio, virtute legum, tale jus facit Parochis, aut Miniſtris. Ita La-Croix cum Suarez, Silv. Pirh. An autem ſit Simonia, emere jus ſepulturæ, vel ſepulturam in loco facro? examinat ſupra cit. qu. 37. §. 1. n. 185. Pro Parochis vero Cappellanis &c. Civitatis Panormi quid ſit conſtitutum? dictum eſt tr. 2. d. 4. par. 1. c. 2. art. 3. de Bull. Cruc. compoſ. ſect. 2. ſubſ. 2. quæſt. 6. num. 452.

35 *Parochi Pauperum Cadavera gratis ſepelire tenentur*: S. C. Epiſc. & Regul. 5. Maij 1617., & 31. Martii 1646. apud Caval. tom. 3. cap. 17. d. 34. *Reſidua illius ceræ, quam aliqua Confraternitas, vel locus pius impendit de ſuo in ſepeliendis pauperibus gratis, nec a Parocho, nec a quocumque alio prætendi poſſunt, niſi ſubſit fraus aliqua*. Cong. Epiſc. & Regul. 11. Martii 1578. & 22. Novemb. 1588., & 21. Auguſti 1606., & 15. Martii 1616. apud Caval. loc. cit. d. 35. *Licet hæredibus Cadavera Defunctorum ad tumulum aſſociari facere intortitiis, & candelis extinctis offerendis Confraternitatibus pro aſſociatione SS. Sacramenti, aut pauperum ad ſepulturam; dummodo eorumdem Cereorum ſaltem duplum accenſum deferatur; unde ſi ex extinctis deferantur duo, ex accenſis ſaltem debent eſſe quatuor*. Congr. Epiſc. & Regul. 14. Octobr. 1598. apud Caval. loc. cit. d. 36. *Cæteris paribus non poſſunt Parochi majorem eleemoſynam exigere pro ſepultura forenſium, aut extraneorum, quam incolarum*. Congreg. Epiſc. & Regul. 25. Maij 1640., 31. Martii 1646., 20. Junii 1653., 10. Junii 1654., & 8. Auguſti 1659. apud Caval. l. cit. d. 33.

*Non licet Parochis majorem eleemoſynam exigere pro Defunctis in Eccleſiis Regularium ſepeliendis, quam eis ſolveretur, ſi in propriis, vel aliis Sæcularium Eccleſiis ſepeliri deberent*. Congregat. Epiſc. & Regul. 27. Octobris 1603., 22. Auguſti 1642. 2. Octob. 1643., 20. Martii 1647., 27. Junii 1651. apud Caval. loc. cit. d. 31. & ibi n. 2.

*Defunctorum Corpora ſi deponantur in Parochiali, ut inde transferantur ad Eccleſiam Regularium, in qua elegerunt ſepulturam, nihil debetur Eccleſiæ Parochiali, exceptis juribus Parochialibus*. S. R. C. 23. Martii 1719. in *Placentina*, apud Caval. tom. 3. c. 15. d. 37. *Clerus Sæcularis nihil poteſt prætendere propter Exequias, aut ſepulturam Monachorum, aut Fratrum morientium extra Clauſtra*. Congregr. Epiſc. & Regul. 24. Novemb. 1624., & 24. Septemb. 1636. apud Caval. *tom. 3. c. 17. d. 16.*

*Pro ſepultura Canonicorum Cathedralium debetur quarta Funeralis Parocho Domicilii, non autem Parocho Cathedralis, neque Parocho, ubi adeſt ſepulchrum ſuorum Majorum*. S.C. Concil. in *Tiburtina* 12. Maij 1685. apud Luc. Ferrar. tom. 6. V. *Parochus n.* 56. *Pileus Epiſcopi debetur Eccleſiæ tumulanti, non Cathedrali*. Cong. Epiſc. & Regul. 26. Aprilis 1653. apud Caval. *tom. 3. c. 17. d. 21.*

*Mediolanen.* Quartæ funerariæ, *in* 36 *qua ad ſequentia dubia: I. An & quomodo ſit facienda diviſio Intortitiorum, & candelarum ardentium in die funeris, & Officii, præſente Cadavere, in Altaribus, columnis, & aliis locis Eccleſiæ regularis tumulantis? II. An, & quomodo ſit facienda diviſio earumdem* Can-

*Candelarum*, & *Intortitiorum*, *quæ in Eccleſiis tumulantibus accenduntur occaſione Officiorum*, *ſeu Exequiarum faciendarum in diebus ſequenibus poſt tumulationem Cadaveris ? III. An* , & *quomodo inter Parochos*, & *Regulares*, *qui Cadaver per viam non comitantur*, *dividenda ſint Intortitia manualiter geſta accenſa in itinere a Sacerdotibus Sæcularibus*, *occaſione delationis Cadaveris ad Eccleſiam Regularium tumulantem? IV. An*, & *quomodo dividendæ ſint Candelæ*, *quæ manualiter geſtantur accenſæ a Regularibus intra propriam Eccleſiam tempore funeris*, & *Exequiarum*, & *Officiorum? V. An* , & *quomodo ſit facienda diviſio Cenotaphii* , *Culcitræ*, & *aliorum ornamentorum in eo exiſtentium? VI. An* , & *quomodo ſint dividendæ pecuniæ in caſu*, *quo illæ tradantur ab hæredibus defuncti in locum ceræ ? VII. An Regulares occaſione funerum*, & *Officiorum teneantur accendere omnes candelas*, *quas recipiunt ab hæredibus defuncti in Altaribus Eccleſiæ* , *in caſu* &c. ? *Sacra Congreg. Concilii die* 9. *Septembr.* 1730. *reſpondit ad I. II. III. V.* & *VI. diviſionem eſſe faciendam pro medietate*. *Ad IV. dilata* . *Ad VII. affirmative* . Apud Ferrar. *cit. tom.* 8. *in prim. append. pag.* 192. *col.* 2. *edit.* 3. *Bononien.*

*Iterum Mediolanen.* Quartæ funerariæ, *in qua ad ſequent. dub. I. An ſit ſtandum* , *vel recedendum a deciſis die* 9. *Septembr.* 1730.*? II. An*, & *quomodo dividendæ ſint candelæ* , *quæ in manibus geſtantur accenſæ a Regularibus intra propriam Eccleſiam tempore funeris* , *vel Exequiarum* , & *Officiorum ? Sac. Congreg. Concil. die* 2. *Junii* 1731. *reſpondit ad I. in deciſis quoad primum* , *ſecundum* , *tertium* , *ſextum* , & *ſeptimum* , *quantum ad quintum* , *in deciſis* , *ſervata forma Conſtitutionum Synodalium* . *Ad II. diviſionem eſſe faciendam pro medietate*; & *amplius*. Apud Ferrar. *loc. cit. pag.* 193. *col.* 1. ſenſum illius Clauſulæ : & *amplius* explicavimus tr. 1. l. 3. 3. Maji n. 12.

## ARTICULUS VI.

*De diebus* , *quibus non ſunt celebrandæ ſolemniter Defunctorum exequiæ*, *vel ratione feſtivitatis maximæ*, *vel præexcelſi myſterii*.

RITUALE Romanum Pauli V. tit. *de Exequiis:* poſt initium ſignificat celebrandas non eſſe ſolemniter defunctorum Exequias diebus illis , quibus occurrat magna celebritas , ſeu ſolemnitas : ut ſcilicet populus Chriſtianus acceptetur totus in præexcelſi occurrentis celebratione myſterii ; quod ſi etiam feſtivitas ſit , ne illius ſancta lætitia minuatur , perturbetur , interrumpatur . Porro Defunctorum Exequiæ ſitæ ſunt in ritibus, cæremoniis , & pompa , quibus Cadaver ad ſepulturam defertur; in his primum locum habet Miſſa , de qua Rituale laudatum præſcribit , quod , *ſi quis die feſto ſit ſepeliendus* , *Miſſa propria pro Defunctis* , *præſente Corpore*, *celebrari poterit ; dum tamen Conventualis Miſſa*, & *Officia Divina non impediantur* , *magnaque diei celebritas non obſtet* . Idipſum inculcant S. Congregationis Decreta ; recolantur dicta art. 3. n. 22.

Caval. tom. 3. c. 3. in d. 4. n. 5. docet ; quod ex feſtis univerſalibus primæ claſſis Miſſam ſolemnem de *Requiem* , etiam præſente Corpore non admittant Nativitas Chriſti, Epiphania, dies prima Paſchæ , & Pentecoſtes, & feſtum Corporis Chriſti in

tota

tota Catholica Eccleſia, ut feſta præcipua ſolemniter admodum celebrata; ipſis addi poſſe, concedit, Aſcenſionem Domini, & Aſſumptionem Deiparæ, ac ultimum triduum majoris hebdomadæ, in quo juxta Decretum S.R.C. 11. Auguſti 1736. celebrari non puſſunt Defunctorum Exequiæ, & Officium, & preces recitari debent privatim. Ex feſtis autem particularibus dictam Miſſam de Requiem, adhuc præſente Corpore, reſpuere, vult, dumtaxat feſtum Titularis, aut feſtum alterius Sancti cum maxima ſolemnitate, & populi concurſu celebratum in ea Eccleſia, in qua defunctus debet humari; & apud Regulares feſtum eorum reſpectivi S. Fundatoris. Item Lucius Ferraris *in ſua bibliot. tom.* 8. *edit.* 3. *Bonon. in primo ſupplement. V. Miſſa pag.* 289. *col.* 1. *num.* 80. & 81. addi, vellet, in tota univerſali Eccleſia feſtum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & in tota Seraphica Religione feſtum Conceptionis B.M.V.

38 Deinde inter Defunctorum Exequias adnumeratur Officium Defunctorum, & aliæ preces pro Defunctis; docet autem Caval. *tom.* 3. *c.* 15. *in d.* 15. *n.* 7. diebus, quibus prohibentur, etiam præſente Cadavere, Miſſæ ſolemnes Defunctorum, poſſe nihilominus exequiales preces, præſente Cadavere, etiam ſolemniter celebrari, ſub Veſperum tamen. Excipit n. 6. diem Paſchæ, & Natalis Domini, in quibus, ut ſuo reſpective loco diximus, non concedit niſi privatim ſub Veſperum recitari; & ſimiliter n. 5. privatim ſub Veſperum feriæ IV. & VI. hebdomadæ Sanctæ, ut item ſuo loco vidimus. Omnibus autem diebus illis, quibus Miſſa de *Requiem* licita eſt præſente Cadavere, licitas etiam eſſe præſente Cadavere, docet, Exequias Defunctorum ſolemnes in corpore eorumdem dierum.

Ratione autem expoſiti Venerabilis Sacramenti in Eccleſia, ubi quis eſt ſepeliendus; quid notandum? vid. art. 2. fine.

Denique inter exequias cenſetur 39 conſuetum ære campano emortuale ſignum; & hoc igitur dandum non eſt diebus, quibus ſolemnes Defunctorum exequiæ prohibentur: quod tamen dari poterit ſub Veſperum, quando prædictæ ſolemnes Exequiæ ſub Veſperum conceduntur.

Feſtivas autem exequias parvulo 40 rum, qui ante adeptum rationis uſum moriuntur, admittit Caval. tom. 3. cap. 16. in d. 1. num. 18. in quibuſcumque diebus, dummodo non inferantur Cadavera parvulorum in Eccleſias, dum divina celebrantur Officia, aut interturbetur feſtivitas aliqua, quæ habeatur maxime ſolemnis in Eccleſia ſepulturæ, quo in caſu differri poſſe, ait, ſub Veſperum. Similiter à die Sancto Paſchæ, & Dominicæ Nativitatis, eas depellendas eſſe, putat, vel ſaltem ſub Veſperum differendas: quia licet feſtivæ ſint, ingerunt nihilominus lugubrem memoriam mortis. Quod ſi Cadavera Parvulorum tumulanda ſint in Eccleſia, ubi eſt expoſitum Sacramentum; vid. dicta artic. 2. fine.



Digitized by Google

# CAPUT IX.

## DE DIE TERTIO, SEPTIMO, TRIGESIMO, ET ANNIVERSARIO DEFUNCTORUM.

## ARTICULUS UNICUS.

*De Miſſa, & Officio Defunctorum, & Abſolutione in Exequiis.*

1. ANNIVERSARIA dies Defunctorum habet uſum antiquiſſimum. Tertull. *lib. de Corona Milit. c.* 3. Greg. Nazianz. *Orat. in fun. Cæſarii fratris*: vulgatus Clemens Rom. *Conſtit. Apoſt. lib.* 8. *c.* 42. ut ſicut Sanctis ea dies prodeſt ad gloriam, ita defunctis ad ſalutem. Amalar. *de eccl. Offic. lib.* 3. *c.* 44. *fine*. Durand. *in Ration. lib.* 7. *c.* 35. *n.* 15. Gavant. *in Rubr. Miſſ. par.* 1. *tit.* 5. *lit. y*. Et bene repetuntur Anniverſaria Defunctorum, ac fiunt per ſæcula ſæculorum, juxta voluntatem Teſtatorum, quia, ut vulgatus Alcuinus de divin. Offic. c. de Exequiis Mortuorum, fine, Amalarius loc. cit. & Durand. n. 16. notant ex Auguſtino: qualiter ſit eis in alia vita, neſcimus: & melius eſt, ut eis ſuperſit beneficium noſtrum, quam deſit. Unde ex hac etiam cauſa jure optimo potuit Alexander VII. damnare hanc propoſitionem n. 43. *Annuum legatum pro Anima relictum non durat plus quam per decem annos*. Videatur Joſeph Vicecomes *Volum.* 1. *de Ritib. Miſſæ lib.* 4. *c.* 13.

Putat etiam Gavantus in Rubr. Miſſ. par. 1. tit. 5. n. 2. lit. y., & Guyetus, mutationem perpetuam Anniverſarii in alium diem fieri non poſſe, niſi ab eo, qui mutare poteſt ultimas voluntates; ex *Clement. Quia contradicit*: *de relig. dom.* Contradicit Caval. *tom.* 3. *c.* 6. *in d.* 5. *nu.* 3. ubi hujuſmodi facultatem, ſi adſit juſta cauſa, putat, habere reſpectivos Eccleſiarum Præſides.

2. Præter diem obitus, ſeu depoſitionis, & diem Anniverſarium Defunctorum, qui celebriores reputantur, item ſolemnes habiti ſunt tertius, ſeptimus, & trigeſimus conſtanti Eccleſiæ ab Apoſtolis traditione, ut teſtatur Gavantus *loc. cit. lit. b.* & habere auctoritatem ex veteri Teſtamento oſtendit vulgatus Alcuinus *loc. cit.* Amal. *loc. item cit.* & iterum eodem Op. *de Eccl. offic. l.* 4. *c.* 42. Et licet ex ſupra vulgato Clem. loc. cit. ſpecialia Defunctis ſuffragia deputentur præter Anniverſarium, in die item tertio, nono, & quadrageſimo: nihilominus juxta præſentem Eccleſiæ diſciplinam, rite monet Gavantus, cavendum eſſe, nominare in Miſſa alios dies præter poſitos; quia neque in Rituali novo, prout neque in Miſſali ponuntur alii dies a prædictis. Rationes vero præfatorum dierum: ſeu quare fiunt ſuffragia ſpecialia defunctorum die tertia, ſeptima, & trigeſima a ſuo ipſorum die obitus, vel ſepulturæ? Videri poſſunt apud Joſephum Vicecom. *loc. cit. c.* 8. 6. & 11. & ex antiquis, apud vulgatum Alcuinum loc. cit. Durand. *in Ratio. l.* 7. *c.* 35. *a n.* 5. Beleth. *de div. Offic. c.* 160. & apud Amal. *ll. cit.* qui etiam cit. cap. 42. initio egre-

Digitized by Google

egregio notat, oportuneque monet, ut ſequitur: *Habemus ſcriptum in quodam Sacramentario, quod Officia mortuorum agenda ſunt circa tertiam diem, & ſeptimam, & trigeſimam. Quod non ita intelligo, quaſi ille, qui tertia die agere vult Officia mortuorum, debeat prætermittere priores duos dies ſine ſupplicationibus: aut qui in ſeptima die dicuntur, ſex ſuperioribus debeat tenere in ocio: aut qui in triceſima, viginti, & novem vacare ocio; ſed quod tertia die dicantur celebrari Officia mortuorum, duobus modis poſſit, ideſt, ut tertia die infra ſeptem, ſeptima infra triginta, celebrius agantur circa Officia mortuorum, quam in cæteris diebus, ſive ut tertia die conſummet illa. Simili modo dicimus de ſeptima, & trigeſima.* Hæc Amalarius. Nos autem nonnulla notabimus hic, quæ in die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & Anniverſario Defunctorum ſpectant ad Miſſam, Officium, & abſolutionem in Exequiis.

3 Animadvertendum eſt itaque primo: Anniverſarium computari a die obitus, ut colligitur ex Decretis S. C. infra allegandis, & notat Gloſſa *in C. cum Creatura de celebrat. Miſſar.* & ſuſtinet Caval. *tom.* 3. *c.* 4. *nu.* 7. Eſt igitur Anniverſarium Defunctorum adimplementum oneris impoſiti ad ſuffragia ſingulis annis pro tali Defuncto, ſeu Defunctis impertienda ea anni die, qua accidit, & recurrit mors Inſtitutoris. Licet etiam Anniverſaria Defunctorum ſoleant nuncupari ea ſuffragia Defunctorum, quæ ſingulis ſint annis habenda die, qua vere non recurrat obitus eorumdem: ut patebit ex infra dicendis; & videri poteſt Caval. *tom.* 3. *c.* 6. *Comment. in d.* 6.

Diem vero tertiam, ſeptimam, & vigeſimam alii volunt computandam eſſe a die ſepulturæ; alii autem dicunt, poſſe etiam computari a die obitus. De his videatur Caval. cit. *c.* 4. *a n.* 5. Merat. *tom.* 2. *ſect.* 9. *c.* 2. *n.* 2.

*Omnibus, & ſingulis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus cujuſvis Ordinis, etiam neceſſario exprimendi diſtricte præcipitur, ut Miſſas privatas pro Defunctis, ſeu de* Requiem *in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præſumant. Quod ſi ex Benefactorum præſcripto Miſſæ hujuſmodi celebrandæ incidant in feſtum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus ſuffragia expectantibus detrimento ſit, ſed dicantur de feſto cum applicatione Sacrificii juxta mentem eorumdem Benefactorum; curentque Eccleſiarum Rectores, Sacriſtæ, aliique, ad quos ſpectat, ut hujuſmodi Decretum inviolate ſervetur, atque in Sacriſtia affixum retineatur, ut commode ab omnibus celebrare volentibus conſpici, ac legi poſſit; in eos autem, qui contrafacere auſi fuerint, vel præmiſſa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii tam Sæculares, quam Regulares pro modo culpæ animadvertant.* S.R.C. approbante Alexandro VII. 5. Auguſti 1662., apud Caval. *tom.* 3. *c.* 9. *d.* 10. pluries confirmatum, ac declaratum, idem intelligendum eſſe de Miſſis celebrandis in Altaribus privilegiatis perpetuis: Miſſas autem alias in hoc caſu celebratas habere eamdem vim; videantur dicta 2. Novembr. art. 2. a num. 103. non eſt tamen ſermo de Miſſis cantatis, ſed de privatis; vid. Cavaler. *loc. cit. nmu.* 1. ut in ſequentibus explicatur. 4

Obi-

Digitized by Google

5 Obitus die impedito, non poteſt pro Defunctorum Anniverſario cantari Miſſa de occurrenti feſto, vel feria privilegiata per applicationem. S. R. C. 22. Decemb. 1753. in *Vilnen.* in Lithuan. ad 3. dub. apud Caval. *tom.* 5. *in collect. recent. decr.* ſed *Anniverſaria*, & *aliæ Miſſæ, pro Defunctis certo die dicendæ*, & *impedito*, *poſſunt transferri in diem ſequentem*. S. R. C. 27. Septembr. 1608. apud Caval. tom. 3. c. 5. d. 6. *Anniverſaria*, & *Miſſæ de Requiem*, *quæ certo die dici debent*, *eo impedito*, *transferri poſſunt in ſequentem*, *prout tranſtulit S. R. C.* 19. *Maji* 1614. *in Turritana*. apud Caval. *tom.* 3. *c.* 6. *d.* 5. In die, quo celebratur feſtum duplex, etiam translatum, prohibetur Miſſa de *Requiem* pro Anniverſario, quod poteſt anteferri. imo debet ex Dec. S. C. R. 31. Julii 1665. in una *Nullius* Provinciæ Treviren. apud Merat. *indic. decret. Miſſ. num.* 424. & apud Caval. *tom.* 3, *c.* 6. *d.* 2. igitur ſi pro Anniverſario celebranda ſit Miſſa privata de *Requiem*, Anniverſario occurrente in die, quo non poteſt celebrari Miſſa de *Requiem* privata: dicitur Miſſa de Feſto, ſeu de die, cum applicatione Sacrificii pro Anniverſario: juxta decretum editum 5. Auguſti 1662. ſupra allegatum. Si autem celebranda ſit Miſſa ſolemnis, ſeu cantata de *Requiem*, & Anniverſarium occurrat in die, quo nec Miſſa cantata de Requiem liceat, Anniverſarium, ſeu Miſſa cantata de *Requiem* transfertur. Quinam vero ſint dies, in quibus Miſſa cantata de *Requiem* non liceat pro Anniverſario, conſtabit ex ſequentibus.

6 *Anniverſaria*, & *Miſſæ cantatæ de* Requiem *relictæ ex diſpoſitione Teſtatorum quotannis in die ipſorum obitus, etiam in duplici majori contingentis*, *poſſunt celebrari*, & *proinde in Decreto* 5. *Auguſti* 1662. *edito non comprebenduntur*. S. R. C. 2. Novembr. 1664. in *Novarien.* apud Caval. tom. 3. c. 5. d. 1. Quod decretum approbavit Alexander VII. Conſtit. 171. incip. *Creditæ nobis*. §. 1. tom. 6. pag. 252. Bullar. Roman. Cherub. edit. Rom. ex typog. R. Cam. Apoſt. *Non comprehenduntur*: quia ibi ſermo eſt de Miſſis privatis: ut ſupra innuimus. Caval. loc. cit. & c. 9. in d. 10. n. 1. *Anniverſaria*, & *Miſſæ de Requiem*, *quæ ex diſpoſitione Teſtatorum*, *cum cantu ſunt quotannis celebrandæ*, *poſſunt cantari*, *etiamſi ipſorum obitus inciderit in feſto duplici majori*. S. R. C. 20. Julii 1669. annuente Clemente IX. die 13. Auguſti ejuſdem anni in Decreto generali; apud Caval. *to.* 3. *c.* 5. *d.* 2. Animadvertendum eſt: feſtum, in quo conceditur Miſſa cantata pro Anniverſario, non debere eſſe de præcepto in foro: ſeu non debere eſſe diem, in quo ſit obligatio aſſiſtendi Sacro, ut declaravit S. R. C. 11. Maji 1754. in una Ord. Min. de Obſerv. S. Franciſci Prov. major. Polon. ad 5. dubium, apud Caval. *tom.* 5. *in collect. recentior. decr.* ut manifeſte etiam ſignificatur in Decretis infra allegandis; vide etiam Muſlæum Kreſslinger *in addit. ad theol. moral. Anacl. Reiffenſtuel. to.* 2. *tr.* 14. *diſt.* 5. *quæſt.* 10. *append.* 3. *addit.* 14. *quæſit.* 10. *verſ.* 3.

S. R. C. interrogata; num Anniverſaria, quæ ex diverſorum *Teſtatorum voluntate* ſunt a Capitulo, præſertim circa ſingula Quatuor anni tempora in cantu celebranda, abſolvi poſſint in feſto duplici majori per annum, non tamen de præcepto, etiam ſi dies ille *non ſit vere dies Anni-* 7

*niverſarius* Defuncti ? Reſpondit affirmative 22. Decemb. 1753. *in Vilnen.* in Lithuania ad 1. dub. apud Caval. *tom.* 5. *in collect. recentiorum Decretorum*.

Secus autem erit, ſi Anniverſaria non ſint ex Teſtatorum voluntate: ut declaratur in ſequentibus Decretis: *Ex privata* Parochianorum *petentium ſæpius per annum Anniverſaria pro Defunctis, poteſt in Ruralibus Eccleſiis cantari Miſſa ſolemnis de Requiem in feſto duplici minori; altera Miſſa cantata de feſto, ubi adſunt plures, vel ſaltem duo Sacerdotes: dummodo ſermo ſit de* die vere Anniverſaria *a die obitus*. S. R. C. 19. Junii 1700. in *Curien.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 5. *d.* 7. Si Miſſa ſolemnis abſolute non poſſit, aut nonniſi cum gravi incommodo celebrari, ſufficiet ſimpliciter cantata. Caval. n. 2. Altera autem Miſſa cantata de feſto requiritur, ſuppoſita aliunde obligatione cantandi. Caval. ibid. Vel ſenſus eſt, quod una dumtaxat Miſsa conceditur de Anniverſario, reliquæ autem Miſsæ dici debeant de feſto: ut idem Caval. inclinat ad judicandum *tom.* 3. *c.* 8. *d.* 7. *n.* 5. qui in deſcriptum decretum 7. capitis 5. n. 3. docet, ea verba: *ex devotione Parochianorum*: & *in Ruralibus Eccleſiis*: non ſtare reſtrictive, aut limitative ita; ut dumtaxat id liceat, ſi Parochiani petant, & fiat in Ruralibus Eccleſiis; apud Eccleſiam enim, inquit, acceptio perſonarum non eſt, nec fideles reliquos æquum eſt, nec Eccleſias ſimili conſolatione privari; quare allegata verba ratione ſolius petitionis in decretum, exiſtimat, irrepſiſse; decretumque fidelibus cunctis, atque Eccleſiis non minus eſse favorabile. *Dummodo ſermo ſit de die vere Anniverſaria a die obitus*. Cohærenter, requiſita eadem S. R. C. an Miſsæ de *Requiem* poſſint cantari pro Benefactoribus defunctis ad *petitionem hæredum*, quavis die, etiamſi *non ſit dies obitus*, *vel Anniverſaria*, occurrente feſto duplici minori, aut majori, ſed non de præcepto, ſeu feſtivo? reſpondit: *negative* 11. Maji 1754. in una Ord. Min. de Obſerv. S. Franciſci Provin. majoris Poloniæ ad 4. dub. apud Caval. *tom.* 5. *in collect. recent. decret.* & in opere Merat. in 2. *append. decret. Miſſ. n.* 982.

*In Eccleſiis Parochialibus Ruralibus, in quibus per annum plerumque unus tantum Sacerdos celebrat, & ſine cantu, poteſt dici Miſſa de* Requiem, *quando Anniverſaria ex Teſtatorum diſpoſitione, recurrente obitus die, incidunt in feſtum duplex majus*. S. R. C. 19. Junii 1700. *Curien.* apud Caval. *to.* 4. *c.* 4. *d.* 2. Conceſſio eſt de Miſsa privata: docetque Caval. n. 5. ex hoc decreto haberi univerſaliter, quod ubi abſolute, vel ſine gravi incommodo haberi nequeat Miſsa ſolemnis, vel in cantu, per Miſsam privatam de *Requiem* ſuppleri queant Anniverſaria ex Teſtatorum diſpoſitione, recurrente die obitus, licet incidant in feſtum duplex majus, quod non ſit de præcepto in foro. Confer dicta c. præc. n. 24. 8

*In Anniverſario occurrente in feſto duplici ſecundæ claſſis non poteſt cantari Miſſa de* Requiem. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 5. *d.* 3. Nec diebus excludentibus feſta primæ, aut ſecundæ claſſis, cujuſmodi ſunt Vigiliæ Nativitatis Domini, & Pentecoſtes, Feria IV. Cinerum, & tota hebdomada major. Caval. *tom.* 3. *c.* 5. *in d.* 4. *n.* 1. 9

*Infra*

10 *Infra Octavas privilegiatas non poteſt cantari Miſſa Defunctorum in Anniverſario, & Officio ſolemni.* S.R.C. 5. Julii 1698. in *Collen.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 5. *d.* 4. & 2. *Septemb.* 1741. In *Aquen.* apud Merat. ind. decr. Miſſ. n. 848. *Infra octavas privilegiatas* excludentes duplex primæ, vel ſecundæ claſſis: hujuſmodi ſunt octavæ Epiphaniæ, Paſchæ, & Pentecoſtes, & ſi quæ alicubi habeantur privilegio ſimili decoratæ. Caval. n. 1. *Officium ſolemne* appellat Decretum Officium dierum 3. 7. & 30. vel aliorum ſolemniter celebratorum, de quibus loquitur Rubrica 5. num. 3. ita Caval. n. 2. *An in diebus infra octavam Corporis Chriſti duplicia non excludentibus, cantari poſſit Miſſa de Requiem de die obitus, tertio, ſeptimo, & trigeſimo in dicto Octavario incidentibus? Reſponſum fuit, negative, & ſerventur decreta vulgata in Nuſcana* 12. *Septembr.* 1671. & *in* Collen. 5. *Julii* S.R.C. 8. Martii in *Ulixbon. Occid* apud Caval. *tom.* 3. *in append. poſt ultimum decretum capitis* 12. Vid. dicta infra Octavam SS. Corporis Chriſti n. 63. & dicta 5. Januar. n. 11. & die 25. Decembr. n. 143.

11 *Durante expoſitione SS. Sacramenti occaſione quadraginta horarum, regulariter celebrari non poteſt Miſſa de Requiem privata, licet occurrat Officium hujuſmodi Miſſas admittens; neque cantari poteſt Miſſa Defunctorum pro adimplenda mente Teſtatorum, ſive pro Anniverſario faciendo.* S. R. C. 2. Decembr. 1684. *in una Canon. Regul. Later.* apud Caval. to. 4. c. 7. d. 43. *In Eccleſiis, in quibus occaſione quadraginta horarum expoſitum detinetur Auguſtiſſimum Sacramentum, congruentius abſtinendum eſt a celebratione Miſſarum Defunctorum, etiamſi ex præcepto Teſtatorum eſſent celebrandæ.* S. R. C. 27. April. 1697. in *Eugubina*, apud Caval. *loc. cit. d.* 44. Vide dicta c. 3. art. 5. n. 26. Solemnes itaque Miſſæ Defunctorum, atque cantatæ, tamquam impeditæ, transferendæ erunt in diem alteram cum privilegio ut celebrari valeant in prima die etiam feſto duplici majori impedita; privatæ vero ſupplendæ ſunt per Miſſam de die cum applicatione Sacrificii: juxta ſuperius dicta; Caval. in cit. d. 43. & 44. n. 5. non eſt tamen ſermo de Miſſis Convent. Vid. dicta c. 3. loc. cit.

*Non valentes ſatisfacere Anniverſariis Defunctorum in diebus ferialibus, poſſunt ipſa adimplere in feſtis duplicibus, non tamen de præcepto.* S. R. C. 3. Martii 1629. in *Papien.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 6. *d.* 6. Non eſt hic ſermo de Anniverſariis, quæ recurrunt a die obitus; ſed de Miſſis Defunctorum, quæ ſingulis annis extra diem obitus ſunt habendæ, nulli diei ſtabiliter affixæ. Hujuſmodi Anniverſariis ſi non ſuperſit locus infra annum in diebus, quibus liceant Miſſæ de Requiem, poſſunt ea impleri per Miſſam cantatam de Requiem in feſtis duplicibus non tamen de præcepto in foro. Porro per feſtum de præcepto hic intelligitur feſtum in foro: ut ſupra notavimus, & ſimiliter in ſequentibus, ubi ſimilis fiet exceptio feſti de præcepto. 12

Si in Anniverſario unius occurrat dies obitus alterius, Anniverſarium transferri poteſt, ad tollendum Cleri incommodum celebrandi nimirum duo Defunctorum Officia eodem die, duaſque Miſſas ſolemnes; cedit autem Anniverſarium, quia dies obitus nequit transferri. Caval. *tom.* 3. *c.* 2. *d.* 5. *n.* 5. 13

In

*In diebus relictis a Teſtatore* 3. 7. 30. *Miſſa ſolemnis de* Requiem *poteſt cantari etiam in duplici majori, dummodo non ſit feſtum de præcepto, & non ſit duplex* 1. *vel* 2. *claſſis*. S. R. C. 27. Septembr. 1669. apud Caval. *Tom.* 3. *c.* 4. *d.* 3. Sermo eſt in prædicto decreto de Miſſis ſolemnibus, ut patet; vel ſimpliciter cantatis, ut ex aliis Decretis. Caval. n. 2. Secus autem dicendum eſt de Miſſis privatis, quæ non licent prædictis etiam diebus 3. 7. & 30., ſi ſint impediti ita; ut non poſſint in eis celebrari Miſsæ privatæ Defunctorum, juxta leges traditas cap. præc. n. 19. vid. Caval. cit. c. 4. in d. 2. nu. 8. Igitur etſi ſupra dixerimus ex Decreto S. R. C. 19. Junii 1700. in *Curien.* quod in Eccleſiis Parochialibus ruralibus, in quibus per annum plerumque unus tantum Sacerdos celebrat, & ſine cantu, poſſit dici Miſſa de Requiem, quando Anniverſaria ex Teſtatorum diſpoſitione recurrente obitus die incidunt in feſtum duplex majus: *Non idem tamen dicendum eſt de diebus tertio, ſeptimo, trigeſimo, ſed ſervetur Decretum generale editum* 5. *Auguſti anno* 1662. S. R. C. in eodem Decreto prædicto diei 19. Junii 1700. in *Curien.* apud Caval. *tom.* 3. *c.* 4. *d.* 2. Decretum generale 5. Auguſti 1662. quod ſervari mandatur, eſt illud, quod hic ſupra deſcripſimus nu. 4. in quo dicenda præſcribitur Miſsa privata de die cum applicatione Sacrificii. Vult autem Caval. ſupra cit. nu. 8. hoc limitandum eſse, ſi in immediate præcedenti die poſset anticipari, eo quod ſit dies admittens Miſsas privatas de Requiem.

Infra Octav. Corporis Chriſti, & alias privilegiatas non poſse cantari Miſsas Defunctorum in die 3. 7. 30. notavimus ſupra n. 10.

*Officium pro die tertio, ſeptimo, vel trigeſimo poſt obitum defuncti, ſi cadat die Dominico, vel feſtivo, transfertur in diem ſequentem cum eadem ſolemnitate*. S. R. C. 23. Maij 1603. in *Egitanien.* apud Caval. *to.* 3. *c.* 4. *d.* 1. Transfertur *cum eadem ſolemnitate*; atque adeo cum duplicatione Antiphonarum, & Miſsa cum unica oratione, & ſequentia. Caval. l. cit. n. 2. Merat. *to.* 1. *par.* 1. *tit.* 5. *n.* 5 *fine*. 15

*Anniverſaria, ſive Miſſæ quotidianæ cantatæ de* Requiem *relictæ ex diſpoſitione Teſtatorum pro certis diebus, his impeditis die Dominico, ſeu alio feſto de præcepto, cantari poſſunt in diebus ſubſequentibus, ſeu antecedentibus, in quibus occurrunt Officia de duplici majori, non tamen de præcepto, præcipue de Sanctis alicujus Ordinis; non relicta tamen Miſſa in cantu de duplici minore occurrente, quatenus adſit obligatio cantandi*. S.R.C. 4. Maij 1686. *in una Canon. Regul. Lateranen.* apud Caval. *to.* 3. *c.* 6. *d.* 4., & confirmatum fuit 1753., interrogata enim S. R. C. quomodo, & qualiter abſolvenda ſint Anniverſaria, quæ occurrunt abſolvenda circa Quatuor Tempora Paſchalia, & infra Octavam Pentecoſtes, & non poſſint omnia abſolvi, & finiri ante Octavam Corporis Chriſti? Reſpondit: *Servetur decretum die* 4. *Maji* 1686. in una Canon. Reg. Lateran. S. R. C. 22. Decembr. 1753. in *Vilnen.* in Lithuania ad 4. dub. apud Caval. *to.* 5. *in Collect. recent. decret.*

Defunctorum Miſſæ cantatæ impeditæ in proprio die, cantari poſſunt *in diebus ſubſequentibus, ſeu antecedentibus*, liberum erit anticipare, vel poſtponere; ſed vide Caval. *tom.* 3. *c.* 6.

c. 6. *in comm. in decr.* 5. *n.* 1. Cantari autem debent in prima die *proxime* non impedita, etiamſi ob occurrentia impedimenta plurima in longum protraheretur, vel anticiparetur Anniverſarii celebratio, ut quando impeditur per ferias Paſchatis, vel præcedentis hebdomadæ: quemadmodum animadvertit Caval. loc. cit. n. 2. & conſonat cum Turrino, Meratus loc. cit. ubi ait, quod ſi dies Anniverſaria, vel tertia, ſeptima, &c. caderet in Dominicam Palmarum, tranſferenda eſſet Miſſa ſolemnis Defunctorum talium dierum uſque in feriam ſecundam poſt Dominicam in Albis, & cum eadem ſolemnitate tunc celebranda, quæ eidem competit in diebus propriis.

16 *Quando adeſt obligatio, & onus faciendi diverſa Anniverſaria ſtatis diebus, in quibus occurrunt feſta duplicia, ſive ſemiduplicia, nec non etiam tempus Quadrageſimale, & Quatuor tempora, Vigilia, & ſimilia, Miſſa Conventualis nullo pacto eſt ommittenda, ſed utraque Miſſa cantanda eſt, altera de die, altera de* Requiem, *etiamſi occurrat feſtum duplex, dummodo non ſit feſtivum de præcepto, ad hoc ut Teſtatorum voluntates adimpleantur, & licite eleemoſyna lucrari poſſit: ut declaravit S. R. C. 1. Septembr. 1607. in* Pampilonen., *& 29. Novemb.* 1628. *in* Januenſi, apud Caval. to. 3. c. 8. d. 5. & Merat. ind. decr. Miſſ. nu. 708. *Tolerari poſſunt Miſſæ Votivæ cantatæ B. M. V. in Sabbato, vel pariter cantatæ Defunctorum in feſto duplici, quod non eſt de præcepto, ut Teſtatorum voluntates adimpleantur, dummodo non omittatur Miſſa Conventualis.* S. R.C. 1. Septembr. 1601., & 20. Junii 1626. in *Nucerina in Umbria* apud Merat. *ind. decr. Miſſ. num.* 71. Caval. *tom.* 3. *c.* 6. *d.* 3. Hoc Decretum intelligitur de Miſſis cantatis in die Anniverſario, vel tertio, ſeptimo, & trigeſimo, relictis ex diſpoſitione Teſtatorum. Merat. loc. cit., confer dicta ſuperius n. 7. & 14.

*Miſſa Conventualis non poteſt celebrari pro Anniverſario, ſed cantandæ ſunt duæ Miſſæ.* S. R. C. 12. Julii 1628. in *Januen.* apud Caval. to. 3. c. 8. d. 4. *In die quo celebratur feſtum duplex etiam tranſlatum, prohibetur Miſſa de* Requiem, *niſi ſit præſens Cadaver. Anniverſarium poteſt tranſferri, imo debet; & in feriis majoribus debent omnino cantari duæ Miſſæ.* S. R. C. 31. Julii 1665. *in una* Nullius *Provinc. Treviren.* apud Caval. to. 3. c. 6. d. 2. *In die Anniverſarii, & Depoſitionis non poteſt cantari Miſſa Defunctorum loco Conventualis.* S.R.C. 5. Julij 1698. in *Collen.* apud Caval. to. 3. c. 8. d. 3. *Ob Miſſam Votivam ſeu pro Defunctis non eſt omittenda Miſſa Conventualis; neque poteſt introduci conſuetudo in contrarium uſum.* S.R.C. 16. Januar. 1697. in *Januen.* apud Caval. *to.* 3. *c.* 8. *d.* 2. vide dicta tr. 1. l. 1. c. 2. qu. 5. interrog. 2. num. 15.

Ad quæſitum: num habens onus ſingulis annis celebrandi Anniverſarium viginti, aut quadraginta Miſſarum pro Fundatoris Anima, teneatur celebrare facere etiam unam Miſſam cantatam? Sacra Concilii Congreg. reſpondit, negative ſub die 13. Januar. 1691. quia niſi aliud exprimatur, tale Anniverſarium intelligi debet de Miſſis privatis. Caval. *to.* 5. *c.* 28. *n.* 31. 17

Quibuſnam diebus nullæ poſſint celebrari Defunctorum Exequiæ, ratione ſolemnitatis, aut celebrationis alicujus excellentis myſterij? notavi-

mus

Digitized by Google

mus cap. præc. art. 6. Ubi celebratur Anniverſarium Defunctorum omnium alicujus Ordinis Regularis, ſi ſimul occurrat Anniverſarium, ſeu Officium Fundatoris: vide dicta 2. Novemb. art. 2. n. 109.

18 In die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & Anniverſario Defunctorum Miſſa ſolemnis de Requiem, ſi ſit concurſus populi, poterit dici ultimo loco poſt Nonam. *Rubr. gen. Miſſ. tit.* 15. *n.* 3. *fine*; vid. Caval. *to.* 3. *cap.* 8. *Comment. in decr.* 6.

19 In die Anniverſario habetur Miſſa propria, quæ in Miſſali inter Miſſas Defunctorum eſt ordine tertia. Si autem Anniverſarium fiat pro Pontifice Summo, vel Epiſcopo, dicitur Miſſa, quæ in die obitus eorumdem lecta fuit: hoc eſt ut in commemoratione omnium Fidelium Defunctorum cum Orat. *Deus, qui inter Summos Pontifices*: Si Anniverſarium non ſit pro Summo Pontifice; ſed pro Epiſcopo, Or. *Deus; qui inter Apoſtolicos*: Vid. Caval. *to.* 3. *c.* 10. *in prælimin. a n.* 14. *& c.* 11. *in d.* 7. *n.* 16. Miſſam ut in die obitu, per ſe loquendo, legi poſſe etiam in Anniverſario aliorum: habes ex dictis c. præc. art. 3. n. 18., dicendæ autem ſunt Orationes, ut in Anniverſario. Vid. Caval. cit. n. 16. *Si Anniverſarium anticipetur, vel poſtponatur per aliquot dies, poteſt dici Miſſa ut in Anniverſario*. S. R. C. 5. Julii 1698. in *Collen.* apud Caval. to. 3. c. 11. d. 6. *In Anniverſariis Defunctorum ob aliquod impedimentum a proprio die tranſlatis, quævis dicatur Miſſa, ſive ut in Anniverſario, ſive ut in quotidianis, verba in oratione*: cujus Anniverſarium Depoſitionis diem commemoramus &c. *non ſunt varianda*: S. R. C. 22. Decembr. 1753. in *Vilnen.* in Lithuaniæ ad 2. dub. apud Caval. *to.* 5. *in collect. recent. decret.* Idem ſtatutum fuerat 4. Maji 1686. *in una Canon. Regul. Lateranen.*, apud Caval. *to.* 3. *c.* 11. *d.* 5.

In die tertio, ſeptimo, & trigeſimo dicitur Miſſa, quæ in die obitus lecta fuit; *Rub. Miſſ.* cum Orationibus tamen propriis; ut in Miſſali deſignantur poſt ſecundam Miſſam Defunctorum; Vid. Caval. *ſupra cit. d.* 7. *n.* 16. Merat. *tom.* 1. *par.* 1. *tit.* 5. *nu.* 11. *fine*. Qualis autem Miſſa dicenda ſit in die obitus; notavimus c. præc. art. 3. n. 18. Pro Summo Pontifice autem, & Epiſcopo, orat. ut ſupra in Anniverſario: Caval. *cit. num.* 16. 20

In die Anniverſario Defuncti dicitur in Miſſa etiam privata una tantum oratio; & ſimiliter in die tertia, ſeptima, & trigeſima. *Rubr. gen. Miſſ. tit.* 5. *n.* 3. Caval. *to.* 3. *c.* 11. *in d.* 7. *n.* 1. *&* 2. Hinc argue dicendam eſſe Sequentiam *Dies iræ*; ex Rubr. cit. n. 4. & quod dicenda ſit in Anniverſario; declaravit expreſſe S. Conc. Congreg. *in una Montis Marani* 30. Januar. 1723. apud Lucium Ferrar. in ſua Bibliot. to. 8. edit. 3. Bonon. in primo ſupplem. in primo V. *Miſſa n.* 65. Privilegium autem unicæ orationis exiſtimat Caval. *to.* 3. *c.* 11. *in d.* 7. *num.* 5. concedendum quoque Miſſis illis, quæ per Teſtatores decantari indictæ ſunt: quia condecoratæ videntur ritu duplici inſtar Anniverſariorum. Idipſum credit tribuendum Miſſis privatis eadem die celebrari præſcriptis ab iiſdem Teſtatoribus prædictæ Miſſæ cantatæ. 21

Si fiat abſolutio, videantur dicta c. præc. art. 3. a n. 28. & dicta 2 Novembris a n. 88. Hic autem ſpecialiter notamus; quod *Abſolutio ſolemnis* 22

X 2 *cum*

*cum aſſiſtentia quatuor Dignitatum, vel Canonicorum ultra Celebrantem in Anniverſario alicujus Epiſcopi non debet fieri, quia obſtant Rubricæ Pontificalis Romani*. Sac. R. C. 14. Novembr. 1654. in *Recineten.* apud Merat. ind. decr. Miſſ. n. 316.

23 *Duplicatio Antiphonarum* (in Officio Defunctorum) *præter diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & diem Depoſitionis Defuncti, fiat in diebus* 3. 7. 30. *& Anniverſario*. S. R. C. 8. Martii 1738. apud Caval. tom. 2. c. 2. d. 8. & Ritual. tit. *de Offic. Def. & Exequ. abſ. corp.* confer dicta 2. Novembr. num. 112. Diebus 3. 7. 30. & Anniverſario Rituale tres adſcribit Nocturnos; permittit autem unicum recitare ob temporis anguſtiam, vel ob aliam urgentem cauſam; quo quidem caſu, ſatius fore primum Nocturnum eligere, exiſtimat Caval. tom. 3, cap. 2. in d. 9. n. 2. Invitatorium *Regem, cui omnia vivunt*, præter diem depoſitionis Defuncti, & commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, dicendum ſimilitèr eſſe in die 3. 7. 30. & Anniverſario, & Depoſitionis abſente Corpore, & irregulariter quando tres nocturni dicuntur: docent communiter Auctores apud Caval. l. cit. n. 5. & adeſt Decretum S. C. R. 9. Maji 1739, *in una Ord. Eremit. Camald. Montis Coronæ*, in quo declaratum fuit: *quod in Officio Defunctorum, quando recitatur integrum, numquam omittendum ſit Invitatorium*: in opere Merati *in 2. append. decr. Brev. n.* 397. & apud Caval. *tom. 3. in append. ad. c. 2. de Offic. Defunct. d.* 4. quæ append. datur ad calcem cit. tomi 3.

*In Miſſis Defunctorum non pulſentur Organa, nec aliud quodvis muſicum inſtrumentum adhibeatur*. Benedictus XIII. in Concilio Rom. tit. 15. c. 6. apud Caval. *to.* 3. *c.* 15. *d.* 61. cohærenter ad Cærem. Epiſcop. lib. 1. c. 28. ubi ſic: *In Miſſis, & Officiis Defunctorum nec Organo, nec Muſica, quam figuratam vocant, utimur, ſed cantu firmo*: Quid autem notandum pro quarta funerali? Vid. c. præc. art. 5.

CA-

Digitized by Google

# CAPUT X.

## DE FUNCTIONIBUS PONTIFICALIBUS ABBATIALIBUS.

1 MISSA *ſolemnis Abbatialis ter in anno ad ſummum eſt canenda, non tamen cum ſeptem, ſed cum ſex candelabris, & cum abaco parvo.* S. R. C. 29. Januarii 1628. apud La-Croix ind. decr. n. 111.

2 *Baldachinum Abbatis ſine auro ſit, & ter in anno ad ſummum adhiberi poteſt.* S. R. C. 29. Januar. 1628. apud La-Croix ind. decret. n. 112. His conformia habentur in Decreto generali circa uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum: coram Alexandro VII. emanato die 27. Septembr. 1659. exquo §. 1. *Prælati Epiſcopis inferiores, qui Pontificalium uſu fruuntur, ſuper Altari, in quo Sacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam debent apponere Candelabrum.* Item §. 2. *Prælati Epiſcopis inferiores Cathedram, ſeu ſedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſiis, non debent detinere, ſed tribus ipſis diebus, quibus, ex antiquis Decretis, tantummodo Pontificaliter celebrare eſt eis permiſſum; mobili Sede, ſeu Cathedra uti debent: quam nihilominus ſimplici ſerico panno coloris feſtivitati congruentis obducere poſſunt, non auro contexto, aut Phrygio, ſive baſilico opere exornato.* Item §. 5. *Dies, in quibus ſolemniter Prælatis inferioribus celebrare conceditur, ſint de præcepto feſtivi, vel alii, in quibus ipſos Pontificaliter celebrare Feſtivitatis ratio exigat, nempe Patroni Loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Eccleſiæ; abſtinere autem debent ab hujuſmodi Pontificalium uſu in Officiis, & Miſſis Defunctorum quocumque die, etiam feſtivo, & de præcepto;* Apud Merat. ind. decr. Miſſ. 338. 339. & 342. Videri etiam poſſunt dicta 2. Februarii num. 41.

# CAPUT XI.

## DE RESIDENTIA CLERICORUM.

1. TRIDENTINUM, ſeſſ. 23. ca. 1. de Reformat. indulget Epiſcopis (quorum nomine veniunt etiam Archiepiſcopi, Patriarchæ, Superiores habentes curam Animarum, & Cardinales Epiſcopi; Tolet. *ſum. l.* 5. *c.* 4.) ex juſta cauſa abeſſe a propriis Diœceſibus per trimeſtre, ſive continue, ſive interrupte intra annum, eosque ſimul admonet, ne per illius temporis ſpatium, Dominici Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, item, & Corporis Chriſti diebus, ab Eccleſiis ſuis Cathedralibus abſint, niſi forte Epiſcopalia munia in aliis Diœceſum ſuarum locis eos detineant. Quod ſi ultra tres menſes a propriis Diœceſibus abeſſe velint, indigent facultate.

2. Idem etiam Tridentinum loc. cit. ſtatuit, non licere Parochis ultra bimeſtre intra annum a propria Parochia abeſſe ſine cauſa, & licentia Epiſcopi.

3. Abſens Epiſcopus a propria Diœceſi ultra tres menſes intra annum, & Parochus a propria Parochia ultra duos menſes, peccant graviter, & fructus non faciunt ſuos.

4. Qui in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis obtinent dignitates, Canonicatus, Præbendas, vel portiones, ſi intra annum ultra tres menſes abſint, primo anno media parte fructuum; ſecundo autem anno omnibus fructibus, quos illo anno lucrati ſunt, privantur. Quæ tamen pœna eſt ſententiæ ferendæ, non latæ; ut conſtat ex Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de Reform. & notat Buſemb. *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 1. *de Benefic. Eccl. art.* 4. *Reſp.* 3. An vero peccent mortaliter, ſi abſque legitima cauſa abſint a Choro ultra tempus a jure permiſſum? Vide La-Croix *lib.* 4. *de Benef. Eccl. qu.* 129. *n.* 876. Pro aliis item dubiis ad hanc materiam reſidendi ſpectantibus legatur Bulla Benedicti XIV. incipiens, *Ad univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ ſtatum.* to. 2. n. 18. Videatur etiam 2. p. Juris Canon. tit. de Clericis non reſid. ex Auctoribus autem Benedict. XIV. *de Synod. Diœceſ. l.* 7. *ca.* 1. La-Croix *lib.* 3. *par.* 1. *qu.* 170. *a n.* 736. & lib. 4. qu. 128. Zachar. in addit. ad illa loca; Tolet. *in ſum. lib.* 5. *c.* 4. Gavant. *in Manu. Epiſc. V. Canonicor. Reſid.* & in V. Parochorum reſid.

Quomodo in Italia, & Inſulis adjacentibus excuſentur a reſidentia Parochi &c. dum vacant Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii? Vide ſequ. cap. 12. num. 2.

CA-

Digitized by Google

# CAPUT XII.

## DE INDULGENTIIS.

AGITUR §. §. VIII.

§. I. *Indulgentiæ pro Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii.*
§. II. *Indulgentiæ pro habentibus Coronas &c. benedictas a Pontifice.*
§. III. *Indulg. plen. pro recitantibus quaſdam Coronas.*
§. IV. *Indulgentiæ pro celebrantibus decem ſupra tres ferias ſextas in honorem Domini, & B. B. 12. Apoſtolorum ejus.*
§. V. *Indulg. plen. conceſſa orantibus pro Defunctis.*
§. VI. *Indulg. plen. conceſſa orantibus pro morientibus, ſeu animarum agentibus.*
§. VII. *Indulg. plen. in articulo mortis concedenda per Epiſcopos, vel delegatos ab ipſis.*
§. VIII. *Indulg. plen. cum benedictione Papali, ſeu Pontificis nomine ſuper populum.*

### §. I.

*Indulgentiæ pro Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii.*

1 PRO peragentibus Exercitia ſpiritualia Sancti Ignatii plures extant conceſſiones Indulgentiarum. Paulus V. Religioſis ſe exercentibus per dies decem in dictis Exercitiis Indulgentiam plenariam conceſſit Conſtit. 21. incip. *Romanus Pontifex*. 23. Maji 1606. §. 10. Et Fratribus Regularis Obſervantiæ S. Franciſci, ac Reformatis Ciſmontanæ Familiæ Exercitiis ſpiritualibus octo dierum ſpatio vacantibus Indulgentiam plenariam conceſſit Alexander VII. 11. Junii 1659. ut apud Lucium Ferrar. V. *Exercitia ſpiritualia.*

*Lettera della Sagra Congregazione ſopra i Veſcovi, e Regolari, d' ord' ordine d' Innocenzio XI. per li Eſercizii ſpirituali da farſi dagli Ordinandi, e Monacandi; diretta al Cardinale Arciveſcovo di Milano, e ſimilmente a tutti li Metropolitani, da comunicarſi, e farſi oſſervare da tutti li ſuoi riſpettivi Suffraganei.* 2

*LA Santità di Noſtro Signore, che con paterna ſollecitudine rifletta di continuo a tutti quei mezzi, che poſſono contribuire alla maggior ſicurezza della ſalute dell' Anime, conoſcendo col ſuo ſanto zelo, quanto ſia neceſſario un precedente diveto raccoglimento di ſpirito, per degnamente prepararſi, tanto in ordine alli promovendi al ricevimento degli Ordini; quanto riſpetto alle Spoſe di Criſto, al veſtir l' Abito, e profeſſar lo ſtato Religioſo; vuole, e comanda, che tutti li promovendi agli Ordini sì minori, come ſagri, debbano per dieci giorni continui avanti l' Ordinatione ritirarſi a fare gli Eſer-*

*ſercizii ſpirituali nell' iſteſſa conformità preſcritta alli promovendi in Roma nella Coſtituzione 126. della felice memoria di Aleſſandro VII. che comincia,* Apoſtolica ſollicitudo*: E che parimente tutte quelle, che vorranno farſi Monache in qualſivoglia Monaſterio, anche ſoggetto a' Regolari, ſieno tenute fare i detti Eſercizii ſpirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l' Abito, e ſiano ammeſſe al Noviziato. E che li medeſimi Eſercizii ſi debbano ripetere per lo ſpazio di dieci giorni, avanti che ſieno ammeſſe alla Profeſſione, alla quale la Santità Sua comanda, che non debbano eſſere ricevute, ſe prima non avranno adempiuta queſta ſanta preparazione. Deſidera inoltre Sua Beatitudine, che ſi procuri con tutte le diligenze poſſibili, ma con modi ſoavi, e diſcreti, che ancora tutte le Monache Profeſſe una volta l' anno, almeno per qualche tempo, che ſi ſtimerà opportuno, facciano li medeſimi Eſercizii per la rinovazione dello ſpirito, tanto neceſſaria a chi con eſſerſi rinchiuſa ne' ſagri Chioſtri, deve profeſſare lo ſtato di perfezione. Reſterà per tanto ſervita V. E. di far pronta eſecuzione à comando sì ſanto di ſua Beatitudine; mentre per fine le bacio divotamente le mani.*

*Roma 9. Ottobre 1682.*

*Di V. E.*

*Umiliſs. e Devot. Serv.*
*C. Card. Facchinetti.*

*B. Panciatici Secret.*

*Epiſtola Encyclica ad univerſos Italiæ, Inſularumque adjacentium Ordinarios juſſu Summi Pontificis Clementis XI. conſcripta: qua pium Exercitiorum ſpiritualium opus ipſis maxime commendatur,, & Clericis, Sacerdotibus, aliiſque Eccleſiaſticis illa peragentibus quædam ex Apoſtolica benignitate indulgentur.*

REVERENDISSIME *Domine uti Frater. Inter graviſſimas Paſtoralis Officii curas, quibus Sanctiſſimus Dominus Noſter aſſidue premitur, in eo præcipuo ſtudio incumbit, ut quicumque in ſortem Domini vocati ſunt, præſertim vero Sacerdotes, & Animarum Rectores, tum ſacrarum Litterarum, Divinarumque rerum ſcientia, tum etiam vitæ, morumque honeſtate cæteris antecellant, ac in omnibus, juxta monitum Apoſtoli præbeant ſemetipſos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Cum etenim ipſi ſint ſanctiora Eccleſiæ membra, diſpenſatores Myſteriorum Dei, Chriſtiani Populi Duces, & Magiſtri, Mediatores inter Deum, & homines, lucernæ ſuper candelabrum poſitæ, ut luceant omnibus, qui in Domo ſunt; Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, Divinumque cultum accendat, quam illorum vita, & exemplum: omnes ſiquidem in ipſos, tamquam in ſpeculum, oculos conjiciunt, ut inde ſumere poſſint, quod imitentur. Porro cum diuturna experientia compertum ſit, ad retinendam, conſervandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, & ſanctimoniam, maxime conducere, ut Eccleſiaſtici viri ſpiritualibus Exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid ſordidum de mundano pulvere contractum eſt, commode detergitur, Eccleſiaſticus ſpiritus reparatur, mentis acies ad Divinarum rerum*

*rum contemplationem extollitur, recte, ſancteque vivendi norma, vel inſtituitur, vel confirmatur. Proinde Sanctitas ſua pro eximio, quo flagrat, omnium ſalutis zelo, vehementer exoptans, ut pium hoc, & ſaluberrimum Exercitiorum ſpiritualium opus ubique locorum magnopere frequentetur, ac vigeat, univerſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæteroſque tum Italiæ, tum etiam Inſularum Ordinarios enixe admonet, ac in Domino hortatur, ut illud in ſua quiſque Diœceſi, quo majori poterunt conatu, & ſtudio promovere ſatagant; præcipue vero iis diſtricte injungit, ac præcipit, quæ dudum ſan. mem. Innocentius XI. P. M. per Encyclicam Epiſtolam a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium Conſultationibus præpoſita ad univerſos Italiæ, Inſularumque adjacentium Epiſcopos datam 9. Octobris 1682.* ( quam nos ſupra deſcripſimus ) *quo ad hujuſmodi ſpiritualia Exercitia a ſingulis Clericis decem dierum ſpatio antequam ad ſacros Ordines aſſumantur, peragenda mandavit, exacte, ac inviolabiliter obſervari, & exequi, curent, & quos iiſdem Exercitiis per antedicti temporis ſpatium minime operam dediſſe, cognoverint, a ſacra Ordinatione repellant penitus, & arceant. Præterea Sanctitas Sua eoſdem Ordinarios admonet, & hortatur, ut fructu, qui ſane uberrimus ex prædictis ſpiritualibus Exercitiis percipitur, opportune propoſito, ac explicato, univerſos ex Clero ſibi ſubjecto, ſed præcipue Animarum Rectores, Confeſſarios, Canonicos, alioſque Beneficiatos Chori ſervitio adſtrictos diligenter excitent ad eadem Exercitia ſaltem ſemel in anno peragenda in Domibus Religioſorum Societatis Jeſu, ſeu Presbyterorum Congregationis Miſſionis, ſi adſint, ſin minus in alia pia, ſeu Regulari Domo ab ipſis Ordinariis ad id deſignanda, & approbanda. Ut autem alacrius ad ejuſdem ſpiritualem ſeceſſum ſinguli conveniant, Sanctitas Sua omnibus præfatis Animarum Rectoribus, Confeſſariis, Canonicis, & Beneficiatis, aliiſque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies ſingulis annis eadem Exercitia peregerint in domibus præfatis, ibique diu, noctuque permanſerint, ac interea temporis vere pœnitentes, & confeſſi Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, quoties id egerint, plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino elargitur. Parochos inſuper, per idem tempus ſemel tantum in anno Exercitiis hujuſmodi vacantes, a reſidentia benigne abſolvit; Quod ipſum ſervari præcipit quo ad Canonicos, Beneficiatos, alioſque perſonali reſidentia obſtrictos, & Chori ſervitio mancipatos, quos nihilominus lucrari, decernit, integros fructus, & quotidianas ſuorum reſpective Canonicatuum, & Beneficiorum diſtributiones quaſcumque, perinde ac ſi Choro Diviniſque Officiis perſonaliter intereſſent, dummodo tamen eadem Exercitia peragant obtenta prius ab Ordinario licentia, a quo nullatenus concedenda erit Adventus, & Quadrageſimæ tempore, ac in ſolemnioribus Feſtivitatibus, nec umquam omnibus ſimul Canonicis, aliiſque Choro inſervientibus, ſed eo adhibito modo, quo Chori ſervitium nequaquam intermittatur; & quo ad Parochos, idoneis prius ſubrogatis œconomis ab ipſomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter adminiſtrent. Mandat inſuper Sanctitas Sua, ut hæ litteræ publicentur in iſta Diœceſi, & in Cancellariæ Regiſtris pro perenni eorum, quæ in illis continentur, obſervantia adſcribantur,*

*& ad hunc ipſum finem, quolibet triennio, earum publicatio renovetur: Quæ omnia ita diligenter ab Ampl. tuæ vigili providentia, ac Paſtorali ſollicitudine præſtanda fore confidit Sanctiſſimus Pater, ut a Sanctitate Sua laudem, a cœleſti verò bonorum operum Retributore condigna præmia valeat promereri; & Ampl. tuæ copioſa Divinorum Chariſmatum incrementa ex animo precor. Ampl. tuæ.*

*Dat. Romæ die 1. Februarii 1710.*

*Ut Frater.*

*Bandinus Card. Panciaticus Præf.*

*V. Petra Secr.*

## ARTICULUS II.

### *Indulgentiæ pro habentibus Coronas atque alia benedicta a Pontifice.*

3 QUI apud ſe habens aliquam Coronam, aut Crucem benedictam, aut Numiſma ſimiliter benedictum a Summo Pontifice, conſueverit ſemel ſaltem, hebdomadibus ſingulis, recitare Coronam Domini, aut B. Virginis, aut Roſarium, aut hujus partem tertiam, aut Officium Divinum, aut Officium B. Virginis, aut illud Defunctorum, aut ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, vel Graduales, aut Miſſæ aſſiſtere Sacrificio, aut illud, ſi Sacerdos fuerit, celebrare, aut aliquod miſericordiæ opus exercere, & confeſſus Euchariſtiam ſumpſerit, atque Dominum rogaverit pro hæreſum, & ſchiſmatum extirpatione, Fidei Catholicæ propagatione, Chriſtianorum Principum pace, & Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus aliis: conſequetur Indulgentiam annorum quinque, & totidem quadragenarum in ſingulis Dominicis, aut feſtivitatibus anni. Quod ſi alia die præſtiterit prædicta, centum dierum Indulgentiam obtinebit. Affert Plazza *de Purgator. par. 2. art. 5. §. 10. n. 52.*

Eſt autem animadvertendum: Sacram Congregationem Indulgentiarum in ſuo Decreto edito 7. Martii 1678. & approbato a Summo Pontifice Innocentio XI. declaraſſe, nullas eſſe omnes Indulgentias conceſſas ante Decretum Clementis VIII. latum die 9. Januarii 1597. Coronis, Roſariis, Granis, ſeu Calculis, Crucibus, & Imaginibus ſacris, niſi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innovatæ, aut confirmatæ. Idipſum cavetur in Indice de libris prohibitis, Benedicti XIV. juſſu edito, *tit. de Decretis, de libris prohibitis §. 3. n. 9.* edit. Rom. 1758. ex Typograph. R. Cam. Apoſtol. Videri etiam poteſt La-Croix *lib. 6. par. 2. qu. 189. n. 1369.* & Plaz. l. cit. 4

## ARTICULUS III.

### *Indulgentiæ pro recitantibus quaſdam Coronas.*

QUI quotidie per annum integrum recitaverit Coronam ſeptem Dolorum B. Virginis, poterit ſemel in anno conſequi Indulgentiam plenariam applicabilem Defunctis, ſi die, quo libuerit, communicaverit, ſacraque Euchariſtia refectus fuerit, & pro pace &c. oraverit. Conceſſit Benedictus XIII. Sed & Clemens XII. eamdem Indulgentiam impertitus eſt, etiamſi quater tantum ſingulis hebdomadibus prædicta Corona fuerit recitata: & adhuc recitetur devote illo ipſo 5

Digitized by Google

ipſo die, ad Indulgentiam hanc conſequendam electo. Apud Plaz. l. cit. n. 81. Aliam Indulgentiam plen. ſemel in menſe notavimus tr. 1. l. 1. par. 1. c. 5. ſect. 5. Aliam Indulgentiam quotidianam annorum plurium pro recitantibus Coronam eamdem attulimus tr. 1. l. 1. c. 4. §. 1. n. 2.

6 Qui per annum quater ſaltem ſingulis hebdomadibus conſueverit recitare Coronam Domini Noſtri Jeſu Chriſti benedictam a Camaldulenſibus Religioſis; poterit Indulgentiam plenariam ſemel in anno die, quo placuerit, conſequi, ſi confeſſus Sacram Euchariſtiam ſumpſerit, prædictamque Coronam eadem die recitaverit, preceſque fuderit conſuetas pro pace &c. Conceſſit Clemens X. Apud Plaz. loc. cit. Aliam Indulgentiam quotidianam pro recitantibus Coronam eamdem attulimus tr. 1. lib. 1. l. cit. n. 1.

7 Qui quotidie per annum integrum recitaverint Coronam S. Birgittæ nuncupatam, cum qua ſaltem quinquagies Salutatio Angelica, & quinquies Oratio Dominica diebus ſingulis fuerit repetita; Indulgentiam plenariam ſemel in anno conſequuntur Defunctis applicabilem, ſi die, quo libeat, confiteantur, ſacramque Communionem ſumant, & oret pro pace &c. Conceſſit Clemen. XI. Conſtit. 206. incip. *De ſalute Gregis Dominici*: 22. Septembre 1714. to. 11. Bullar. par. 2. & meminit Plaz. l. cit. Alias Indulgentias quotidianas, quæ cum eadem Corona obtineri poſſunt, attulimus tr. 1. l. 1. loc. cit. n. 4.

8 Benedictus XIII. omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui Roſarium, vel ſaltem tertiam partem ejuſdem devote quotidie per annum integrum recitaverunt, ſi confeſſi, & ſacra Communione refecti fuerint, & pro Chriſtianorum concordia, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione oraverint, ſemel in anno, die ab unoquoque eligenda, conceſſit Indulgentiam plenariam, etiam cum facultate applicandi Defunctis. Apud Meratum tom. 2. in Rubr. Brev. ſect. 5. c. 2. verſus finem. Aliam Indulgentiam dierum, & annorum quotidianam pro recitantibus idem Roſarium notavimus tr. 1. loco cit. n. 3.

## ARTICULUS IV.

*Indulg. pro Celebrantibus decem ſupra tres ferias ſextas in honorem Domini, & Beatorum 12. Apoſtolorum ejus.*

De quibuſdam Indulgentiis conceſſis celebrantibus decem ſupra tres ferias ſextas in ea forma, quam inſtituit, & docuit S Franciſcus a Paula, in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatorum duodecim Apoſtolorum ejus; videri poteſt Benedictus Plazza loco ſupra cit. fine. 9

## ARTICULUS V.

*Indulg. plen. conceſſa orantibus pro Defunctis.*

Qui quotidie per annum ad ſignum Campanæ ſub horam noctis datum ad orandum pro Defunctis, ſecundum dicta tr. 1. lib. 1. c. 6. ubi egimus de hac oratione: Pſalmum: *De profundis*. Flexis genibus recitaverit; vel ſemel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam cum verſiculo: *Requiem æternam* &c. in ſuffragium Animarum Purgatorii: po- 10

terit Indulgentiam plenariam ſemel in anno conſequi die, quo magis libuerit, dummodo confiteatur, ſacraque Euchariſtia reficiatur, ſolitaſque preces fundat pro pace &c. Conceſſit Clemens XII. Conſtit. 184. pag. 134. tom. 14. Bullar. Rom. Caroli Cocquelines, quam deſcripſimus tr. 1. lib. 1. loco cit.

## ARTICULUS VI.

*Indulg. plen. conceſſa orantibus pro morientibus, ſeu Animam agentibus.*

11. INTERVENIENTES Orationi, quæ ſemel ſingulis menſibus fieri pro morientibus, ſeu Animam agentibus conſuevit in Eccleſiis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis, ſeu Cruciferorum, ſi confeſſi fuerint, & ſacra Communione refecti, piaſque ad Deum preces effuderint pro concordia &c. & ſimul pro felici tranſitu prædictorum Animam agentium: Indulgentiam plenariam conſequentur bis in anno applicabilem Defunctis, conceſſam ab Innocentio XI. Conſtit. 41. pag. 56. tom. 8. Bullar. Mainardi, & meminit Plazza *de Purgat. par. 2. art. 5. §. 10. n. 56.*

## ARTICULUS VII.

*Indulg. plen. in articulo mortis concedenda per Epiſcopos, vel delegatos ab ipſis.*

12. BENEDICTUS XIV. Conſtit. *Pia Mater*: ampliavit facultatem conſuetam Epiſcopis a Romanis Pontificibus communicari, impertiendi videlicet benedictionem cum Indulgentia plenaria Fidelibus in mortis articulo conſtitutis; Formulamque præſcripſit, quæ foret pro elargienda benedictione Indulgentiaque prædicta in poſterum adhibenda. Laudata autem Conſtitutio incipit: *Pia Mater Catholica Eccleſia, de æterna Filiorum ſuorum ſalute &c.* V. to. 1. Conſtit. ſelect. Conſt. *61.*

Ad hanc rem videri poteſt Caval. to. 4. Comment. in Decr. S. R. C. c. 27. a decr. 1. ad 5. & Comment. in decr. 7. An autem durante Anno Sancto ſuſpendantur Indulgentiæ Moribundorum? Vid. La Croix lib. 6. par. 2. qu. 198. §. 4. n. 1401.

## ARTICULUS VIII.

*De Ritu dandi Benedictionem Papalem cum Indulgentia Plenaria ſervando a Regularibus.*

EXPONIMUS hic Ritum a Benedicto XIV. præſcriptum impertiendi benedictionem Papalem, ut vulgo nuncupant, ſeu benedictionem, & Indulgentiam Pontificis nomine ſuper populum, ſervandum a Regularibus eorum Ordinum, quibus facultas hujuſmodi facta fuerit ſtatis a Sancta Sede diebus. Porro laudatus Pontifex præfatum Ritum ſtatuit, ac declaravit in ſua Epiſtola Encyclica ad Generales prædictorum Ordinum Regularium ſcripta tenoris ſequentis. 13.

BENEDICTUS P. P. XIV.

Venerabiles Fratres ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXEMPLIS *Prædeceſſorum noſtrorum adducti, nonnullis Familiis Regularium permiſimus, ut fideles, qui ſtatis anni diebus ipſarum Eccleſias inviſerent, & indictis pietatis operibus ſatiſfa-*

*tisfacerent*, *Indulgentiam Plenariam conſequerentur*; *utque Monaſterii Præſes*, *vel alius Sacerdos a Patre Provinciali deſignandus*, *populo tunc temporis congregato*, *Summi Pontificis nomine Benedictionem impertiret*.

*Nullus unquam ritus ad hanc rem peragendam præſcriptus fuit*; *quæ quidem extra Urbem ſolum contingit*, *cum Pontifex ipſe Romæ Benedictionem populo elargiatur*: *etenim is ritus*, *qui Urbani VIII. Prædeceſſoris noſtri auctoritate probatus aſſeritur*, *& qui poſt editos nonnullos Romanos Rituales typis impreſſus fuit*, *ad eam benedictionem*, *de qua verba facimus*, *minime pertinet*; *ſed illam complectitur*, *quæ*, *non pluries*, *non ſemel quolibet anno*, *ſed aliqua urgente legitima cauſa*, *populis*, *& ægris tribui conſuevit*, *& pro qua certus Delegatus Apoſtolicus ſemper conſtituitur*, *qui Brevi Apoſtolico munitus*, *poteſtatem obtinet*, *non ſolum benedicendi populo*, *ſed illum quoque diſſolvendi ab omni vinculo excommunicationis*, *ſuſpenſionis*, *Interdicti*, *& a cæteris Eccleſiaſticis Cenſuris*, *ac pœnis*, *ſi quas forte populus imprudens*, *atque ignarus contraxerit*, *etiamſi illæ in Bullæ* in Cœna Domini *contineantur*.

*Cum hæc ita ſint*, *tamen deprehendimus*, *quemdam ritum temere*, *& inconſulto excogitatum eſſe pro ſupradicta prima Benedictione Pontificia invocativa*, *quæ aut pluries*, *aut ſemel datur quolibet anno*. *Quippe ſimplex Sacerdos in medio Altaris collocatus Miniſtris circumadſtantibus*, *& ſacris indumentis ornatis*, *trinam Benedictionem populo impertit*, *& alia plura gerit*, *quæ enumerare hoc loco ſupervacaneum exiſtimamus*.

*Equidem Benedictio* ſuper populum *ſolemnis eſt*, *namque in quacumque Orbis terræ parte Romanus Pontifex elargiri poteſt*; *Epiſcopus autem in ſua Diœceſi*, *locis ipſis etiam exemptis*; *Archiepiſcopus in ſua Provincia*, *& locis ejus exemptis eamdem exercere valet poteſtatem*. *Id conſtat Decreto Clementis V. in Vienneſi Concilio*, *quod in* Clementina: Archiepiſcop. de privilegiis: *recenſetur*. *Porro Abbatibus ejuſdem Benedictionis ſuper populum tribuendæ facultas conceditur in Eccleſiis*, *quæ ipſis plene ſubjiciuntur*: *modo tamen Apoſtolicum privilegium ad id neceſſarium obtinuerint*: *quo ſane uti nequeunt*, *niſi poſtquam Sacrum ſolemne*, *aut Veſperas in Eccleſia peregerint*; *nam populo in via paſſim occurrenti benedicere*, *ipſis non licet*, *niſi id clare in eodem privilegio declaretur*: *uti reſpondit Alexander IV.* in Cap. Abbates de privilegis in ſexto.

*Simplex ergo Sacerdos nequit Benedictionem ſuper populum elargiri*, *juxta* Can. Miniſtrare. 26. qu. 6. ... Benedictionem quoque ſuper populum in Eccleſia fundere, Presbytero penitus non licebit: *quod tamen eidem Sacerdoti modo permittitur*, *poſtquam Divinum Miſſæ Sacrificium abſolvit*. *Dictum eſt*: *modo permitti*: *ſi etenim ſacram antiquitatem inquiramus*, *neque id Presbytero licitum olim fuiſſe*, *cognoſcemus*, *uti nos ipſi certis documentis oſtendimus* in noſtro Tractatu de Sacrificio Miſſæ ſect. 1. nu. 382. *qui primo Bononiæ* anno 1740. typis editum fuit; ac ſect. 1. nu. 391. *in eodem Tractatu*, *qui deinde latine redditus publicam lucem iterum adſpexit Patavii* anno 1745. *Etſi quidem in uſu ſemper fuerit*, *ut*, *re Divina peracta*, *populus ab Eccleſia Benedictione dimitteretur*, *quemadmodum* in Can. Miſſas. de Conſecratione. diſt. 4. *continetur*; *id tamen non a Sacerdote celebrante*, *ſed vel ab Epiſcopo*, *ſi præ-*

*ſens*

Digitized by Google

*ſens adérat*, *vel*, *ſi aberat*, *ab Archipresbytero ejus juſſu præſtabatur: quo ſenſu explicatur Decretalis* in Cap. Officium. De Officio Archipresbyteri: *ubi inter Archipresbyteralia munera recenſetur*, Benedictiones Presbyterales in Eccleſia dare: *prout animadvertit Gonzalez* in idem Cap. Officium n. 2. *Idem antea plane comprobaverat Sauſſay* in Panoplia Sacerdotali pag. 558.

*Quibus omnibus ſubſequens plurium ſæculorum contraria prævaluit disciplina, quæ Sacerdoti celebranti poteſtatem fecit, Benedictionem ſuper populum in fine Miſſæ effundendi ob eam potiſſimam cauſam, quam Bellotus recenſet* in Ritibus Laudunenſis Eccleſiæ par. 3. pag. 136. n. 9. . . . At cum Benedictio ad Miſſæ perfectionem pertineat hodie, ſine qua fas non eſt, ab incepto Sacro recedere, nec jure queat populus ante Benedictionem ipſam egredi, ex præcitata Agathenſi Synodo, quatenus integræ Miſſæ non intereſſet quiſquis præmature recederet, ſequitur, facultatem cuilibet Celebranti conceſſam eſſe, privatam illam Benedictionem ad finem Miſſæ populo ubique locorum impertire. *Idem inter Morales Scriptores commemorat Quartus* ad Rubricas Miſſalis pag. 386. in Dubiis conſcientiæ.

*In* Can. Ecce ego *diſt.* 95. *hæc leguntur*: Nemo hinc Epiſcoporum invidia diabolicæ tentationis inflatus iraſcatur in Templo, ſi Presbyteri interdum exhortentur plebem, ſi in Eccleſiis prædicent, ſi plebibus, ut ſcriptum eſt, benedicant. *Si Gloſſæ fidem præſtemus*, *illud*: benedicere: *declarat Benedictionem*, *quæ populo traditur a Sacerdote*, *qui rem Divinam perficit*, *nempe poſt ea verba*: Ite Miſſa eſt: *quam ſane interpretationem Nos minime reſpuimus*, *cum certo habeamus*, *eundum textum Sancto Hieronymo non eſſe tribuendum*, *quod nonnulli falſo putaverunt*, *quos merito redarguit Theophilus Raynaudus* Oper. tom. 16. pag. 211. *ſed incerto Auctori*, *qui inter vivos fortaſſe tunc agebat*, *cum Benedictio in fine Miſſæ inter Benedictiones Presyterales jam haberetur*, *uſuſque invaluiſſet*, *ut Sacerdos*, *peracto Miſſæ Sacrificio*, *populum Benedictione* jure ſuo *dimittat*, *ſive interſit Epiſcopus*: *ea tamen ſtatuta lege*, *ut ſi interſit*, & *in ſua ſit Diœceſi*, *ad eum prius ſe convertat*; *eique caput inclinet*, *veluti facultatem populo benedicendi poſtulans*; *quod ab eodem Sacerdote prætermittitur*, *ſi Epiſcopus Miſſæ interſit*, *ſed extra ſuam Diœceſim verſetur*: *prout deſumitur ex Rubricis Miſſalis* tit. de Benedictione in fine Miſſæ, & Evangelio S. Joannis.

*Cum jam perſpectum ſit*, *quo tempore*, & *loco ſimplex Sacerdos populo poſſit* jure ſuo *benedicere*, *neceſſario conſequitur*, *nullam aliam Benedictionem ſuper populum ab ipſo impertiri licite*, *niſi* jure delegato. *Hujus naturæ eſt Benedictio*, *de qua nunc agimus*, *quæ per delegationem Apoſtolicam cum unice concedatur*, *Noſtrum eſt omnino ritum præſcribere*, *quem inferius pro norma impoſterum ſervandum ſubjiciemus*, *quo ſane uti volumus*, *ac decernimus*, *eos Ordines Regulares*, *ſive Mendicantes*, *ſive non-Mendicantes*, *Monaſticos*, *vel Clericorum Regularium*, *quibus Nos ipſi*, *vel Prædeceſſores noſtri*, *vel futuri Romani Pontifices facultatem tribuendæ populis Benedictionis permiſerint*.

*Admoneatur itaque populus de Indulgentia a Sede Apoſtolica conceſſa*, *de præceptis operibus pro ea lucrifacienda*, *de die*, *quo viſitanda eſt Eccleſia*, *de hora denique*, *qua datur Pontificia*

*ſicia Benedictio; & admonitio hæc fieri poſſit, quatenus opus ſit, etiam ſchedis impreſſis, & conſuetis locis palam affixis; licet enim id a Prædeceſſore noſtro Clemente Papa VIII. fuerit vetitum Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, & Fratribus Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis pariter Captivorum in communicationem Indulgentiarum, & Orationum, uti habetur in ejus Conſtitutione, quæ incipit:* Cum ad uberes §. 5. *& in alia Conſtitutione:* Decet Romanum Pontificem §. 6. *viſum tamen Nobis eſt, id eſſe hypotheſi inapplicabile; cum cæteris prætermiſſis, prædicta communicatio certum genus perſonarum, quoſdam videlicet ut plurimum Confratres, non autem populum univerſum, ut Indulgentia, & Benedictio, de quibus agitur, complectatur.*

*Poſtquam ſtatutis die, & hora populus ad Eccleſiam convenerit, alta voce leguntur Apoſtolicæ Litteræ, ſeu Decreta, quibus Indulgentia conceditur, una cum poteſtate Benedictionem Apoſtolicam ſuper populum effundendi, ut de delegatione audientibus conſtet; & conceſſio ex latino ſermone in vulgarem accommodatum ad populi intelligentiam converſa pronuncietur; populus ad ſuorum ſcelerum deteſtatione pio, brevique ſermone excitetur; poſt quæ Sacerdos, nullis circumadſtantibus Miniſtris, Stola, & Superpelliceo indutus, ( ut in Rituali Romano præſcribitur, cum agitur de Benedictionibus, quæ extra Miſſam Presbyteris permittuntur: ) ante Altare genuflexus, ſequentibus verbis Dei opem imploret.*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Et benedic hæreditati tuæ.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpirituo tuo.

*Deinde ſtans, ſequentem recitat Orationem.*

Oremus.

Omnipotens, & miſericors Deus, da nobis auxilium de Sancto, & vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poſcentis, tuamque benedictionem præſtolantis, & gratiam, clementer exaudi: dexteram tuam ſuper eum benignum extende, ac plenitudinem divinæ benedictionis effunde: qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem, & vitam conſequatur æternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Poſt quam ad Cornu Epiſtolæ accedat, ut in Actis Eccleſiæ Mediolanenſis* par. 4. . . . Benedicet in Eccleſia ad altare, ſtans in Cornu Epiſtolæ, *& ſtans in Cornu Epiſtolæ, non trina, hoc eſt, triplici ſigno Crucis, ſed una Benedictione, unico videlicet ſigno Crucis benedicat, proferens alta voce hæc verba:*

Benedicat vos Omnipotens Deus ✠ Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.
℟. Amen.

*Trina ſiquidem Benedictio Epiſcopo competit, non Sacerdoti: cumque nonnulli in fine Miſſæ trinam uſurpare cœpiſſent, conſuetudo Clementis VIII. auctoritate ſublata eſt, quemadmodum oſtendit Meratus hac mortali vita nuper defunctus* tom. 1. pag. 243. *Id Nos etiam advertimus* in noſtro Tractatum de Sacrificio Miſſæ ſect. 1. locis ſupra indicatis. *In Rubrica quoque Miſſalis hæc habentur.* In Miſſa ſole-

ſolemni Celebrans eadem voce , & modo, quo in Miſſis privatis, ſemel tantum benedicit populo. *Inſuper Cæremoniale Epiſcoporum trinam Benedictionem ipſis ſolum tribuendam decernit, quod eadem Miſſalis Rubrica confirmatur* : Epiſcopus autem ter benedicit populo etiam in Miſſis privatis , ut in Cæremoniali habetur . *Poſtremo Alexander VII. Decreto, quod* die 27. Septembris 1659. *edidit , tempora indicit, ac recenſet, quibus Abbates uſu Pontificalium præditi, ritu ſolemni celebrantes , trinam Benedictionem impertire poſſunt : quod iiſdem penitus interdicitur , cum rem Divinam privatim conficiunt ; quod Nos ipſi indicavimus* noſtra Inſtitutione 14. §. 4. num. 19. tom. 2. *ſi Bononienſis editionis ratio habeatur , quæ peracta fuit* anno 1735: *ſin autem eaſdem Inſtitutiones in latinam linguam converſas , & Romæ impreſſas* anno 1747. *quis inſpiciat , idem prorſus deprehendet* Inſtitutione 34. §. 3. *in fine pag.* 174. *Quo circa non ſine animi noſtri voluptate epiſtolam legimus encyclicam Patris Generalis Cœnibatarum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini , quibus in noſtris Apoſtolicis Litteris poteſtas facta eſt, dandi in certis anni feſtivitatibus Pontificiam Benedictionem , in qua eoſdem admonet , ut populo benedicant unico ſigno Crucis, more Sacerdotali ; quod ipſum , ſi ab aliis etiam factum eſſet , querelæ ad Nos delatæ non fuiſſent de uſurpatis honoribus Epiſcopalibus .*

*Hac itaque Epiſtola Encyclica ritum ſtatuimus , ac declaramus , quo Benedictio Papalis in poſterum tribuetur, eumque notum facimus Ordinum Regularium Præſidibus , ut ipſum Regularibus ſibi ſubjectis obſervandum indicant . Equidem Alexander VII. Prædeceſſor noſter uſum Pontificalium Abbatibus , quibus id privilegio convenit , accurate præſcribens , Ordinariis Locorum facultatem concedit, ut , ſi quid contrarium Abbates commiſiſſent, ipſi tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati rem recognoſcerent , & cenſuris etiam , ſi opus eſſet , omnem inſolentiam compeſcerent . At nos aliam viam ſuſcipiendam ducimus, præcipientes , ut de illis Regularibus , qui præſcriptum a Nobis antea Benedictionis ritum violaverint , Nos ſtatim certiores efficiant : tunc enim neque infenſos invicem Epiſcopos , & Regulares reddemus , nec populis beneficium Papalis Benedictionis denegabimus ; ſed facultatem ejuſdem Benedictionis tribuendæ parere recuſantibus auferemus , eamdem largiemur aliis , qui juſſa noſtra facere , non detrectabunt , quia in re futuros etiam Romanos Pontifices magnopere hortamur, ut idem exemplum ſequantur . Poſtremo Tibi , & univerſo tuo Ordini Benedictionem Apoſtolicam impertimur .*

*Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XIX. Martii 1748. Pontificatus Noſtri Anno octavo .*

Super laudata Encyclica, & Ritu præſcripto tribuendæ Benedictionis Papalis videatur Caval. *tom.* 4. *c.* 27. comment. in Decr. 6. Videri etiam poſſunt dicta a nobis tr. 2. in Dom. Reſurr. art. 8. de Indulgent. n. 49. ubi de Indulg. plenar. & Benedictione ſolemni, quam Pontifex ipſe impertitur in Urbe in Dominica Paſchæ.



Digitized by Google

# CAPUT XIII.

## DE PRÆCEPTO CONFESSIONIS ANNUÆ.

### DISPUTATUR ARTICULIS IX.


Art. I. *De obligatione confitendi ſaltem ſemel in anno.*
Art. II. *De peccatis, quæ ſit obligatio confitendi ſaltem ſemel in anno ex præcepto Eccleſiæ.*
Art. III. *Qualis confeſſio peccatorum præcipiatur fieri ſaltem ſemel in anno?*
Art. IV. *Quis teneatur præcepto Confeſſionis annuæ?*
Art. V. *De tempore ab Eccleſia præſcripto ad implendum præceptum confeſſionis annuæ.*
Art. VI. *Cuinam confiteri debeat, ut ſatisfiat præcepto confeſſionis annuæ?*
Art. VII. *An tempus præcepti Confeſſionis annuæ poſſit prorogari, diſpenſari, mutari, abrogari?*
Art. VIII. *De pœnis tranſgreſſorum præcepti confeſſionis annuæ.*
Art. IX. *De ſigillo confeſſionis reſpectu confeſſionis annuæ.*


## ARTICULUS I.

*De obligatione confitendi ſaltem ſemel in anno.*

1 DATUR præceptum poſitivum divinum in lege nova confitendi omnia mortalia poſt Baptiſmum commiſſa, & nunquam directe abſolutioni Sacramentali ſubjecta. Hoc præceptum præter periculum mortis, probabilius eſt, etiam per ſe obligare ſæpius in vita.

Chriſtus Dominus itaque Sacramentum Reconciliationis pro lapſis poſt Baptiſmum inſtituit, & præceptum Confeſſionis fidelibus ſuis impoſuit: Determinationem vero, quando, & quoties fieri deberet reliquit Eccleſiæ: quemadmodum de Communione annua ſuo loco diximus tr. 2. l. 5. 2. parte in ejus 1. par. cap. 3. ſect. 1. num. 1.

Jam vero Eccleſia determinavit tempus anni, ſeu ut ſaltem ſemel omni anno fieret, caſu quo daretur materia neceſſaria Sacramenti Pœnitentiæ, hoc eſt, ut art. 2. explicabimus qu. 1. n. 28. peccatum aliquod mortale poſt Baptiſmum commiſſum, numquam confeſſum, nec directe abſolutum in Sacramento Pœnitentiæ. Qua determinatione, tamquam conditione ſuppoſita, jam præceptum illud divinum obligat omni anno ſemel confiteri; ſed ſimul obligat etiam præceptum Eccleſiaſticum. Non ideo tamen confeſſionem annuam negligens duo peccata committit, ſed unum tantum, tamquam unius ſolummodo præcepti tranſgreſſor: Eccleſiaſticum enim præceptum hoc non eſt a divino diverſum: ut de Commun. annua docuimus tr. 2. loc. cit. n. 2. De his videantur Suar. *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 35. *ſect.* 1. *&* 3. *& diſp.* 36. *ſect.* 1. Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 66. *&* 67. Filliuc. *to.* 1. *tr.* 7. *c.* 2. *qu.* 1. *n.* 22. *& c.* 3. *qu.* 1. 46. Reginal. *in praxi tom.* 1. *l.* 6.

*l. 6. c. 2. par. 1. n. 10. & par. 3. n.* 28. Bonac. *t. 1. diſput. 5. qu. 5. ſect.* 2. *qu. 4. prop. 2. n. 9. & prop. 3. n.* 17. Fagund. 2. *præc. Eccl. l. 1. c. 3. n.* 2. & 4. La-Croix *lib. 6. par. 2. qu.* 84. §. 9. *n.* 595. & *qu.* 300. §. 1. *n.* 2015. & §. 6. *n.* 2020. & §. 9. *n.* 2023.

2 Qu. hic I. A quonam Pontifice, vel Concilio hoc præceptum annuæ Confeſſionis latum fuerit?

℟. Præceptum confitendi ſaltem ſemel in anno quolibet, tulit Innocentius III. in Concilio Lateranenſi IV. c. 21. an. 1215. & refertur C. Omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſ. his verbis. *Omnis utriuſq. ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere &c. alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens chriſtiana careat ſepultura*, & Concilium Trident. *ſeſſ.* 14. *de pœnit. cap.* 5. *de Confeſſione, prope fin.* idem declarando ait: *Neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit, ut Chriſti fideles confiterentur, quod jure divino neceſſarium, & inſtitutum eſſe, intellexerat; ſed ut præceptum Confeſſionis ſaltem ſemel in anno ab omnibus, & ſingulis, cum ad annos diſcretionis perveniſſent, impleretur.* Deinde Can. 8. ſic ſtatuit: *Si quis dixerit: Confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſervat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam a piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Chriſti fideles, juxta magni Concilii Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno: & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadrageſimæ; anathema ſit.*

Qu. II. An aliqua adduci ratio valeat, quæ potuerit Chriſtum Dominum movere, ad præcipiendam Confeſſionem, præter articulum mortis, etiam ſæpius in vita, ſi opus eſſet: & Eccleſiam, ad determinandum, ut fiat ſaltem ſemel omni anno? 3

℟. Affirmative: immo non una tantum, ſed etiam plures rationes poſſunt excogitari. Et quidem 1. Pœnitentiæ Sacramentum non eſt tantummodo inſtitutum ad conſequendam ſalutem ſpiritualem in extremo periculo mortis, & fine vitæ; ſed ad reſtituendam vitam ſpiritualem poſt Baptiſmum propter actuale peccatum lethale deperditam: unde a Tridentino ſeſſ. 14. Can. 2. de Sacr. Pœnit. & aliis Patribus appellatur ſecunda tabula poſt naufragium. Jam vero ex una parte vitam ſpiritualem, ſæpe accidit, homines perdere non multo poſt receptum Baptiſmum, ſeu paulo poſt rationis uſum primo aquiſitum, & rurſus, ſi longius vivant, maxime inter mundi vanitates, & illecebras, ac negotia ſæcularia, ſæpius etiam repetitis mortalibus culpis animæ mortem incurrunt, & iterata naufragia patiuntur. Ex alia parte non convenit hujuſmodi tam ſalutari, extremo, & neceſſario remedio, & prædicta tabula uti, eamque ſibi arripere tunc ſolum, cum certa immineat mors, ſed etiam cum ſit ſpes evadendi, & cum re ipſa evaditur mors. Merito ergo Chriſtus Dominus præcipere potuit, ut peccatorum Confeſſio fieret non ſolum in fine vitæ, ſed etiam ſæpius in decurſu vitæ, ſi opus eſſet.

Adhuc inſtitutionis hujuſmodi altera poteſt adduci ratio, ducta ex eo, quod Sacramentum Pœnitentiæ, & Confeſſionis non eſt ſolum inſtitu-

tu-

tutum ad remittenda peccata præſentia, ſed etiam ad præcavenda futura, accommodate ad hominis naturam, ſeu ad efficax frænum, imponendum hominibus, ne tam facile in peccata prolaberentur. Porro efficaciſſimum frænum eſt homini ad peccata præcavenda, obligatio, ea diſtincte manifeſtandi: cum hoc maxime abhorreat humana ſuperbia, aut certe verecundia: Unde inquit Job ca. 31. v. 33. *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celavi in ſinu meo iniquitatem meam*. Jamvero hujuſmodi alter principalis finis, propter quem Sacramentum hoc eſt inſtitutum, longe meliori ratione habetur per obligationem ſæpius confitendi in vita, quam per unicam Confeſſionem in fine vitæ; cum enim omnes homines ex una parte, communiter ſibi perſuadeant, mortem a ſe longius diſtare, & poſt mortem non ſint inter alios homines in hoc mundo amplius verſaturi; & ex alia parte pœnas, & onera, quæ remotiora credunt, vel nihil, vel certe parum timeant, & averſentur, ut quotidiana conſtat experientia: hinc fieret, ut onus Confeſſionis, & pœnam humiliationis, confuſionis, & verecundiæ, quam ſolum paterentur in fine vitæ, & morti proximi, non adeo timerent, & expaveſcerent in decurſu vitæ; & conſequenter reſpectus humanus, & naturalis horror manifeſtandi propria crimina, & occulta ſcelera alteri homini, non adeo eos a peccando compeſceret, & retardaret: ut contra accidit, obligatione poſita confitendi in vita, & etiam ſæpius, ſi ſæpius in vita quis audeat peccare. Videri etiam poteſt Diana *R.* 66. §. 7. & 10. La-Croix *lib. 6. par.* 2. *qu.* 300. §. 6. *n.* 2020. Bonac. *to.* 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 4. *prop.* 3. *nu.* 17. Reginald. *in praxi to.* 1. *l.* 6. *c.* 2. *par.* 3. *nu.* 28. qui hiſce duabus adductis rationibus favent. Quibus adhuc duas alias adnectimus.

Dici itaque poteſt tertio: Præceptum Confeſſionis ſæpius in vita faciendæ latum fuiſſe, ut fideles commonerentur, & intelligerent, quam neceſſarius & ſalutaris eſſet ſacramentalis Confeſſionis uſus, unde frequentius uſurparent: Ita apud Azor. *Inſtit. moral. p.* 1. *l.* 7. *c.* 29. *qu.* 8. *fine*. & Reginal. *in praxi to.* 1. *l.* 6. *cap.* 2. *num.* 11. 5

Denique dici poteſt: Confeſſionis frequentiam fuiſſe præceptam, ut peccatoribus ſignificaretur magnitudo Miſericordiæ, & Charitatis Dei erga illos, qui tam promptus eſt ad elargiendam ipſis ſuorum veniam delictorum, ſi ex corde eos pœniteat illorum, ut ipſe potius præveniat, & invitet ad veniam, immo præcipiat, ut accedant pro remiſſione iterum iterumque: *ſepties, & ſeptuagies ſepties*, ſeu quotieſcumque peccaverint: nec tardent converti ad Dominum: utpote qui non patiatur, animas a ſe per peccatum longius recedere, ſed cito quærat, & revocet, & in gratiam ſuam recipere cupiat: eo quod aquæ multæ peccatorum non potuerunt extinguere charitatem ejus. Et quamvis videatur, hujuſmodi converſionem ſufficienter potuiſſe requiri, & haberi per ſimplicem contritionem perfectam: nihilominus, cum contritio perfecta ſit imbecillitati humanæ difficilis, ideo ſapientiſſimus Dominus hoc ſacramento humanę occurrerę voluit imbecillitati, & faciliorem reddere pœnitentiam, remittendo peccatori peccata etiam Attritione ſola 6

Z 2 diſ-

diſpoſito: Vid. Diana *cit.* *R.* *66.* §. 11.

Hæ, & ſimiles rationes Chriſtum Dominum movere potuerunt ad præcipiendam Confeſſionis frequentiam; & Eccleſiam, ad determinandum, ut ſaltem ſemel fiat in anno.

Rejiciuntur autem nonnulli, qui putarunt, hujuſmodi præceptum latum fuiſſe propter periculum oblivionis peccatorum, maxime ſi hæc multa ſint, ut communiter evenit, & per longum vitæ decurſum uſque ad mortem, ſi tunc temporis ſolum peccatorum omnium foret inſtituenda Confeſſio. Hujuſmodi quidem ratio rejicitur; videatur Azorius, & Reginald. locis cit. & Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par.* *diſp.* 35. *ſect.* 3. *n.* 6. *&* 7.

Sed contra rationes a nobis adductas oppones: illas videri nimis probare, atque adeo nihil evincere. Enim vero ex iis omnibus, vel certe ex aliquibus ſequi videtur, debuiſſe Chriſtum Dominum, & ejus Eccleſiam conſtituere, atque præcipere, ut Confeſſio toties fieret, quoties in vitæ decurſu homines peccata patrarent.

℞. Propter rationes a nobis adductas potuiſſe quidem Chriſtum Dominum, & ejus Eccleſiam, hanc quoque ampliorem Confeſſionis frequentiam præcipere; at non fuit expediens de facto præcipere, ne puſillis laqueus injiceretur: nimirum ob reſpectum humanæ fragilitatis, negligentiæ, torporis, & cæcitatis hominum peccatorum, qui cum animæ ſuæ non videant mala, nec intelligant, in quonam diſcrimine verſentur perditionis æternæ, nec curent ſpiritualia detrimenta, quæ propter mortales culpas incurrunt, ideo communiter aut nihil, aut parum ſunt ſoliciti de recuperando ſtatu gratiæ. Accedit, quod naturalis horror, & difficultas manifeſtandi proprias culpas, maxime retrahat homines a Confeſſione: unde merito timendum fuit, ne, ſi obligati fuiſſent ad confitendum toties, quoties in peccata prolapſi eſſent, occaſio data fuiſſet multiplicandi potius peccata, quam medium ea minuendi, & auferendi; quamplurimi enim abſque ullo dubio, tranſgrederentur pluries ac pluries Confeſſionis præceptum illa ampliori frequentia conſtitutum.

Confirmatur hoc ex alio præcepto Communionis, quod licet longe facilius ſit præcepto Confeſſionis, adhuc tamen Eccleſia tandem coacta fuit non majorem illius frequentiam præcipere, quam ut ſumatur ſemel in anno, eo quod refriguerit multorum charitas, & ne puſillis laqueum injiceret: ſeu ne plerique inde facerent ſibi occaſionem peccandi violando illud præceptum: ſi ad majorem illius frequentiam obligaret, ut notavimus tr. 2. l. 5. par. 2. in ejus 1. par. c. 3. ſect. 1. n. 2.

Qu. III. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget ſub gravi?

℞. Etſi dubitaverint aliqui, aliqui etiam negaverint: dicendum tamen omnino eſt: ex communi, & certa Doctorum ſententia, & ſenſu populi Chriſtiani, obligare ſub gravi: unde Confeſſio annua inter principalia quoque, ſeu vulgaria adnumeratur Eccleſiæ præcepta, quæ conſtat omnia obligare ſub gravi. Videatur Azorius *inſtit.* *mor.* *part.* 1. *l.* 7. *c.* 28. *qu.* 1. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part.* *diſp.* 36. *ſect.* 1. *nu.* 4. Reginald. *in praxi* *tom.* 1. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 19. Filliuc. *to.* 1. *tract.* 7. *c.* 3. *qu.* 1. *nu.* 44. *&* 45.

Qu.

Qu. IV. An præceptum annuæ Confeſſionis obliget abſolute, & ſimpliciter per ſe, & independenter a præcepto Communionis annuæ: ſeu independenter a præcepto præmittendæ Confeſſionis ſumptioni Euchariſtiæ tempore Paſchali: ſive ſemel in anno; ita ut, qui non poſſet adimplere præceptum Communionis annuæ, adhuc teneretur confiteri, ad implendum præceptum annuæ Confeſſionis?

℞. Affirmative: nam ſi annua Confeſſio ratione Euchariſtiæ ſemel etiam in anno ſumendæ præciperetur, præceptum non daretur ſimpliciter de confitendo ſemel in anno; ſed de Confeſſione facienda eo tempore quo Communio annua ſumenda ſit. At vero in C. *omnis utriuſque ſexus*. Et in Tridentino *ſeſſ.* 14. *de pænit. c.* 5. *& Can.* 8. abſolute præcipitur Confeſſio ſemel in anno, abſque ullo ordine ad Communionem annuam, ut facile videre eſt in textibus allegatis qu. 1. & communiſſime notant, & docent Auctores. Videatur Azorius *c.* 28. *qu.* 9. Suar. *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 1. *n.* 4. Filliuc. *c.* 3. *n.* 44. Reginald. *n.* 34. Fagund. *cap.* 3. *num.* 2.

Accedit ſenſus, & uſus fidelium, ex quo homines, ſcilicet pueri, & puellæ poſtquam primum rationis uſum aquiſiviſſe putantur, de Confeſſione facienda ſollicite commonentur a Parentibus & Paſtoribus animarum: ut notant Filliuc. & Fagund. Idque tamquam de obligatione gravi, ne forte aliquod mortale commiſerint: etſi nondum ad Euchariſtiæ ſumptionem fuerint admittendi, ob ſpeciales rationes explicandas ubi de præcepto paſchali. Vocantur itaque, & ducuntur pueri rationis uſum aggreſſi, ad confitendum ſaltem ſemel in anno, quamvis Communio paſchalis ipſis differenda plerumque congruentius judicetur. Ergo præceptum Confeſſionis annuæ obligat independeter a præc. Communionis.

Et confirmatur ex eo, quod ſi annua Confeſſio præciperetur ratione ſolius Communionis annuæ, ſuperfluum eſſet præceptum, immo meri ri nominis; enim vero jam adeſt præceptum divinum, vel, ſi vis, Eccleſiaſticum præmittendæ Confeſſionis ſumptioni Euchariſtiæ, & quidem toties, quoties ſumi debuerit, & voluerit, poſita conſcientia peccati mortalis. Vid. dicta tr. 2. l. 5. par. 2. in ejus 1. par. c. 3. ſect. 3. qu. 3. a num. 40. Ergo &c.

Ex his inferes 1. Eum, qui non poſſet communicare intra annum; teneri nihilominus ſaltem confiteri, ſi poſſit; ita Auctores laudati.

Inferes 2. Eum, qui confitetur ſola venialia, antequam ſumat Communionem annuam; ſi poſt Communionem committat aliquod mortale, teneri intra annum illud confiteri; etſi iterum communicare non teneatur: tenetur, inquam, confiteri, ſi ante Communionem, nullum unquam aliud mortale confeſſus fuerit intra ipſum annum, numquam directe abſolutum; ita Azorius: Hæc aſſertio ſupponit doctrinas tradendas art. 2. qu. 1. & art. 4. qu. 3. Vide ibi dicenda.

Inferes 3. Eum, qui facta, quam debebat, Confeſſione annua, Euchariſtiam in Paſchate non percipit, Communionis præceptum negligere quidem, & tranſgreſſi præcepti Paſchalis reum eſſe, at Confeſſionis annuæ non item. Azor. l. cit.

In.

Digitized by Google

Inferes 4. Eum, qui in Paſchate communicaret cum conſcientia peccati mortalis, peccaturum quidem contra præceptum communicandi in Paſchate, ut ſuo loco diximus; & contra aliud præceptum præmittendæ Confeſſionis ſumptioni Euchariſtiæ: minime vero contra præceptum Confeſſionis annuæ, ſi ante tempus Paſchale, vel poſt, ſaltem ſemel intra annum rite confeſſus fuerit, vel confiteatur aliquod mortale numquam confeſſum, nec directe abſolutum.

Sed dices: de Confeſſione annua mentio fit in quinque principalibus, ſeu vulgaribus præceptis Eccleſiæ ſimul cum præcepto Communionis Paſchalis, ex una parte; ex alia parte, ſi dicamus, præceptum Confeſſionis annuæ eſſe diſtinctum præceptum a Communione annua, & paſchali, ſequitur præcepta Eccleſiæ non eſſe quinque, ſed ſex; quod eſt contra ſenſum, & uſum populi Chriſtiani numerandi præcepta Eccleſiæ: ergo præceptum Confeſſionis annuæ non eſt diſtinctum a præcepto Communionis annuæ, & paſchalis, ſed ſolum præcipitur ratione illius, ex ſuppoſitione, quod fiat Communio annua: atque adeo qui non poteſt communicare in anno, nec tenetur confiteri ratione alicujus ſpecialis præcepti Eccleſiæ obligantis per ſe ad Confeſſionem annuam.

℟. I. Retorqueo Argumentum. De abſtinentia a carne in feria ſexta, & Sabbato mentio fit in quinque præceptis Eccleſiæ ſimul cum præcepto jejunii in Quadrageſima, Quatuor Temporibus, & Vigiliis. Jamvero vel abſtinentia a carne in feria ſexta, & Sabbato eſt præceptum diſtinctum a præcepto jejunii, vel non? Si non eſt diſtinctum; ergo non tenemur abſtinere a carne in feria ſexta, & Sabbato, niſi ſimul occurrat jejunium perfectum; imo & in ipſis diebus jejunii, non tenemur abſtinere a carne, niſi re ipſa jejunemus: Quod non eſt dicendum: ut conſtat ex praxi Eccleſiæ, & uſu, & ſenſu fidelium. Si itaque eſt præceptum diſtinctum: Ergo præcepta Eccleſiæ non ſunt quinque, ſed vere, & proprie ſex. Nec conſequentia ſequitur; quod ſi ea negetur; aſſignetur, quomodo præcepta Eccleſiæ ſint quinque; non obſtante, quod præceptum jejunii perfecti, & præceptum abſtinentiæ a carne in diebus jejunii; aut in feria ſexta, & Sabbato ſint duo præcepta diſtincta? Quæcunque etenim ratio excogitabitur, & aſſignabitur, ſi recta fuerit, illam & nos aſſignabimus ad ſalvandum, quomodo præcepta Eccleſiæ ſint quinque non obſtante, quod præceptum Confeſſionis annuæ ſit diſtinctum a præcepto Communionis Paſchalis.

℟. II. Quinque præcepta Eccleſiæ communiter ſic ſolent proponi, ut primum ſit de audienda Miſſa in diebus feſtivis ex præcepto. Secundum de jejunio ſervando in Quadrageſima Quatuor Temporibus, & Vigiliis, & de abſtinendo a carne in feria ſexta & Sabbato. Tertium de Confeſſione ſaltem ſemel in anno facienda, & Communione in Paſchate ſumenda. Quartum de Nuptiis ſolemniter non celebrandis temporibus nonnullis vetitis. Quintum de Decimis ſolvendis Eccleſiæ. Ita quidem numerari, & proponi ſolent, quinque præcepta Eccleſiæ principalia, ſeu vulgaria. At vero Azorius *Inſtitut. mor. par. 1. lib. 7.* numerat quidem quinque præcepta Eccleſiæ, ſed diverſo ordine proponit, quod etſi

etſi nihil referat, refert tamen quod omittat præceptum de non celebrandis ſolemniter Nuptiis temporibus vetitis; & præceptum Confeſſionis annuæ ſeparet a præcepto Communionis annuæ, & diſtincto computet numero. Proponit itaque Azor. quinque præcepta Eccleſię ſic: Primum de Miſſa audienda: ſecundum de iejunio, & abſtinentia a carne; Tertium de Decimis: Quartum de Confeſſione annua: Quintum de Communione Paſchali.

Similiter ſe gerit Fagundez in ſuo opere de quinque præceptis Eccleſiæ: in his enim non tractat de Nuptiis, & ſeparat præceptum Confeſſionis a præcepto Communionis, & diverſo, ac diſtincto computat numero. Unde juxta mentem horum Auctorum præceptum Confeſſionis annuæ diſtincto eſt numero recitandum a præcepto Communionis Paſchalis in quinque præceptis Eccleſiæ; quod proculdubio volunt, ut clarius ſignificetur Chriſtiano populo: Confeſſionis annuæ præceptum eſſe diſtinctum omnino a præc. Communionis annuæ, & per ſe obligare independenter ab illo.

℞. III. Dicendo: ea, quæ vocantur *quinque* præcepta Eccleſiæ, ſi bene conſiderentur, non eſſe quinque tantum præcepta, ſed plura, & quidem pluralitate ſpecifica; ſeu omnia inter ſe ſpecie diſtincta, rationiſque diverſæ. Unde potius nuncupanda videntur quinque capita, in quibus complectuntur nonnulla principalia præcepta Eccleſiæ ad Chriſtianum populum communiter pertinentia.

Neque hoc gratis aſſeritur: enim vero in his præceptis: ut ſupra notavimus, unico numero complectuntur abſtinentia a carne in feria ſexta, & Sabbato, & jejunium perfectum Vigiliarum &c. Jam vero ſatis conſtat, ut etiam ſupra dictum eſt, præceptum abſtinentiæ a carne in feria ſexta, & Sabbato eſſe præceptum omnino diſtinctum a præcepto jejunii; quin immo in ipſis diebus jejunii obligatio abſtinendi a carne eſt diſtincta a præcepto ſervandi unicam refectionem, unde, qui non tenentur ad jejunium, vel non poſſunt jejunare, tenentur nihilominus a carnibus abſtinere, ſi ſeptennium compleverint, & abſtinere a carnibus potuerint, ut praxis oſtendit. Vide dicta tr. 1. lib. 2. ubi de Dominica art. 9. de jejun. qu. 6. n. 94. Sunt ergo numero complexa uno præcepta plura. Rurſus in præcepto communicandi tempore Paſchali, juxta ſententiam probabiliorem, & veriorem, de qua ſuo loco ubi de præc. Paſch. & quam confirmat praxis Eccleſiæ, continentur duo præcepta, abſolutum unum, alterum conditionatum: abſolutum, communicandi in Paſchate: conditionatum communicandi extra Paſcha intra annum, ſi quis excuſetur a communicando determinate in Paſchate. Unde etiam hic unico videntur numero præcepta plura complecti; & quidem ſi eodem numero, ut communiter ſolet, recitemus præceptum Confeſſionis annuæ, complectuntur tria præcepta: confitendi videlicet ſaltem ſemel in anno: communicandi in Paſchate; vel communicandi intra annum, extra Paſcha, ſi in Paſchate non eſt facta Communio; imo etiam aliud inſuper præceptum hoc ipſo numero computandum eſſe videtur: hoc eſt, præceptum ſumendi Communionem Paſchalem de manu Parochi ſui: quod utique eſt præce-

ce-

ceptum Eccleſiaſticum, vel ſaltem conſuetudo habens vim gravis præcepti, & diſtincti a præcepto Communionis Paſchalis; unde mortaliter peccaret, qui in Paſchate communicaret quidem, ſed non de manu Parochi ſui, aut delegati ab eo: ut ſuo loco dictum, & explicatum eſt.

Ex his autem clariſſime patet, ea quæ vocantur *quinque* præcepta Eccleſiæ, non quinque tantum, ſed plura Eccleſiæ continere præcepta: unde potius dicenda videntur, ut ſupra notavimus, quinque capita, in quibus nonnulla præcepta Eccleſiæ complectuntur principalia, ſeu vulgaria, & ad Chriſtianum populum communiter pertinentia.

Ergo ex eo, quod Confeſſionis annuæ in præceptis Eccleſiæ mentio fiat una cum præcepto Communionis Paſchalis, eodemque numero complectatur, non ſequitur, Confeſſionem annuam obligare, & præcipi dependenter a Communione Paſchali; ita ut, qui non poſſit communicare, non teneatur confiteri. Sed hæc duo præcepta omnino diſtincta ſunt, unum obligans independenter ab altero.

15 Qu. V. An, qui non poteſt facere Confeſſionem annuam, teneatur elicere actum Contritionis perfectæ?

℞. affirmat Henric. Henriqu. *de Sacram. pœnit l. 1. c. 6. n.* 8. quia, inquit, Deus non præbet inducias ultra tempus præcepti per Eccleſiam deſignatum.

Negant vero hujuſmodi obligationem Theologi communiter, quantum eſt ex vi Eccleſiaſtici præcepti Confeſſionis annuæ; quia neque lex naturalis, neque divina, neque humana præcipit contritionem omni anno determinatis, ſed Confeſſionem: & hanc ſententiam docet Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 15. *ſect.* 6. *num.* 13. Trullench *in Decal. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. *dub.* 2. *n.* 15. Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 82. La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 306. §. 3. & alii. Dicunt autem non teneri: *quantum eſt ex vi præcepti Confeſſionis annuæ*: quia aliunde tenetur ex vi nimirum præcepti Charitatis; quod vero præceptum quando nam, & quoties obliget in vita? Videri poteſt apud La Croix *lib.* 2. *de Charitate qu.* 37.

Qu. VI. An, qui confitetur mortale 16
hoc anno commiſſum, ſi poſtea denuo hoc eodem anno aliud mortale committat, teneatur hoc eodem anno illud confiteri, etiam ex vi præcepti Confeſſionis annuæ?

℞. Alii negant, alii affirmant; affirmativam ſententiam, ut ſecuriorem, & in praxi ſequendam tuetur, ac proponit Suarez *tom.* 1. *diſp.* 5. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 33. Reginald. *in praxi tom.* 1. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 38. *&* 39.

Dicit tamen Reginaldus cit. n. 39. non eſſe negandum, quin, ſi is, qui poſt jam factam ſemel in anno ab Eccleſia præſcriptam Confeſſionem, lapſus eſt in peccatum mortale, videat ſe caſum reſervatum habere, a quo abſolvi non poterit in proxima Confeſſione facienda ex obligatione, quia non habebit copiam Confeſſarii habentis ſufficientem iuriſdictionem: non eſſe negandum, ait, quin teneatur uti commoditate, quæ tunc ipſi offertur, confitendi apud aliquem præditum juriſdictione ſufficienti ad ipſum abſolvendum; ita Reginaldus. Sed utique hujuſmodi obligatio eſſe non poteſt ex vi præcepti Confeſſionis annuæ. Enim vero ex modo ſignificata Theologorum ſententia non poteſt dici, eſſe in poſito caſu obli-

gl.

Digitized by Google

gationem iterum confitendi in eodem anno, ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, quod nunc urgeat; hujuſmodi enim præcepto jam ſatisfactum fuit per unicam Confeſſionem mortalis peccati hoc eodem anno, ut ſupponimus: profecto hoc præceptum non obligat, niſi ſemel confiteri in anno. Quapropter reſpectu talis peccatoris non amplius urget. Neque poteſt dici: hujuſmodi obligationem eſſe ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, quod anno ſequenti urgebit: obligationi enim anni ſequentis non poteſt ſatisfieri per Confeſſionem factam hoc anno præcedenti: ſecus, qui prævideret foret ut non poterit per novem ſequentes annos confiteri: teneretur hoc anno decies confiteri, etiam non reſervata: id, quod nequit dici, ut jam modo docuimus, & ipſe Reginaldus concedit, nam, ut ſæpius notavimus: Eccleſia ſemel tantum præcipit confiteri in anno; ergo qui poſt jam factam ſemel in anno ab Eccleſia præſcriptam confeſſionem lapſus eſt in peccatum mortale, etſi videat ſe caſum reſervatum habere, a quo abſolvi non poterit in proxima Confeſſione facienda ex obligatione, quia non habebit copiam Confeſſarii habentis ſufficientem juriſdictionem: non tenetur uti Commoditate, quæ tunc ipſi offeratur, confitendi apud aliquem præditum juriſdictione ſufficienti ad ipſum abſolvendum, non tenetur, inquam, ad id ex vi præcepti annuæ Confeſſionis; quidquid ſit, an teneatur ex alio capite? quod non eſt præſentis inſtituti examinare. Et ita hanc ſententiam tamquam probabiliorem admittit Dicaſtil. laudatus a La-Croix l. cit. §. 4. n. 2045.

16 Qu. VII. Utrum, qui hoc anno confitetur unicum mortale, anno præterito commiſſum, ſatisfaciat præſenti obligationi Confeſſionis annuæ, ita; ut ſi hoc eodem anno aliquod aliud mortale committat, non teneatur illud hoc eodem anno confiteri?

℟. Affirmative, ſi nondum fuit rite confeſſum, nec directe abſolutum: quia Confeſſio annua, quæ præcipitur, eſt Confeſſio de materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ: hujuſmodi autem eſt peccatum mortale nondum rite confeſſum, nec directe abſolutum. Et nihil refert, utrum hoc, aut quadraginta ab hinc annis fuerit commiſſum. Semel ergo poſita materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ, eaque præſenti anno confeſſa, & rite abſoluta, facta eſt præſenti anno Confeſſio, qualis requiritur ab Eccleſia. Ergo ſatisfactum eſt ejus præcepto Confeſſionis annuæ. Et ita docet Reginald. l. cit. n. 41. & La-Croix n. 2040. Ubi affirmat: ſatisfeciſſe præcepto Confeſſionis annuæ illum, qui mortale anno præcedenti commiſſum, & per oblivionem omiſſum, hoc anno confeſſus eſt: quia, inquit, licet remiſſum eſſet indirecte, adhuc tamen erat materia neceſſaria hujus Confeſſionis. Dixi: *ſi nondum fuit rite confeſſum, nec directe abſolutum:* quia ſi fuit rite confeſſum, & directe abſolutum: jam non eſt materia neceſſaria novæ Confeſſionis. Ergo non ſatisfit præcepto Confeſſionis annuæ. Vide dicenda art. 2. qu. 1.

Qu. VIII. An hoc procedat, etiamſi 17
anno præterito non fuerit facta Confeſſio annua, ita ut, qui anno præterito, cum eſſet reus peccati lethalis, numquam tamen fuerit Confeſſus: ſi hoc præſenti anno confiteatur, ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ pro



Digitized by Google

hoc eodem anno: unde ſi poſt Confeſſionem committat præſente anno aliquod mortale, non teneatur illud præſenti anno confiteri, ex vi præcepti annuæ Confeſſionis?

℟. Alii abſolute negant, alii abſolute affirmant, alii diſtinguunt: ſi Confeſſio fiat poſt medium anni ſequentis, non obligant ad iteratam Confeſſionem, ſi iterum mortale committat; ſecus autem ſi ante medium, & a fortiori, ſi circa initium novi anni confiteatur peccatum anno præterito commiſſum. Alii alias adhibent diſtinctiones: omnes probabiliter. Vide Dian. *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 54. La-Croix *num.* 2047. Bonac. *diſp.* 5. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 31. Filliuc. *c.* 3. *nu.* 56. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 4. *num.* 5.

18 Qu. IX. Utrum per Confeſſionem factam in articulo mortis ſatisfiat etiam præcepto Confeſſionis annuæ, ita; ut, qui confiteatur propter periculum mortis, ſi deinde evadat periculum illud, & incidat in mortale peccatum, non teneatur eo anno iterum confiteri, niſi forte inciderit rurſus in mortis periculum?

℟. Satisfieri præcepto confeſſionis annuæ. Probo a ſimili caſu in ſimili materia præcepti communionis annuæ, ſeu paſchalis: enim vero licet ſit præceptum communicandi tempore paſchali, ſeu ſemel in anno, & ſit præceptum communicandi in articulo mortis; attamen moribundus tempore paſchali communicans ex Viatico ſatisfacit ſimul præcepto communicandi pro Paſchate, ut cum Franciſco De Lugo, & Pellizario docuimus tr. 2. lib. 5. 2. parte in ejus 1. par. c. 3. ſect. 2. qu. 7. quia tunc illa duo præcepta concurrunt in idem tempus, & motivum Eccleſiaſticum præcepti ſolum eſt, ne diutius Communio differatur: quod jam habetur per Viaticum tali tempore receptum: Rurſus uno, eodemque actu ſatisfieri poteſt pluribus præceptis, materialiter tantum diverſis. Conf. dicta tr. 1. in Septemb. par. 1. n. 49.

Ob eaſdem rationes idem diximus l. cit. qu 13. de eo, qui ante Paſcha communicavit ex Viatico: ſi deinde in Paſchate nequeat communicare: eum quidem excuſavimus a communicando poſt Paſcha ex fine ſatisfaciendi Communioni annuæ; huic enim jam ſatisfeciſſe diximus per illam Communionem ſumptam ex Viatico. Ergo a pari: licet ſit obligatio confitendi tempore mortis, & confitendi ſemel in anno; adhuc tamen moribundus confitens, ut ſatisfaciat præcepto confitendi in fine vitæ, ſatisfacit ſimul præcepto confitendi ſemel in anno. Illo enim anno, quo confitetur propter periculum mortis, hæc duo præcepta concurrunt in idem tempus, & motivum Eccleſiaſticum præcepti Communionis annuæ, ſolum eſt ne diutius Confeſſio differatur; quod jam habetur per Confeſſionem factam in articulo mortis. Rurſus uno, eodemque actu ſatisfieri poteſt pluribus præceptis; ut ſupra diximus.

Confirmatur: quia de eo, qui confeſſus eſt propter periculum mortis, affirmari utique cum omni veritate poteſt, fuiſſe ſaltem ſemel hoc anno confeſſus. Sed Eccleſia non præcipit, niſi ſimpliciter, ut confiteatur ſaltem ſemel in anno, dummodo fiat Confeſſio, quæ explicabitur art. 2. & 3. Ergo ſatisfactum eſt in prædicto caſu præcepto Confeſſionis annuæ.

Scimus, & cit. quæſt. 7. vidimus Quin-

Quintanadvennam contrariam ſententiam ſuſtinere in priori caſu præcepti Communionis paſchalis; ſed ibidem notavimus, ipſum fateri nihilominus, ſententiam noſtram eſſe probabilem; adeoque & probabilem fateretur præſentem doctrinam ſimilem; nos autem adhuc contendimus de ejus certitudine dubitandum non eſſe.

19 Qu. X. Utrum, qui ſemel confeſſus eſt, ſed mortale dubium, ea Confeſſione ſatisfecerit præcepto Eccleſiæ, ita, ut non teneatur intra annum amplius confiteri ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, quamvis incidat in mortale peccatum?

℟. Si una cum mortali dubio confeſſus eſt venialia certa: docent ſatisfeciſſe Lugo, & Dicaſt. quos citat, & ſequitur La-Croix n. 2041.

Si vero ſolum mortale dubium confeſſus eſt: quamvis Lugo, Dicaſtill. & Averſa apud eumdem La-Croix adhuc velint ſatisfeciſſe, nihilominus ipſe La-Croix dicit, oppoſitum eſſe probabile, quia, inquit, ſi illud peccatum dubium non fuit vere peccatum, abſolutio fuit nulla, nec Sacramentum re ipſa ſuſceptum eſt; Ergo nec eſt certum, ſe eſſe valide Confeſſum: lex autem eſt de Confeſſione, quam ſequatur valida abſolutio, & quæ ſit verum Sacramentum, quæ lex eſt in certa poſſeſſione: & cui non videtur ſatisfactum per ſolutionem ita incertam.

20 Qu. XI. Utrum ille, qui ſciat, ſe hoc anno habuiſſe mortale, & prudenter dubitet: utrum hoc anno unquam ſit valide confeſſus? adhuc teneatur confiteri hoc eodem anno?

℟. Affirmative; quia in hoc dubio adhuc lex eſt in poſſeſſione. Ita La Croix cit. n. 2041.

Qu. XII. Utrum, qui multis an- 21
nis non eſt confeſſus, ſatisfaciat pro illis, ſi hoc anno ſemel confiteatur?

℟. Hæc Quæſtio ſupponit præceptum Confeſſionis annuæ adhuc ſemper urgere ultra annum: de qua re erit agendum art. 5. qu. 5. Jam vero etiam ſtando in ſententia affirmativa: nihilominus reſpondetur affirmative: quia per unam hanc Confeſſionem obtinet finem præcepti, qui eſt reconciliatio cum Deo per Confeſſionem omnium mortalium eousque commiſſorum, & quamvis confiteretur ſæpius, non obtineret alterum finem, qui erat, non differre Confeſſionem ultra annum, quod nunc eſt impoſſibile; ita cum aliis La-Croix num. 2047. Videantur tamen dicta qu. 8.

Qu. XIII. Utrum, qui habet duo 22
mortalia, & unum confitetur pro Confeſſione annua, alterum vero omittit ex oblivione; ſi deinde hoc eodem anno recordetur omiſſi mortalis, teneatur illud confiteri hoc eodem anno: adeoque ad duplicem Confeſſionem obligetur ex vi præc. Conf. annuæ?

℟. Negative; quia tantum præcipitur Confeſſio mortalium memoriæ occurrentium; & alias fieri poſſet, ut decies hoc eodem anno quis teneretur confiteri, ſi decies recordaretur novi mortalis. Et hanc ſententiam, quam Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 4. *n.* 6. dicit eſſe uſitatam, & in praxi ſatis ſecuram: & quam Caſtropalaus dicit eſſe certum: docent Azor. *Inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 29. *qu.* 5. Filliuc. *c.* 3. *n.* 57. Reginald. *n.* 40. Bonac. *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 32. Pelliz. *man. to.* 1. *tr.* 5. *c.* 3. *ſect.* 1.

*qu.* 14. *n.* 29. Fagund. 2. *præc. Eccl. l.* 1. *c.* 4. *n.* 17. La-Croix *n.* 2048. & pleriq. alii apud Auctores laudatos.

In prædicto itaque caſu, quantum eſt ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, poteſt Confeſſio mortalis obliti differri uſque ad Confeſſionem annuam anni ſequentis; & ſecundum dicta qu. 7. hujuſmodi peccatum poterit eſſe unica etiam materia Confeſſionis annuæ anni ſequentis; ita ut per unicam Confeſſionem hujuſmodi peccati, poterit tunc ſatisfieri præcepto Confeſſionis annuæ, quam tunc urgebit; recole ibi dicta.

23 Qu. XIV. Utrum habens duo mortalia, quorum alterum confeſſus ſit; alterum vero ſcienter tacuerit ob juſtas tamen cauſas: teneatur hoc eodem anno confiteri illud, quod reticuit: idque ex vi præcepti confeſſionis annuæ?

℞. Aliqui affirmant: eo quod non ſit confeſſus mortalia, quæ occurrebant memoriæ; alii vero negant: quia jam ſemel confeſſus eſt, quantum hic, & nunc tenebatur. Ergo ſatisfecit præcepto; & hanc negativam ſententiam ſuſtinent Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 57. & 58. §. 3. Pelliz. *num.* 30. Filliuc. Reginal. Bonac. Fagund. locis qu. præced. citatis, & alii quamplures apud ipſos, & apud La-Croix n. 2048.

24 Qu. XV. Utrum, ſi quis confeſſus alia mortalia, omiſerit reſervatum, quia hic Confeſſarius non habebat poteſtatem ad reſervata; (vide tamen dicta tr. 2. l. 5. p. 2. in ejus 1. p. c. 3. n. 50.) iterum teneatur eodem anno confiteri?

℞. Affirmat Boſco apud La-Croix *lib. 6. par. 2. qu.* 302. §. 3. *n.* 2030. quia, inquit, non eſt confeſſus proprio Sacerdoti; proprius enim erat ille tantum, qui poſſet ab omnibus abſolvere directe. Negativam ſententiam ſuſtinet Herings apud eumdem La-Croix, qui dicit, eſſe probabilem, quia ille erat proprius reſpectu omnium, quæ hic, & nunc debebant exprimi, & ex oppoſita ſententia ſequeretur, eum, qui toto anno non poſſet recurrere ad Superiorem, toto anno non teneri confiteri: non enim tenetur ad confeſſionem, per quam non ſatisfit.

Qu. XVI. Utrum, qui ex pœnitentia impoſita a Sacra Penitentiaria, propter diſpenſationem aliquam petitam, & obtentam, teneatur confiteri ſingulis menſibus: debeat bis confiteri in aliquo menſe: in eo ſcilicet, in quo confiteri debeat ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ; ita ut, cum ſecundum dicenda art. 5. qu. 2. præceptum Confeſſionis annuæ non obliget in parte anni determinata: ſi quis in undecim ſingulis menſibus ſemel tantum confeſſus fuerit, debeat in duodecimo menſe bis confiteri: una vice, ad ſatisfaciendum pœnitentiæ ſibi impoſitæ propter diſpenſationem; altera vice, ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ? Quod eſt quærere paucis: utrum unica confeſſione non poſſit ſatisfieri præcepto Eccleſiæ, & pœnitentiæ prædictæ? 25

℞. Poſſe affirmat Sanch. de *Matrim. l.* 8. *diſp.* 34. *n.* 38. quem ſequitur Pelliz. *in man. Regul. tr.* 5. *c.* 3. *ſect.* 1. *qu.* 21. *n.* 40. quia, inquit, Pœnitentiaria injungens ſingulis menſibus confeſſionem, novit, fore ut in aliquo illorum confitendum ſit ex præcepto Eccleſiæ; & tamen non ſe explicat, obligare in hoc caſu ad duplicem Confeſſionem.

Qu. XVII. Utrum Regulares teneantur 26

nean-

neantur plus quam ſemel in anno confiteri ex præcepto ſpeciali Eccleſiæ ? Dubium oritur ex eo , quia in *Clem. Ne in agro Dominico de ſtatu Monachor.* ita §. *Sane* : ſtatuitur . *Sane ſingulis menſibus , tam in Monaſteriis , quam extra , ( ſublata occaſione quacunque , ) ad Confeſſionem ſaltem ſemel accedant omnes , & ſinguli Monachi .*

℞. Teneri , non quidem omnes Regulares, ſed ſolum Monachos S. Benedicti , & ejuſdem Ordinis Moniales , quas vocant Obſervantes , ad Confeſſionem menſtruam , ſeu ad confitendum ſaltem ſemel omni menſe. Profecto allegata Conſtitutio Clementis pro Religioſis tantummodo S. Benedicti expedita fuit : ut notat Fagundez *in* 2. *præc. Eccl. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 18. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36 *ſect.* 5. *n.* 7. & legenti patebit . An autem hi teneantur , ſi habeant ſola venialia ? & an obligentur ſub gravi ? & quomodo computandus ſit menſis? & pro aliis occurrentibus dubiis ad hujuſmodi Confeſſionem menſtruam pertinentibus , videri poteſt Suar. *l. cit. n.* 7. & 8. Pelliz. *Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 5. *c.* 3. *ſect.* 1. *qu.* 5. *& ſequentibus* . Azor. *Inſtitut. moral. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 29. *qu.* 1. & 2. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 6. *n.* 105. *& ſequentibus* . Filliuc. *in ſum. tom.* 1. *tr.* 7. *c.* 3. *qu.* 6. *n.* 59. Fagund. *l. cit. a n.* 12. Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *Reſ.* 61. §. 4.

Nota vero hic : ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 10. de Regular. conſulendas , & monendas eſſe Moniales omnes , ut ſingulis menſibus confiteantur : non dat tamen præceptum , ſed conſilium ; & vero verbum *Moneo*, quo utitur Concilium ; non inducit obligationem : ut docet Suarez l. cit. n. 9. & ex eo ac Vivaldo animadvertit Fagundez cit. n. 18. Hinc non auditur Navar. in man. c. 21. n. 59. ubi , ex eodem Concilio , vult , peccare Moniales , quæ ſingulis menſibus non confiteantur, cujuſcumque ordinis ſint .

## ARTICULUS II.

*De Peccatis, quæ ſit obligatio confitendi ſaltem ſemel in anno ex præcepto Eccleſiæ .*

Qu. I. Quænam peccata obliget confiteri præceptum Confeſſionis annuæ? 28

℞. Eccleſiaſticum præceptum Confeſſionis annuæ obligat ad confitenda peccata , quæ ſint materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ . Hujuſmodi autem materia ſunt omnia mortalia poſt Baptiſmum commiſſa , & numquam directe ſubjecta abſolutioni ſacramentali : ut conſtat ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. *C. Omnis utriuſque ſexus* . Ex Florent. in Decreto Eugenii IV. ad Armenos , ubi explicantur partes Sacramenti Pœnitentiæ ; ex Tridentino *ſeſſ.* 14. *de pœnit. c.* 5. *& Can.* 7. Item ex communi Eccleſiæ traditione, Sanctorum Patrum conſenſu , Fidelium praxi . Vide Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 2. *n.* 6. & 7. La Croix *l.* 6. *par.* 2. *de Pœnit. qu.* 84. §. 9. *n.* 595. Igitur peccata , quæ ex præcepto Confeſſionis annuæ tenentur utriuſque ſexus fideles ſemel ſaltem in anno confiteri, ſunt peccata mortalia poſt Baptiſmum commiſſa, numquam confeſſa , nec directe ſubjecta abſolutioni Sacramentali .

Qu. II. An ex vi præcepti Confeſſionis annuæ ſit obligatio confitendi

Digitized by Google

di peccata mortalia, etiamſi tantum interna? Ratio dubitandi eſt, quia hujuſmodi præceptum de facienda annua peccatorum Confeſſione eſt Eccleſiaſticum; & Eccleſia jus, & poteſtatem non habet in actus ſimpliciter internos; ergo nequit præcipere, ut peccata cordis interna confiteantur.

℞. Ex vi præcepti Confeſſionis annuæ eſſe obligationem confitendi peccata mortalia etiamſi tantum interna. Rationem hujus certæ doctrinæ dabimus art. 4. qu. 1. Vide ibi dicenda.

30 Qu. III. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget confiteri peccata mortalia dubia?

℞. Huic quæſtioni ſatisfaciemus art. 4. qu. 2.

31 Qu. IV. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget confiteri venialia?

℞. Negative. Vide dicenda art. 4. quæſt. 3.

32 Qu. V. An ſaltem obliget confiteri venialia, ſi quis habeat ſimul mortalia, quæ tamen excuſetur manifeſtare in Confeſſione?

℞. Adhuc negative. Vide etiam dicenda art. 4. qu. 3. in reſp. ad interrog. n. 46.

33 Qu. VI. An præceptum Confeſſionis annuæ eum, qui nullius peccati lethalis ſibi conſcius ſit, obliget, ad ſiſtendum ſe Parocho, ſeu Confeſſario?

℞. Negative. Vide dicenda art. 4. quæſt. 5.

## ARTICULUS III.

*Qualis Confeſſio peccatorum præcipiatur fieri ſaltem ſemel in anno?*

Qu. An ſatisfiat præcepto Eccleſiæ per Confeſſionem nullam voluntarie? 34

℞. Negative. Ratio eſt, quia Confeſſio nulla, ſive invalida, reipſa non eſt Confeſſio, ſuper quam poſſit cadere abſolutio; ergo idem eſt, ac ſi nihil fiat. Nihil autem faciendo, non ſatisfit præcepto poſitivo. Et ita docent Suar. *to. 4. in 3. par. diſp. 35. ſect. 4. nu. 1. & diſp. 36. ſect 7. a n. 3.* Reginald. in praxi *tom. 1. lib. 6. nu. 53. & 55.* Azor. *Inſtit. Moral. par. 1. lib. 7. c. 29. qu. 3. fine.* Filliuc. *in ſum. tom. 1. tr. 7. c. 2. qu. 7. nu. 41.* Bonac. *tom. 1. diſp. 5. qu. 5. ſect. 2. pu. 4. prop. 3. nu. 23.* Franc. de Lugo *de Sacram. lib. 1. c. 6. quæſt. 12. Theorem. 5. de pœnit. n. 14.* La-Croix *lib. 6. par. 2. qu. 303. §. 1. n. 2032.* Em. Sà V. *Confeſſio n. 1.* Felix Poteſtas *tom. 1. par. 1. num. 187.* & alii Communiſſime. Et quamvis nonnulli contrariam Sententiam ſuſtinuerint, quam probabilem exiſtimavit Diana *tom. 1. edit. coord. tr. 3. R. 50. §. 2.* Nihilominus nunc certum eſt, eſſe falſam: nam Alexander VII. damnavit hanc Propoſitionem 14. *Qui facit Confeſſionem voluntarie nullam, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.* Videri poteſt Cardenas *in Criſi Theol. tr. 1. diſp. 9. c. 20. art. 12. a n. 436.*

Qu. II. An ſaltem ſatisfiat per Confeſsionem nullam involuntarie? 35

℞. Adhuc negative: quia ſimpliciter, & vere non eſt Confeſsio. Ergo nequidem ponitur ſubſtantia præcepti; ita La-Croix *num. 2033.* Filliuc. *c. 3. qu. 9. n. 64.* Bonac. *pu. 4.*

prop.

Digitized by Google

*prop.* 3. *n.* 23. Franc. de Lugo *l. cit.* & plerique apud ipſos.

Hinc habes: Confeſsionem annuam ab Eccleſia præceptam eſſe Confeſſionem validam: & ut notat Cardenas in Criſi *theol.* 4. *par. diſſert.* 34. *c.* 2. *art.* 1. *n.* 11. hoc evidenter infertur ex damnatione propoſitionis 14. damnatæ ab Alex. VII. præcedenti quæſt. deſcriptæ; unde non ſunt audiendi, qui contrarium docuerunt. Et videri poſſunt dicta tr. 2. lib. 5. 2. parte in ejus 1. par. c. 3. ſect. 4. qu. 1. & quæ ibi dicta ſunt in ſimili de præcepto commun. applicari poſſunt huic præc. confeſsionis.

36 Qu. III. An ſatisfaciat præcepto Confeſsionis annuæ, qui Confeſsionem faciat validam quidem, ſed informem? Suppoſita ſententia admittente, poſſe dari Sacramentum pœnitentiæ validum, & informe: de qua re videri poteſt Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part. diſp.* 35. *ſect.* 4. *num.* 5. La-Croix *lib.* 6. *par.* 1. *de Sacramentis qu.* 36. §. 4. *a num.* 197. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 6. *ſect.* 1. *pu.* 5. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 5. *ſect.* 6. *a n.* 168.

℞. Affirmant Suar. *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 35. *ſect.* 4. *n.* 5. & *diſp.* 36. *ſect.* 7. *n.* 6. Filliuc. *c.* 2. *qu.* 8. *n.* 42. & *c.* 3. *n.* 65. Bonac. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 22. Reginald. *l. cit.* Fagund. *in* 2. *præc. Eccl. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. & alii, quorum ſententiam La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 303. §. 3. *n.* 2034. affirmat, eſſe probabiliorem; Boſco apud eum dicit, non eſſe de ea dubitandum.

37 Qu. IV. An ſatisfecerit præcepto Confeſsionis annuæ, qui confeſſus fuit, ſed non accepit abſolutionem a Confeſſario injuſte; vel ex aliquo caſu, quia Confeſſor mortuus eſt, antequam abſolutionem impertiret?

℞. Etſi aliqui affirment: nihilominus omnino dicendum eſt, non ſatisfeciſſe: quia non implevit præceptum, quo Chriſtus fideles in peccatum mortale lapſos obligavit ad ſuſceptionem Sacramenti pœnitentiæ: cum conſtet ad illud præter Confeſſionem Sacerdoti factam cum cordis dolore, requiri ejuſdem Sacerdotis abſolutionem; Et per conſequens nec implevit Eccleſiæ præceptum: quod, ut ſæpe dictum eſt, a divino diverſum non eſt quoad ſubſtantiam, ſed ſolum explicat tempus, quo in decurſu obliget vitæ. Ita Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 35. *ſect.* 4. *n.* 1. & *diſp.* 36. *ſect.* 7. *n.* 4. & Reginald. *n.* 58. qui etiam, quod non ſit datum præceptum de Confeſsione, ſecundum ſe ſimpliciter, ſed de ea, ut ad conſtitutionem Sacramenti pœnitentiæ concurrit cum aliis: patere, inquit, ex eo, quod in ipſo *C. Omnis*: cum Confeſsione injungatur ſtudium implendi pœnitentiam impoſitam. Id enim indicat, ait, ibi ſermonem eſſe de Confeſsione, ſuper qua abſolutio datur, impoſita ſalutari pœnitentia. Videri etiam poteſt La-Croix §. 4. *n.* 2035. Fagund. *l. cit. a n.* 5. Bonac. *l. cit. n.* 23. & 24.

## ARTICULUS IV.

### *Quis teneatur præcepto Confeſſionis annuæ.*

CONFITERI ſaltem ſemel in anno ex præcepto Eccleſiæ obligantur omnes fideles, tum mares, tum fœminæ cujuſcumque ſtatus exiſtant, ſi poſt Baptiſmum lapſi fuerint in peccatum mortale. Et de fide ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *de pœnit. cap.* 5. & *Can.* 8., in quo excommu- 38

municatur expreſſe is, qui dixerit: ad Confeſsionem annuam non teneri omnes, & ſingulos Chriſti fideles. Recole dicta art. 1. qu. 1.

39 Qu. hic I. An teneatur confiteri in anno, qui habet mortalia tantum interna? Ratio dubitandi eſt: quia hujuſmodi præceptum de annua peccatorum facienda Confeſsione eſt Eccleſiaſticum: at Eccleſia jus, & poteſtatem non habet in actus ſimpliciter internos. Ergo nequit præcipere, ut peccata cordis interna confiteantur.

℞. Dicendum omnino eſt: ex vi præcepti Confeſsionis annuæ obligari fideles ad confitenda peccata mortalia, etſi tantum fuerint interna: ita, ut Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſput.* 36. *ſect.* 2. *num.* 2. & conſentit La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *quæſt.* 304. §. 1. *n.* 2037. oppoſitum vocet plus quam temerarium; & probat primo ex C. *Omnis*, in quo ſimpliciter præcipitur, confiteri omnia peccata: ſub quibus certum eſt, interna contineri, ſi mortalia ſint. Secundo ex uſu, & conſenſu totius Eccleſiæ, quæ hoc modo præceptum hoc intelligit. Tertio, quia per hoc præceptum tantum determinatur præceptum divinum, quoad circumſtantiam temporis; (confer dicta art. 1. n. 1.) ſed ex divino præcepto tenetur homo confiteri in hoc caſu; ergo ex hoc præcepto tenetur intra annum confiteri. Denique quia hoc præceptum eſt de actu externo, licet materia ejus remota ſit actus internus; Ita Suar. Videri etiam poteſt Azor. *Inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 29. *qu.* 8. Bonac. *to.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 4. *prop.* 1. *n.* 6. Reginald. *in praxi lib.* 6. *c.* 2. *n.* 32. Filliuc. *to.* 1. *tr.* 7. *c.* 2. *qu.* 2. *n.* 27. Fagundez 2. *præcept. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 7. Opinionem vero volentem: Eccleſiam carere jure, & poteſtate in actus ſimpliciter internos: egregie, & fuſe confutat Cardenas *in Chriſt theol. par.* 4. *diſſ.* 34. *c.* 2. qui videri poteſt.

Qu. II. An teneatur, qui habet peccata mortalia tantummodo dubia? 40

℞. Quod, ſi peccata, ita ſint dubia, ut adhuc ſint materia neceſſaria Sacramenti Pœnitentiæ, ſit obligatio ea confitendi ex præcepto Confeſsionis annuæ. Et de hoc caſu loquitur Bonacina l. cit. n. 7. ubi ait, eum, qui probabiliter dubitat, ſe mortaliter peccaſſe, teneri ad Confeſſionem, ut præcepto Confeſſionis ſatisfaciat: nam, inquit, omnes fideles tenentur confiteri peccata poſt Baptiſmum commiſſa: peccatum autem dubium, eſt commiſſum poſt Baptiſmum, ut ſupponitur, & eſt materia neceſſaria Sacramenti.

Secus autem dicendum, ſi non ſint materia neceſſaria Confeſſionis. Quando autem peccata dubia ſint, vel non materia neceſſaria Confeſſionis? Videri poteſt La Croix *lib.* 6. *par.* 2. *de pœnit. qu.* 85. ubi optimi hanc explicat quæſtionem; item Bonacina *l. cit. qu.* 2. *difficult.* 4. *ab init.* An vero ſit obligatio iterum confitendi eodem anno, ſi poſt Confeſſionem peccati dubii committatur aliquod mortale? examinavimus art. 1. qu. 10. n. 19.

Qu. III. An teneatur præcepto Confeſsionis annuæ qui habet ſola venialia? 41

℞. Volunt utique nonnulli, eum qui ſolis venialibus eſt culpis obſtrictus, etiam obligari ea confiteri ex vi præcepti Confeſsionis annuæ, non quidem omnia, ſed ſaltem aliqua. Probant præcipue ex C. *Omnis* ſic: ex dicto c. eſt obligatio confitendi ſaltem ſemel in anno *omnia* peccata. Sed peccatum Veniale eſt peccatum. Ergo qui non habet mortale, ſed ſo-

lum

Digitized by Google

lum veniale, tenetur illud confiteri ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ.

Verum contradicit communiſſima Theologorum ſententia, docens: eum, qui habet ſola venialia, non teneri ea confiteri ex vi præcepti Confeſſionis annuæ.

Probatur: qui habet ſola venialia, non tenetur ea confiteri ex præcepto divino. Ergo neque ex præcepto Eccleſiaſtico annuæ Confeſſionis.

Antecedens eſt certum: nullibi enim invenitur præceptum divinum confitendi venialia: imo id eſt definitum a Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *de pœnit. c.* 5.

Conſequentia probatur: præceptum Eccleſiaſticum annuæ Confeſſionis obligat confiteri ea ſolum peccata, quæ Chriſtus Dominus præcepit confiteri. Sed Chriſtus Dominus non præcepit confiteri peccata venialia; ergo qui hæc ſola habet, non tenetur ea confiteri ex præcepto Eccleſiaſtico annuæ Confeſſionis.

Probatur major facti Syllogiſmi, quæ ſola videtur indigere probatione. Eccleſiaſticum præceptum annuæ Confeſſionis non eſt diverſum a præcepto divino faciendæ Confeſſionis, ut ſæpius dictum eſt; porro Eccleſia in decreto Confeſſionis annuæ ſupponit præceptum divinum Confeſſionis faciendæ, & ſolum explicat, atque determinat tempus, quo hujuſmodi præceptum ſit adimplendum: ut animadvertit Concilium Trident. *ſeſſ.* 14. *de Pœnit. c.* 5. *de Confeſſ. prope fin.* cujus verba recitavimus nu. 2. Ergo Præceptum Eccleſiaſticum annuę Confeſſionis obligat confiteri ea ſolum peccata, quæ Chriſtus Dominus confiteri præcepit.

42 Confirmatur I. Aſſertio ex ipſo decreto annuæ Confeſſionis, ex quo colligitur, non eſſe in eo latum præceptum de confitendis venialibus, etiamſi ea ſola habeantur. Probatur: in C. *Omnis*. Dicitur: ſaltem ſemel in anno confitenda eſſe peccata *omnia*: ſed non eſt credibile, Eccleſiam voluiſſe obligare ad confitenda peccata *omnia* mortalia, ſimul & *venialia*, neque ſola venialia *omnia*. Ergo in eo decreto ſolum ſermo eſt de peccatis mortalibus, quæ utique *omnia* opus eſt confiteri.

Major per ſe conſtat. Minor docetur ab ipſis adverſariis apud Azor. *l.* 28. *qu.* 3. concedentibus, non eſſe obligationem confitendi venialia, ſi habeantur mortalia; Item ſi ſola venialia habeantur, non eſſe obligationem confitendi venialia *omnia*, ſed aliqua. Conſequentia ſequitur.

Confirmatur 2. ex eo, quia etſi probabilius quidem ſit, Eccleſiam poſſe præcipere Confeſſionem venialium, nihilominus adhuc magnæ notæ Doctores ſuſtinent ſententiam negativam. Vide La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 300. §. 4. *n.* 2018. Azor. *c.* 28. *qu.* 4. *&* *c.* 29. *qu.* 1. *&* 2. Reginald. *n.* 47. *& a n.* 105. Dian. *to.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 61. §. 3.

Ad præcipuam rationem vero ſententiæ contrariæ reſpondetur, retorquendo argumentum: ex C. *Omnis* eſt obligatio confitendi *omnia* peccata. Ergo eſt obligatio confitendi non ſolum mortalia, ſed adhuc venialia *omnia*, etiamſi ſimul habeantur mortalia, & etiamſi ſola ſint. Quod non eſt concedendum, ipſis fatentibus contrariæ ſententiæ Auctoribus; ut ſupra diximus. Igitur, ut etiam ſupra diximus: ibi ſermo eſt ſolum de peccatis, quæ Chriſtus Dominus confiteri præcipit: nimirum de ſolis mortalibus. Videat. 43

Azor. *cit. qu.* 3. Suar. *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 2. *a n.* 6. Navar. *Man. c.* 21. *n.* 34. Bonac. *pu.* 4. *prop.* 1. *n.* 8. Pelliz. *man. regul. tr.* 5. *c.* 3. *ſect.* 1. *qu.* 3. *n.* 7. Filliuc. *c.* 3. *qu.* 10. *n.* 66. Reginald. *num.* 44. & 92. Fagund. 2. *præc. Eccl. l.* 1. *c.* 3. *n.* 10. & *l.* 2. *c.* 1. *a n.* 4. & *c.* 2. *a num.* 7. La-Croix *lib.* 6. *part.* 2. *qu.* 304. §. 2. *n.* 2038. Felix *tom.* 1. *par.* 3. *de* 3. *præc. Eccl. n.* 2911. Diana *R.* 60. §. 2. & *R.* 61. §. 2.

44 Dicit autem Suarez l. cit. nu. 9. quod vix reperietur aliquis, qui toto anno a peccato mortali abſtineat niſi ſæpius in illo confiteatur, ſi poteſt; idipſum cum aliis dicit La-Croix l. cit. Unde cum iiſdem monet: in caſu, quo aliquis Confeſſionem toto anno neglexerit, & in fine ſibi videatur, non habere conſcientiam mortalis ullius, ſed tantummodo venialium, conſultum eſſe, ea ſola confiteri, ut a mortalibus forte commiſſis, ſed oblitis, ſaltem indirecte abſolvatur. Conſultum itaque eſt, in hoc caſo confiteri ſola etiam venialia, ut ab his detur directa abſolutio, a mortalibus autem ſi adſint indirecta.

45 Ex dictis inferes: eum, qui omni etiam die anni confeſſus eſt venialia, ſi tamen die anni ultima peccat mortaliter, vel recordetur mortalis non confeſſi: teneri ultima illa die confiteri, eo quod necdum ſatisfecerit præcepto; cum, ex dictis, confeſſio venialium non ſit materia hujus præcepti. Ita Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part. diſp.* 36. *ſect.* 3. *n.* 9. *fine*, & *n.* 12. *in medio.* Dian. *R.* 53. §. 4. & plerique alii apud La-Croix §. 4. *n.* 2040. idque certum eſſe affirmat Caſtropal. relatus a La-Croix, & ſignificat Suar. l. cit.

Interrog. hic: an ſaltem teneatur confiteri venialia, qui ſimul habeat conſcientiam unius tantum mortalis, quod tamen excuſetur confiteri hoc anno e. g. ob periculum gravis damni? 46

℟. Qui dicunt per Confeſſionem venialium ſatisfieri præcepto Eccleſiæ: conſequenter ſuſtinent: in dicto caſu, quo non poteſt confiteri mortale, debere confiteri ſola venialia: idque ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ. Verum cum, ſecundum dicta, ſententia illa communiſſime non admittatur a Theologis; ideo dicendum eſt cum Suar. *in* 3. *par. tom.* 4. *diſp.* 36. *ſect.* 6. *num.* 1. *fin.* Diana *R.* 60. §. 2. & 3. *R.* 61. §. 2. & *R.* 62. §. 2. ubi etiam citat Sanch. Leandrum, & Cardinalem Delugo, & videtur conſentire La-Croix §. 3. n. 2039. non teneri confiteri de venialibus: quia cum Confeſſio peccati mortalis hic, & nunc ſit moraliter impoſſibilis, hoc præceptum Confeſſionis annuæ, quod eſt de ſolis mortalibus confitendis, hic & nunc non obligat.

Ex hoc inferes: cum Cardinale Delugo apud Dian. l. cit. quod, ſi quis in dicto caſu confiteatur venialia ſola; ſi deinde intra ipſum annum deficiat impedimentum, ex quo mortale peccatum tacuit, teneatur hoc eodem anno illud confiteri, ut nimirum ſatisfaciat præcepto Confeſſionis annuæ, cui non ſatisfecit per illam ſolam, & ſimplicem Confeſſionem venialium peccatorum. 47

Qu. IV. An, qui habet mortale, & caret Sacerdote approbato ad audiendam ſuam ipſius Confeſſionem, teneatur præcepto Confeſſionis annuæ? Quod eſt quærere: utrum debeat quis confiteri Sacerdoti etiam non approbato, eo quod debeat confiteri, ad ſatiſ- 48

fa-

faciendum præcepto Confeſſionis annuæ, & non adſit approbatus, nec differre valeat?

℟. Negative: quia ſimplex Sacerdos non approbatus, non abſolvit valide a mortalibus, niſi ſolum in extrema neceſſitate inſtantis articuli mortis. Vide dicenda art. 6. qu. 1. n. 79. Atque adeo non fieret Confeſſio valida, ut præcipit Eccleſia, ſecundum dicta art. 3. qu. 1. Quænam vero legitimi Confeſſoris diſtantia excuſet? examinavimus tr. 2. l. 5. 2. par. in ejus 1. p. c. 3. ſect. 3. qu. 3. num. 44.

49 Qu. V. An, qui nullius mortalis ſibi conſcius ſit, poſito quod non teneatur confiteri: teneatur ſaltem ſiſtere ſe Parocho, ſeu proprio Sacerdoti?

℟. Non teneri ex vi præcepti Confeſſionis annuæ. Eccleſia enim ſimpliciter præcipit, ut quis confiteatur, habens materiam neceſſariam confeſſionis; quod ſi ea careat, non obligat ad ſiſtendum ſe Parocho, ſeu proprio Sacerdoti, & de hoc non poteſt eſſe dubium, nulla enim efficaci ratione contrarium ſuaderi poteſt; & ita tenet Diana *tom. 1. edit. coord. tr. 3. R. 62. §. 5.* Recole tamen, quid pro conſilio dederimus qu. 3. num. 44. Dixi non teneri *ex vi præcepti Confeſſionis annuæ*: quia ex alia ratione extrinſeca, puta ad vitandum ſcandalum: poterit quidem obligari, ad ſiſtendum ſe Parocho, ubi adſit conſuetudo, ut Parochus certior fiat de ſingulis ovibus ſuis, quod fuerint confeſſæ ſaltem ſemel in anno: poterit, inquam, in hujuſmodi, & ſimili caſu obligari ad ſiſtendum ſe Parocho; ut nimirum illum certiorem redderet de eo, quod ipſe non indigeat Sacramento Pœnitentiæ, cum nullius culpæ mortalis ſibi divina favente gratia, conſcius ſit. Et in hoc ſenſu intelligendi ſunt Auctores fuiſſe locuti, communiter quidem obligantes, ad ſiſtendum ſe Parocho eum, qui culpis mortalibus non ſit irretitus; Vide Suar. *tom. 4. in 3. par. diſp. 36. ſect. 2. num. 9.* Reginald. *num.* 46. Bonac. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 1. *n.* 8. *fine.* Filliuc. *c.* 3. *n.* 66. *fine.* Pelliz. *qu.* 3. Felix *num.* 2911. La-Croix n. 2038. Fagund. 2. *præc. Eccl. l.* 1. *c.* 2. *nu.* 9. & *l.* 2. *c.* 1. *n.* 4. Qui etiam animadvertunt, in hoc caſu teneri Parochum fidem præſtare, ſeu credere id ſibi aſſerenti: niſi habeat validas, & certas rationes in contrarium.

Multo minus audiendus eſt, qui obligavit ad ſiſtendum ſe coram Sacerdote, eum, qui nullius peccati etiam venialis ſibi conſcius eſſet, & voluit hujuſmodi teneri confiteri generatim: ſe eſſe peccatorem: quæ quidem opinio merito rejicitur communi Theologorum conſenſu; teſte Azorio c. 28. qu. 2.

Qu. VI. Cum præceptum Confeſſionis annuæ ſolum obliget habentes peccata mortalia, & hæc non committantur, niſi aſſecuto rationis uſu; unde & decretum Confeſſionis hujuſmodi habet: *utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerint &c.* quæres: quandonam homines ad prædictos annos perveniant? 50

℟. Pro ſolutione Quæſtionis hujus videantur dicta tr. 1. lib. 2. ubi de ſer. 6. art. 1. qu. 8. & dicta tr. 2. l. 5. 2. par. in ejus 1. par. c. 3. ſect. 3. qu. 21. Ex quibus hic paucis dico: uſum rationis plenum non contingere in inſtanti: atque adeo non poteſt certa ætas aſſignari, in qua quis incipiat obligari præcepto Confeſſionis annuæ, ſed totum id arbitrio,



Digitized by Google

& prudentiæ Confeſſarii committitur, qui non ex ætate ſolum, ſed maxime ex diſcretione arguet, utrum puer uſum rationis acquiſierit ad peccandum mortaliter ſufficientem? ut communiſſime docent Auctores, quorum opinionem praxis fidelium, & Parochorum, ſeu Confeſſariorum tuetur. Si tamen ex ætate velimus conjicere plenum rationis uſum: communiter creditur aſſequi ſeptennio completo. Unde etiam praxis fidelium habet, ut pueri completo ſeptennio, tunc primum incipiant moneri de Confeſsione facienda.

51 Nihilominus ſi ante ſeptennium non ambigua ſigna darent de eo, quod aſſecuti jam fuerint rationis uſum ad peccandum mortaliter ſufficientem, (exemplum pueri quinquennis damnati ob peccatum blaſphemiæ, refert S. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 18.) commonendi etiam tunc eſſent de Confeſsione facienda. Vide Sylveſtr. V. *Confeſſio* 2. *qu.* 4. *fine*. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 2. *n.* 3. Fagund. 2. *præc. Eccl. lib.* 1. *c.* 3. *a n.* 11. *ad* 16. *incl.* Azor. *Inſtit. Moral par.* 1. *l.* 7. *c.* 29. *qu.* 6. Filliuc. *in Sum. t.* 1. *tr.* 7. *c.* 3. *qu.* 10. *n.* 66. Bonac. *t.* 1. *diſp.* 5. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 1. *n.* 2. Reginal. *in praxi l.* 6. *n.* 50. Sà. V. *Confeſſio n.* 3. Navar. *in man. c.* 21. *n.* 33. La-Cr. *lib.* 6. *par.* 2 *qu.* 301. §. 3. §. 3. *n.* 2026. Diana *to.* 1. *edit. coord. tract.* 3. *Reſol.* 45. §. 2. *&* *R.* 47. §. 1. Mendo *in ſtatera opin. benign. diſſert.* 8. *quæſt.* 4. *n.* 20. Profecto, etſi nonnulli putaverint: pueros ante ſeptennium rationis uſu etiam certo pollentes, probabile eſſe, non teneri præcepto Confeſſionis annuæ; eo quod, nondum præſumantur rationis uſum adepti: atque adeo nec credatur Eccleſia ſuis eos velle ligare præceptis: Vide Dian. *edit. coord. tom.* 1. *tr.* 3. *R.* 46. *&* *R.* 47. §. 2. & La-Croix *lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 301. *num.* 2026. Attamen oppoſitum eſſe communem Doctrinam, teſtatur Suar. l. cit. ex qua itaque adhuc dicendum eſt, quod, ſi pueri mortaliter peccarent ante ſeptennium, etiam tunc tenerentur præcepto Confeſſionis annuæ; quidquid ſit, an ante ſeptennium incurrant pœnas tranſgreſſoribus impoſitas: de qua re agimus art. 8. qu. 2. & 3. Et quamvis admitti poſſit, & nos etiam admiſerimus propoſitionem illam aſſerentem: pueros ante ſeptennium non teneri præceptis Eccleſiæ, etiamſi rationis aquiſierint uſum; eo quod aquiſiviſſe minime præſumantur, niſi completo ſeptennio: propoſitionem tamen hujuſmodi non eſſe intelligendam in ſenſu univerſaliſſimo, monuimus ex Cardenas, & oſtendimus in ſer. 6. cit. qu. 8. nu. 47. Quod autem Sotus apud Suar. l. cit. & Marcus Serra apud Mendo l. cit. putarunt: pueros non teneri præcepto Eccleſiaſtico annuæ Confeſſionis uſque ad annum duodecimum: repugnat communi ſenſui Doctorum, & fidelium; & quidem ex ſe abſonum eſt, inquit Mendo, pueros a ſeptennio uſque ad duodecimum annum per quinque annos poſſe leviter, & graviter peccare, & non teneri ad confitenda peccata; cum ratio, ob quam Eccleſia præceptum annuæ Confeſſionis indixit, æque urgeat reſpectu ejuſmodi puerorum, qui ſe peccatis maculent, ac reſpectu cæterorum; & ſane in ea ætate indigent valde remedio ſalutifero Confeſſionis, ut exinde metum peccandi concipiant, & monitis Confeſſarii in viam virtutis dirigantur, ne ex tunc radices in prava conſue-

tudi-

Digitized by Google

tudine agant. Quare ea eſt praxis communis, ut poſt uſum rationis illico pueri ad Confeſſionem obligentur, & de eorum Confeſſionibus excipiendis Parochi curent, ut ſic etiam eos Doctrinæ Chriſtianæ neceſſariis inſtruant documentis. Hæc Andreas Mendo, & hoc ipſum tandem ſentit idem Sotus teſte Suar. l. cit.

52 Si autem puer dubitetur: an uſum rationis ad mortale committendum ſufficiens acquiſierit? tenetur præcepto Confeſſionis annuæ poſt ſeptennium; ſed ante ſeptennium in hoc dubio non tenetur. Ratio prioris eſt; quia præſumitur ſufficientem rationis uſum adeptus; ratio poſterioris, quia non præſumitur. Porro præſumptio ſumitur ex communiter contingentibus: communiter autem, ut dictum eſt, uſus rationis ſufficiens contingit ſeptennio completo, & non ante. Vide Dian. *R.* 46. *fine*, & La-Cr. §. 4. n. 2027.

53 Nota hic: quod, cum ex una parte præceptum Confeſſionis annuæ obliget tantum fideles habentes conſcientiam peccati mortalis: & ex alia parte non ſoleant, experientia teſte, pueri ſtatim poſt ſeptennium, ſeu poſt primum uſum rationis incipere patrare mortalia, præſertim ſi ſint bene educati, & ſub piorum Parentum, & Magiſtrorum cura: ideo communiter loquendo, non ſunt pueri poſt ſeptennium ſtatim nimium urgendi, & illico cogendi, ut confiteantur; ſed poteſt expectari communiter unus, vel alter annus judicio viri prudentis, ac pii, & maxime Parentum ipſius pueri: & ita quidem habet communiſſima praxis fidelium: ex qua pueri uſum rationis adepti, completo ſeptennio coguntur primo abſtinere a carne, & lacticiniis: & Miſſam audire diebus, quibus eſt præceptum. Deinde paulo grandiores effecti, puta circa decimum annum coguntur pro Paſchate communicare, ut ſuo loco videbimus. Debet tamen pueris circa ſeptennium explicari pro eorum captum, quid ſit peccatum mortale? quam grave malum? in quibuſnam rebus ipſi poſſint peccare mortaliter? Caveatur tamen quam maxime, ne ſcandalizentur; ne ſcilicet, mala diſcant perpetrare, dum contenditur, eos docere, illa vitare, aut emendare. Moneantur item de neceſſitate Confeſſionis, & obligatione confitendi mortalia ſaltem ſemel in anno, & rationem omnem rite confitendi doceantur, ac denique moneantur, ut ſupra dictum eſt, quod ſi mortale aliquid commiſerint, non tardent illud confiteri.

Qu. VII. Utrum præcepto annuæ Confeſſionis teneatur & Pontifex? 54

℞. Huic Quæſtioni ſatisfactum erit, ſi legantur dicta tract. 2. lib. 5. 2. par. in ejus 1. par. c. 3. ſect. 3. qu. 1. ubi examinavimus ſimiliter: an Pontifex teneatur præcepto Communionis annuæ? Et omnia, quæ ibidem docuimus de præcepto Communionis annuæ, applicari facile poterunt præcepto Confeſſionis annuæ; Et ibi quidem mentio etiam facta eſt de ſimili quæſtione præſenti. Videri etiam poteſt pro hac Quæſtione Azor. *c.* 29. *qu.* 11. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 2. *n.* 5. Filliuc. *c.* 3. *n.* 67. Bonac. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 1. *n.* 4. Reginal. *n.* 49. La-Croix *nn.* 2025. Sylv. *qu.* 6. Fagund. *l.* 1. *c.* 3. *a n.* 17. Diana *to.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 48. *& tom.* 3. *tr.* 1. *R.* 28.

Qu. VIII. An teneantur Infideles? 55

℞. Infideles, quo nomine proprie veniunt homines non baptizati, non tenentur ſive ex jure Eccleſiaſtico, ſi-

ve

Digitized by Google

ve etiam divino. Ratio eſt, quia hoc præceptum ex C. *Omnis* obligat fideles poſt Baptiſmum. Et ratio ulterior eſt, quia, uti docuimus art. 1. qu. 2. n. 3. Sacramentum Pœnitentiæ inſtitutum fuit a Chriſto Domino ad reſtituendam vitam ſpiritualem poſt Baptiſmum propter actuale peccatum lethale deperditam; unde, ut l. cit. notavimus, Sacramentum Pœnitentiæ dicitur eſſe, ſecunda tabula poſt naufragium. Deinde Sacramentum Pœnitentiæ inſtitutum fuit a Chriſto per modum judicii: & ita exercetur ab Eccleſia; Hæc autem non judicat de iis, qui foris ſunt: 1. *ad Cor.* 5. 12. ſeu de iis, qui ſibi non ſunt facti ſubditi per Baptiſmum. Vide Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 2. *num.* 1. Bonac. *cit. prop.* 1. *n.* 5. Reginald. *nu.* 42. La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 301. §. 1. *n.* 2024. Idem dicendum eſt de Catechumenis, cum nondum ſuſceperint Baptiſmum.

56 Dices: Infideles, ſeu non baptizati obligantur præcepto ſaltem divino Communionis; ergo etiam præcepto Confeſſionis.

℞. Omiſſo antecedenti, quod examinavimus ſupra cit. ſect. 3. qu. 19. Nego conſequentiam: etiamſi dicamus: infideles teneri præcepto Divino ſumendi Euchariſtiam; adhuc tamen inde non ſequitur teneri ex præcepto confitendi mortalia commiſſa. Diſparitas latiſſima eſt; enim vero præceptum Divinum Communionis obligat abſolute omnes homines: unde Infideles, quia ſunt homines, tenentur eo præcepto; ad quod implendum, cum obſit defectus Baptiſmi, tenentur ſuſcipere Baptiſmum, ut poſſint communicare. At præceptum confitendi mortalia, non obligat abſolute omnes homines, ſed illos, qui poſt Baptiſmum ſuſceptum commiſerint mortale peccatum. Unde Infideles cum nondum ſuſceperint Baptiſmum, etſi actuale mortale peccatum commiſerint, non tamen tenentur præcepto Confeſſionis, quamvis homines ſint, nec iidem tenentur recipere Baptiſmum, ut confiteantur peccata ante Baptiſmum commiſſa; quia hæc non ſunt materia Sacramenti Pœnitentiæ. Videri poteſt La-Croix *loc. cit.* & *lib.* 1. *qu.* 134. §. 6. *n.* 787.

Qu. IX. An teneantur Hæretici? 57

℞. Affirmative, quia per Baptiſmum ſunt ſubditi Eccleſiæ, unde non tantum vi præcepti Divini, ſed etiam Eccleſiaſtici tenentur. La-Croix §. 2. num. 2025.

Dices: in C. *Omnis*. Fideles tantum obligantur: ergo non tenentur Hæretici? 58

℞. In dicto C. nomine *Fidelis*, venit quicunque per Baptiſmum ſuſcepit fidem: & quidem nomine fidelis ſæpe comprehendi etiam hæreticos oſtendit Dicaſtil. relatus a La-Croix l. cit. & fidelium nomine omnes baptizatos intelligi ſolere, notat etiam Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 60. *ſect.* 1. *initio*.

Qu. X. An teneantur amentes in aliqua, vel aliquibus ſpecialibus materiis, non tamen omnino rationis expertes? 59

℞. Affirmative. Si tanto rationis uſu ſaltem utantur, quantum ſufficiat ad peccandum mortaliter, & rite confitendum. Vide Fagund. l. 1. c. 3. n. 20. Videri etiam poſſunt dicta tr. ſupra cit. ſect. 3. qu. 8. & 9. ubi examinavimus: an obligentur præcepto Communionis fatui in omni linea, vel in aliqua, perpetuo, vel

ad

ad tempus? Item an teneantur ſemiſatui, ac ſtolidi? Et pleraque ibi dicta quoad obligationem, vel excuſationem præcepti Communionis, applicari poſſunt iiſdem quoad obligationem, vel excuſationem præcepti Confeſſionis.

60 Qu. XI. An mutus teneatur, ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ, confiteri per ſigna, & nutus, ſi ita explicare Confeſſario poſſit peccata ſua, vel aliquod ſaltem mortale?

℞. Affirmative; & hanc eſſe ſententiam communem, teſtatur cum Hurtado, Diana *tom. 1. edit. coord. tr.* 3. *R.* 71. §. 1. Buſemb. lib. 6. part. 2. tract. 4 c. 1. dub. 3. art. 3. init. Et hanc eſſe ſententiam certam affirmat cum Eſcobar La-Croix *lib. 6. par. 2. qu.* 163. §. 2. *n.* 1192. Et hanc ſententiam ab ipſa praxi confirmari, notat Bonac. *tom. 1. diſp.* 3. *qu.* 4. *ſect.* 2. *pu.* 2. *prop.* 11. *n.* 25.

Idem dicendum de eo, qui ex aliquo alio impedimento, ſeu morbo non poſſit loqui. Rurſus idem dicendum, ſi non adſit, niſi Sacerdos ſurdus, qui non valeat audire Confeſſionem, niſi per ſigna, & nutus: ut cum Hurtado docet Diana *loc. cit. R.* 18.

61 Dices: ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii IV. ad Armenos, Confeſſio facienda eſt ore; explicans enim partes Sacramenti Pœnitentiæ ait: *Pars ſecunda eſt oris Confeſſio &c.* Ergo qui non poteſt confiteri ore, non tenetur per ſigna, & nutus.

℞. In prædicto Decreto Concilium reſpexiſſe ad id, quod ordinarie fieri ſolet; Confeſſio autem ordinarie, & regulariter loquendo fit ore proprio. Ita Bonac. loc. cit. fine. Et quidem ita communi uſu receptum eſt: videlicet Confeſſionem fieri propria voce, ut non liceat, ſine gravi, & juſta cauſa confiteri, niſi ore proprio, ut omnes Doctores ſuſtinent: etſi nonnulli putent, non niſi veniale eſſe abſque rationabili cauſa confiteri per ſcripturam oblatam Sacerdoti præſenti. Vide La-Croix *loc. cit.* §. 6. & 7. *n.* 1196. & *ſequenti*. Bonac. & Buſemb. l. l. cit. Reginald. *in praxi tom.* 1. *l.* 6. *nu.* 81. Dicit etiam Bonacina in prædicto Decreto per confeſſionem oris intelligi poſſe præſentiam pœnitentis confitentis coram Sacerdote.

Et confirmo ex C. *Quem pœnitet.* 88. *diſt.* 1. *de pœnit.* ubi ſic habetur: *Præcepit enim Dominus mundanis, ut oſtenderent ora Sacerdotibus, docens corporali præſentia confitenda peccata, non per nuntium, non per ſcriptum manifeſtanda . . . Sed ſi per vos peccatis, per vos erubeſcatis; erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis.*

Nota hic 1. in præſenti caſu debere explicari vignis, & nutibus peccata eo quidem meliori modo, quo valeant explicari. Ex hoc autem non eſt obligatio extremam adhibendi diligentiam in exquirendis, fingendiſque nutibus, quos Sacerdos intelligat: ſed ſatis erit, ſi diligentia illa præſtetur, quæ in re gravi adhiberi ſolet; ita ex Soto, Reginald. cit. n. 81. 62

Nota 2. in præſenti caſu ſufficere, ſi mutus explicet ea ſolum peccata, quæ poteſt judicio prudentis; ita Valboa, Leo, & Megala, quos refert, & ſequitur Diana R. 71. qui idipſum affirmat, & docet R. 123. initio.

Nota 3. ex Antonio Fernandez, quam citat, & ſequitur Diana cit. R. 71. §. 2. Confeſſarium tempore, quo obligat præceptum Confeſſionis, poſſe abſolvere mutum, qui præbet ſigna

ſigea doloris, etiamſi nullum poſſit ex ejus ſignis intelligere peccatum, dummodo alius non adſit Confeſſarius, qui melius intelligat.

63 Qu. XII. An impotens confiteri ore, ſi non valeat, aut neſciat confiteri nutibus, & ſignis, teneatur confiteri per ſcripturam oblatam Sacerdoti præſenti, ſi ſciat ſcribere, ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ?

℞. Alii probabiliter negant, alii vero probabilius affirmant. Vide Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 6. *n.* 6. & 7. Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 1. *R.* 72. 73. & 75. Bonac. *ſect.* 2. *pu. ult. n.* 6. Reginald. *n.* 82. Filliuc. *c.* 3. *n.* 63. Fagund. *l.* 1. *c.* 6. *a nu.* 9. La Croix *l. cit.* §. 5. *n.* 1195. Buſemb. *loc. cit.* Franc. de Lugo *de Sacram. l.* 1. *c.* 6. *quæſt.* 12. *Theor.* 5. *de Pœnit. n.* 14.

64 Qu. XIII. An ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ, ſit obligatio confitendi per Interpretem, ſi non adſit, niſi Sacerdos ignarus linguæ pœnitentis?

℞. Negative: quia, etſi poſſit quidem valide, & licite, & ſit ſuadendum, ſic confiteri: attamen non præcipitur niſi Confeſſio Secreta. Eſt communis Doctorum. Vide Suarez *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 6. *a n.* 2. Bonac. *l. cit. n.* 5. Filliuc. *c.* 3. *n.* 62. Fagundez *c.* 6. *n.* 6. Diana *R.* 78. §. 1. Reginal. *l.* 6. *n.* 80. La-Croix *qu.* 162. §. 3. *n.* 1190. Felix *t.* 1. *p.* 3. *n.* 2912. Buſemb. *l. c.* Franc. De Lugo *de Sacram. l.* 1. *c.* 6. *qu.* 12. *Theor.* 5. *de Pœnit. n.* 14. Eſt autem animadvertendum, quod in præſenti caſu, ſi aliquo modo verbis, vel nutibus, aliquod ſaltem peccatum grave explicari poſſet, eſſet obligatio illud explicandi ſecreto in Confeſſione; ſicuti dictum eſt de muto qu. præcedenti: huic enim æquiparatur, & non eſt, cur excuſetur, & quidem in hujuſmodi neceſſitate ſic dimidiate confitentem poſſe abſolvi, docet Diana *R.* 63. §. 7. & *R.* 71. §. 1. & *R.* 123. §. 1. *initio*.

Qu. XIV. An, qui non eſt diſpoſitus ad abſolutionem, teneatur præcepto Confeſſionis annuæ? 65

℞. Huic Quæſtioni ſatisfactum erit, ſi legantur dicta tr. 2. l. 5. 2. parte in ejus 1. par. c. 3. ſect. 3. qu. 7. ubi examinavimus: an qui non eſt diſpoſitus ad Abſolutionem, teneatur præcepto Communionis Paſchalis? & videri etiam poſſunt dicenda hic art. 7. quæſt. 1.

Qu. XV. An infirmi, carcere detenti, excommunicati, Interdicto ſubjecti, vel ſuſpenſi, & quicumque alii ſimiliter impediti teneantur procurare ſanitatem, excarcerationem, abſolutionem, & remotionem impedimenti, ut poſſint confiteri pro adimplendo præcepto Confeſſionis annuæ? 66

℞. Huic etiam Quæſtioni ſatisfecimus cit. ſect. 3. qu. 15.

Qu. XVI. An deberet omitti potius Confeſſio annua, quam dari pecunia, aut aliquid ſimile temporale pro ea facienda: ſi Sacerdos nollet audire, niſi pro hujuſmodi pretio? 67

℞. Huic etiam Quæſtioni ſatisfaciemus cit. ſect. 3. qu. 24.

## ARTICULUS V.

### *De tempore ab Eccleſia præſcripto ad implendum præceptum Confeſſionis annuæ?*

DIXIMUS art. 1. n. 1. dari præceptum Divinum in lege nova confitendi omnia mortalia poſt Baptiſmum

Digitized by Google

mum commiſſa, & numquam directe ſubjecta abſolutioni Sacramentali. Docuimus etiam ibi: probabilius eſſe hoc præceptum obligare etiam per ſe, non ſolum in fine vitæ, ſed adhuc ſæpius per vitæ decurſum. Notavimus quoque: Eccleſiam, pro hujuſmodi præcepto implendo in vitæ decurſu, deſignaſſe tempus anni; ſeu ut ſaltem ſemel omni anno fieret. Jamvero hic.

68 Qu. I. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget ſtatim poſt commiſſum peccatum?

℞. Negative: ut patebit ex dicendis.

69 Qu. II. An præceptum Confeſſionis annuæ ſit implendum in aliqua determinata parte anni, puta tempore paſchali; quemadmodum eo tempore eſt implendum præceptum Communionis annuæ: in eo tamen ſenſu, quam explicavimus ſuo loco?

℞. Negative: & licet aliqui videantur affirmare: illorum tamen mentem explicat Suarex *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 3. *n.* 10. Dicendum eſt itaque: præceptum Confeſſionis annuæ non obligare tempore Quadrageſimæ, ſeu tempore præcepti paſchalis, neque alia determinata anni parte.

Id colligitur 1. ex Tridentino ſeſſ. 14. de Pœnit. c. 5. fine, ubi conſuetudinem confitendi tempore Quadrageſimali, *hoc eſt tempore, quo ſumenda eſt Communio Paſchalis: quo tempore ideo conſueverunt fideles confiteri: quemadmodum communiter conſueverunt etiam quotieſcunque per annum ex propria licet devotione communicent*; conſuetudinem, inquam hujuſmodi laudat Concilium ſolummodo velut piam, & merito retinendam. Item Can. 8. damnat eos, qui dicunt, vel non eſſe obligationem confitendi ſemel in anno, vel eſſe ſuadendum, ut Confeſſio non fiat tempore Quadrageſimæ. Ergo manifeſte innuit tempus pro obligatione eſſe annum; pro conſilio autem eſſe Quadrageſimam, ſeu tempus, quo ſolet, & debet ſatisfieri præcepto Communionis Paſchalis.

Idem colligitur 2. ex Concilio Lateran. in Decreto de Communione, & Confeſſione, in quo Decreto Concilium præcipit Communionem in *Paſchate*, & Confeſſionem ſaltem *ſemel in anno*. Quibus verbis, & quo loquendi modo ſatis ſignificat, tempus præcepti pro Confeſſione eſſe totum annum.

Idem denique colligitur 3. ex congruentia; valde enim congruum fuit, Confeſſionis præceptum impoſitum ex ſuppoſitione culpæ mortalis: ut probatum eſt art. 4. qu. 3. valde, inquam, congruum fuit, non alligari certo tempori. Enimvero cum mortalis culpa poſſit omni tempore anni committi, ſi Confeſſio ejus alligata fuiſſet certo tempori, data fuiſſet occaſio, eam nimium differendi uſque ad illud determinatum tempus. Videatur Suar. *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 3. *n.* 2. & 3. Bonac. *to.* 1. *diſp.* 5. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 20. Reginald. *in praxi to.* 1. *lib.* 6. *n.* 33. & *dubb. ſequent.* Azor. *inſtit. Moral. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 28. *qu.* 7. Diana *edit. coord. tom.* 1. *tr.* 3. *R.* 51. Tambur. *meth. commun. c.* 4. §. 3. *n.* 21. Filliuc. *in ſum. to.* 1. *tr.* 7. *c.* 3. *qu.* 4. *n.* 49. & 50. La Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 305. §. 2. *num.* 2042. Franc. de Lugo *de Sacr. lib.* 1. *c.* 6. *quæſt.* 12. *theor.* 5. *num.* 14.

Interrog. An ſaltem ſit obligatio 70
confitendi in Quadrageſima, ſeu in Pa-



Digitized by Google

Paſchate ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, ſi alicubi dentur Epiſcopalia ſtatuta, quibus obligatio confitendi ſemel in anno determinetur ad tempus paſchale?

℞. Ex Suarez *cit. ſect.* 3. *num.* 4. Et ex Reginaldo *l. cit. nu.* 35. *fine*, per hujuſmodi ſtatuta, Epiſcoporum intentio non eſt, determinationi Eccleſiæ aliam jungere; ſed ſolum procurare, ut ea obſervetur: urgendo illud tempus determinate, in quo debet etiam ex vi præcepti Eccleſiæ univerſalis urgere Euchariſtiæ ſumptio, cui ipſam Confeſſionem præmittere oportet. Quamvis Medina indicet oppoſitum; & putet eſſe probabile Azor. cit. qu. 7. fine.

71 Qu. III. Poſito, quod ad implendum præceptum Confeſſionis annuæ, ſatis ſit, confiteri qualibet anni parte; quomodo computandum ſit initium, & finis anni in re præſenti?

℞. Varie computant Auctores: ſententiæ autem probabiliores ſunt hæ duæ. Prima ut computetur annus a die prima anni civilis, & vulgaris, ad ultimam ipſius diem, ſeu a die prima Januarii, ad ultimam Decembris. Altera, ut computetur annus a Quadrageſima ad Quadrageſimam, ſeu a Paſchate ad Paſcha, ſumendo Quadrageſimam, & Paſcha, pro illo determinato tempore, quo adimpletur præceptum Communioni Paſchalis. Videatur Suar. *cit. ſect.* 3. *a n.* 5. Azor. *cit. c.* 28. *qu.* 6. Cardinalis De Lugo *de Euchar. diſp.* 16. *ſect.* 4. *n.* 69. Filliuc. *cit. qu.* 4. *a n.* 51. Tambur. *cit.* §. 3. *n.* 25. & 26. Reginald. *to.* 1. *lib.* 6. *n.* 36. Diana *cit. tr.* 3. *R.* 53. §. 4. Bonac. *cit. prop.* 3. *n.* 19. Pelliz. *in man. tr.* 5. *c.* 3. *ſect.* 1. *qu.* 20. *n.* 38. La-Croix *l. cit. n.* 2043. Fagund. 2. *præc. Eccl. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 18. Felix Poteſtas *to.* 1. *par.* 3. *nu.* 2913.

Ex dictis hic, & qu. præcedenti 72 ſequitur 1. eum, qui confiteri non valet in Quadrageſima, ſeu in Paſchate, obligari adhuc confiteri extra Paſcha, ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ; etiam ut hoc præceptum eſt Eccleſiaſticum quoad temporis determinationem. Sequitur 2. eum, qui intra annum quolibet illius tempore confeſſus eſt ſaltem ſemel materiam neceſſariam confeſſionis, non teneri iterum confiteri in Paſchate, etſi novam materiam faciat; intellige quantum eſt ex vi præcepti Confeſſionis annuæ. Sequitur 3. quod, ſumendo in re præſenti annum civilem, is, qui non valeat communicare in Paſchate, non teneatur tunc ſaltem confiteri, ſed poſſit differre Confeſſionem uſque ad finem anni civilis; niſi prius debeat communicare. An] autem qui non potuit communicare in Paſchate, teneatur communicare poſt Paſcha? examinavimus ſuo loco, ubi de præcepto paſchali. Sequitur 4. eum, qui mortaliter peccavit initio hujus anni, ſive annus ſumatur civiliter, ſive eccleſiaſtice modo prædicto, ac ſtatim confeſſus eſt; etiamſi poſt Confeſſionem mox iterum in novum mortale lapſus fuerit, poſſe, præſcindendo a neceſſitate aliunde urgente præmittendæ Confeſſionis ob Communionem faciendam; poſſe, inquam, differre Confeſſionem uſque ad finem anbi ſequentis; & nihil obeſt, quod ab una Confeſſione ad alteram intermediarent fere duo anni; adhuc enim verificaretur, Confeſſio hiſce duobus annis facta fuiſſe ſemel quolibet anno quod ſolum præſcribit Eccleſia. Vide Tambur. *n.* 27. La-Croix nu. 2043. Et licet hujuſmodi diſtantia tem-

Digitized by Google

temporis ab una ad alteram Confeſſionem non placeat Azorio *qu.* 6. & Suarez *l. cit. n.* 7. *fine*, qui putat id repugnare intentioni præcepti Confeſſionis annuæ; nihilominus hæc Doctrina eſt omnino admittenda, ſi concedatur, & admittatur ſententia, quam propoſuimus art. 1. qu. 6. & quam hæc ſupponit: nimirum eum, qui confitetur mortale hoc anno commiſſum, ſi poſtea denuo hoc eodem anno iterum aliud mortale committat, non teneri hoc eodem anno illud confiteri; quam ſententiam ipſe Suarez, ut ibi vidimus, fatetur eſſe probabilem, & illam tuetur etiam Azorius, quem ibi citavimus. Eſt, inquam, tradita hic Doctrina admittenda, ſi illud concedatur, & ſimul admittatur, quod ipſemet etiam Suarez, & Azorius docent, & nos hic expoſuimus qu. 2. ſcilicet: Confeſſionem annuam poſſe fieri qualibet anni parte.

73 Qu. IV. An teneatur nunc confiteri, & non poſſit differre ad finem uſque anni, qui eſt in mortali, vel etiam habeat reſervata, ſi prudenter timeat, ne non habiturus ſit amplius infra annum copiam Confeſſarii potentis illum abſolvere, ſicut nunc habet?

℞. Affirmative: quia præceptum hoc pro toto anni tempore urget, ut ſtatutum eſt qu. 2. Eſt communis Doctorum. Vide Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 5. *a nu.* 2. *ad* 4. *incl.* Filliuc. *c.* 3. *qu.* 7. *n.* 58. Bonac. *n.* 21. La Croix *n.* 2045. Azor. *c.* 29. *qu. ult.* Dian. *R.* 65. Fagund. *c.* 4. *n.* 16. Ex vi autem præcepti annuæ Confeſſionis non eſſe obligationem præveniendi pro anno ſequenti, quia nondum urget: Significavimus art. 1. qu. 6. n. 5.

Qu. V. Utrum præceptum Confeſſionis annuæ eo anno, quo non impleatur, proſequatur urgere, & obligare in anno ſequenti, & cæteris, donec fiat Confeſſio; atque adeo qui anno præterito, e.g. non eſt confeſſus, teneatur hoc anno præſenti: & quidem ex vi obligationis anni præteriti, ad ſatisfaciendum præcepto pro illo tunc? 74

℞. Plerique docent: præceptum Confeſſionis annuæ, ſi non adimpleatur intra annum, ſemper urgere etiam elapſo anno, donec impleatur, ſemperque gravius peccari, quo magis differtur, ac nova peccata multiplicari, quoties oblata occaſio confitendi negligitur.

At videtur dicendum: quod elapſo anno, non amplius urgeat prior obligatio præcepti Confeſſionis annuæ, ſed incipiat obligatio nova pro anno præſenti; adeoque nec ſit obligatio confitendi quamprimum pro anno præterito, quantum eſt ex vi præcepti Confeſſionis annuæ; nec ſimpliciter ſit obligatio confitendi pro anno præterito: ſed ſatis ſit, hoc anno ſaltem ſemel confiteri, & quidem pro præſenti anno. Profecto una cum anno præterito præteriiſſe videtur obligatio illa prior, quæ tempori illi erat addicta quemadmodum elapſo die jejunii ex præcepto Eccleſiæ, vel audiendi Miſſam &c. elabitur obligatio jejunandi, audiendi Miſſam &c.

Hanc ſententiam ſuſtinent magnæ notæ Doctores: eam Dicaſtillus dicit eſſe probabiliſſimam, ſed & ipſi contrariæ ſententiæ fautores fatentur, ſaltem eſſe probabilem. Verum contraria ſententia eſt communior, & reputatur etiam probabilior, addo, eam in praxi ſuadendam eſſe. Videatur Sylv. V. *Euchar.* 3. *qu.* 15. §. 3.



Digitized by Google

La-Croix *n.* 2044. Filliuc. *c.* 3. *a n.* 54. Diana *R.* 55. & 59. Azorius *c.* 28. *qu.* 8. Reginald. *nu.* 37. Bonac. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 26. & 30. Tamburin. *Meth. commun. c.* 4. §. 3. *n.* 28. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 4. *a* n. 1. Videri etiam poſſunt dicta tr. 2. l. 5. 2. parte in ejus 1. par. c. 3. ſect. 2. qu. 15.

75 Qu. VI. An tempus Confeſſionis annuæ præfixum admittat parvitatem materiæ, ita ut non peccet ſaltem mortaliter, qui Confeſſionem annuam faciat paulo poſt finem anni?

℞. Affirmavit Leander a S.S. Sacr. ſed omnino negativa ſententia tenenda eſt: quia in præceptis affixis tempori, tempus debet commenſurari indiviſibiliter, & non moraliter. Vide dicta tr. 2. cit. ſect. 2. qu. 1. ubi ſimiliter examinabimus: an tempus præfixum Communioni annuæ, & paſchali admittat parvitatem materiæ, ita: ut commenſurari poſſit moraliter, & non indiviſibiliter?

Hic tamen juvat audire Patrem Cardenas impugnantem Leandrum a S.S. Sacr. ſpecialiter loquentem de Confeſſione. Cum enim Leander tueatur, dari parvitatem materiæ in tempore præfixo ad recitandum divinum Officium, etiam prout eſt unum opus uni affixum diei: ut vidimus tr. 1. l. 1. cap. 1. art. 9. ſect. 11. ſubſ. 5. nu. 77. ubi cum communi docuimus, eum non eſſe audiendum; inter alia fundamenta, quibus Leander innititur, adducit exemplum Confeſſionis annuæ. Cardenas itaque Leandrum impugnans, & ejus fundamenta ſubvertens *in Criſi Theol. tract. de Offic. Canon. diſp.* 35. *c.* 8. *a n.* 91. hæc habet: *Septimum fundamentum ſic proponit Leander; ſeptimo quia etiam datur præceptum Confeſſionis annuæ, & adeo annexum anno, ut ſi completo, quis non confiteatur, illud frangat; & nihilominus tamen poteſt quis, ſaltem abſque mortali, expectare ultimam horam in qua finitur annus, & in illa incipere Confeſſionem, eamque poſt finitam horam complere, & per hoc adimplere præceptum annualis Confeſſionis, ut conſtat, (ſed unde conſtat? Numquid ex ſolo dicto Leandri?) ergo ſimili modo quamvis detur præceptum recitandi Officium hac die, poterit quis abſque gravi culpa, expectare ultimam horam ejus, ad illud incipiendum; & proſequendo abſque interruptione, finire ipſum in ſequenti hora alterius diei, & ſic adimplere præceptum recitandi Officium.*

*Incertum per incertius probat Author in hoc argumento. Aſſero ergo, v. gr. juxta ſententiam eorum, qui annum uſualem, ſcilicet a Januario ad finem Decembris computant pro anno Confeſſionis obligatoriæ; eum, qui in poſtrema ſemihora ejus anni confitetur, ſciens, non poſſe, niſi in multo majori tempore confiteri, ſi id faciat ſine cauſa, violare præceptum. Et idem eſt de fine anni ſecundum computationem cujusvis alterius ſententiæ. Nec inveni Authorem, qui oppoſitum doceat.*

*Dices: annus pro Confeſſione deſignandus non debet accipi phyſice de momento ad momentum, ſed moraliter, & ita ſi quis Confeſſionem ſuam incipiat tempore currentis præcepti, & finiat dimidia hora poſt finem phyſicum anni, non videtur damnandus, niſi ab eo, qui velit nimium conſcientias reſtringere.*

*Admitto, argumentationis gratia, quod ille annus accipiatur moraliter, & non phyſice; Et ex dictis diſputat.* 27. *inſto denuo. Aſſigna finem iſtum moralem anni, & expone quot horis, aut quot diebus conſtare debeat. Si addas*

Digitized by Google

*das duas horas , vel duos dies anno phyſico ſuperadditos pro fine morali : iterum redit quæſtio de ultima ſemihora illius bidui ſuperadditi ; an in illa poſſit quis incipere Confeſſionem , ſciens , ſe non poſſe intra illam perficere ? Qui ergo non perficit Confeſſionem intra terminum phyſicum anni , neque intra moralem ſuperadditum , præceptum violat . Nec valet reſpondere: eum finem moralem anni non eſſe duos dies naturales , ſed duos dies plus minuſve . Hanc reſponſionem nugatoriam eſſe propter proceſſum infinitum , qui ex illa reſultat, ſatis demonſtratum eſt prædicta diſp.* 27. *cit. c.* 5. Hæc Cardenas , & alia ſequitur allegare contra Leandrum : nos ea , quæ præſentem noſtram propoſitam quæſtionem tangunt, recitaſſe ſufficiat .

76 Qu. VII. An tempus Confeſſionis annuæ præfixum poſſit prorogari ? & cujus auctoritate , ſive judicio ?

℟. Huic Quæſtioni ſatisfaciemus art. 7. qu. 1.

## ARTICULUS VI.

*Cuinam confiteri debeat , ut ſatisfiat præcepto Confeſſionis annuæ ?*

SECUNDUM dicta art. 1. qu. 1. ex Decreto Innocentii III. in Concilio Lateranenſi IV. Confeſſio annua fieri debet *proprio Sacerdoti* .

77 Qu. I. Quid hic veniat nomine proprii Sacerdotis, cui Confeſſio annua fieri debet ?

℟. Venire Summum Pontificem , Epiſcopum proprium , & Parochum proprium , ſeu quemlibet ordinariam juriſdictionem habentem reſpectu ſuorum Subditorum ; item venire quemlibet alium inferiorem Sacerdotem approbatum ab Epiſcopo loci ad audiendam Confeſſionem illius ſui ſubditi volentis ſibi ſeu prædicto inferiori Sacerdoti confiteri . Idem dicendum de inferioribus Regularibus approbatis a ſuis Superioribus Regularibus pro ſuis ipſorum Subditis . Unde ſequitur , præcepto Confeſſionis annuæ ſatisfieri confitendo alicui ex prædictis , & non eſſe obligationem confitendi omnino proprio Parocho ; quiquid ſit , an aliquando extiterit hujuſmodi obligatio ? quæ nunc non adeſſe certum eſt, ut conſtat ex variis declarationibus Pontificiis , & ex praxi univerſali . Videatur Azorius *Inſtit. Moral. par.* 1. *l.* 7. *c.* 29. *qu* 7. *& lib.* 13. *c.* 1. *qu.* 2. Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 4. *a n.* 34. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 8. *qu.* 6. *n.* 210. *&* 211. Fagund. 2. *præc. Eccleſ. l.* 1. *c.* 5. *per totum* . Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 25. §. 3. Buſemb. *tr.* 4. *de Sacram. pœnit. cap.* 3. *dub.* 2. *Reſol.* 5. La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 302. *n.* 2028. & 2029. eſt Zacharias ibi in hunc locum ; Chiaret. *Inſtit. Jur. Canon. l.* 1. *c.* 5. §. 3. *n.* 46. *&* 47. Raynaud. *to.* 17. *tract. de malevol. & benevol. erga Relig. ſect.* 4. *pu.* 2. §. 5. ubi fuſe , & erudite hujus doctrinæ veritatem oſtendit . Et *tom.* 11. *diſſ. de Confiteor Reform. in proluſ. ubi de Confeſſ. in Paſch.* & Benedict. XIV. *tom.* 1. *notific.* 18. *a n.* 5. *& de Synodo Diœceſ. lib.* 11. *c.* 14. *a n.* 1. *ad* 6. Cavaler. *Comment. in Decr. S. C. R. tom.* 4. *cap.* 2. *in d.* 8.

Eſt autem hic monendum : ob re- 78
ſpectum Parochorum , & reverentiam illis a Parochianis ſuis debitam , non eſſe de hac Doctrina publice , & multo minus in Concionibus tractandum , ne forte aliqui occaſionem accipiant contemnendi ſuos Parochos , quod in

non

non leve detrimentum cederet animarum, & conciliaret invidiam, & odia pareret. Vide Azor. l. 13. loc. cit. prope fin. & Fagundez loc. cit. num. 9.

Si tamen quis interrogetur: an Confeſſio annua fieri debeat in Parochia, quemadmodum Communio paſchalis? ſeu an confiteri debeat Parocho ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ? Reſponderi utique poteſt, & debet: liberum ſibi eſſe, confiteri cuicumque maluerit ex Confeſſariis alias pro ſe approbatis.

79 Dixi ſuperius Confeſſioni annuæ ut ſatisfiat, debere eam fieri Sacerdoti approbato ab Ordinario loci, ſeu Epiſcopo loci: quia ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 15. nullus ſimplex Sacerdos poteſt audire Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, & valide abſolvere a mortalibus ſine approbatione Epiſcopi loci; vide dicta tr. 2. l. 4. par. 1. c. 2. art. 1. ſect. 1. ſubſ. 3. §. 1. qu. 1. n. 36. excepta extrema neceſſitate urgentis articuli mortis; etiamſi ſit regularis, & etiamſi hic Epiſcopo ſe præſentarit pro approbatione ad audiendas Confeſſiones, a quo tamen fuerit reprobatus, etiamſi putet, quod fuerit, aut revera fuerit reprobatus injuſte. Conſtat ex 13. propoſitione ab Alexandro VII. damnata: tenoris ſequentis. *Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Regulari, Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſte reprobato.* Porro, ut notat La-Croix n. 2028. quamvis Epiſcopus ſic rejiciens, peccet, non ideo Regularis evadit approbatus.

80 Qu. II. An Parochus teneatur ſub gravi, audire confeſſionem annuam Parochiani ſui volentis ſibi confiteri?

℞. Affirmative: poteſt tamen providere de alio approbato, & ad illum remittere Parochianum, dummodo hic contentus ſit; ſi enim omnino ſibi velit confiteri, omnino debet audire; niſi legitima, & gravi neceſſitate impediatur, nunc audire. Vide Diana *R.* 41. §. 4. *&* 5. *& R.* 42. *l.* 2. *&* 3. Chiavet. *l. cit. n.* 45. La-Croix *l. 6. par.* 1. *qu.* 28. §. 1. *num.* 133. *& par.* 2. *qu.* 302. §. 2. *num.* 2029.

Qu. III. An Si quis confeſſus alia mortalia, omiſerit reſervatum, quia hic Confeſſarius non habebat poteſtatem ad reſervata: utrum dici poſſit illa Confeſſio facta fuiſſe Sacerdoti proprio? 81

℞. Negat Boſco; ſed Henrings affirmat: cujus ſententiam, dicit, eſſe probabilem La-Croix *l. 6. p. 2. qu.* 302. *num.* 2030. Vide dicta art. 1. *quæſt.* 15.

Qu. IV. Utrum ſatisfaceret præcepto Confeſſionis annuæ, ſi quis confiteretur alicui Angelo, vel Beato, ſibi de Cœlis apparenti, a quo etiam abſolveretur: ut eveniſſe, legitur, aliquando S. Catharinæ de Riccis? 82

℞. Etſi non eſſet dubium, quod in dicto caſu abſolutio cenſeri deberet valida: non enim fiet, niſi Deus velit, Angelum, vel Beatum alium eſſe extraordinarium Miniſtrum hujus Sacramenti: qualem poſſe eſſe Angelos, & Beatos, certum eſt cum S. Thoma 3. *par. qu.* 64. *art.* 7. *corp.* Nihilominus putat Lugo in Reſp. mor. l. 1. dub. 16. & videtur approbare La-Croix l. 6. p. 2. qu. 302. §. 4. n. 2031. quod per hujuſmodi confeſſionem, etiamſi fieret S. Petro, corpore aſſumpto, non ſatisfieret præcepto Confeſſionis annuæ; tum quia Con-

Digitized by Google

Confeſſio non fieret Sacerdoti proprio; tum etiam quia non ſubjicerentur peccata clavibus Eccleſiæ, quas jam non habet S. Petrus, ſed Papa ejus ſucceſſor; unde maneret obligatio ad confitenda mortalia homini viatori; & ad ſubjicienda directe Clavibus Eccleſiæ militantis: ſicuti nunc juſtificatus per Contritionem perfectam ad hoc ipſum obligatur. Ita etiam idem La-Croix l. 6. p. 1. qu. 10. §. 3. n. 50.

## ARTICULUS VII.

*An tempus præced. Conf. poſſit prorogari, diſpenſari, mutari, abrogari?*

83 QU. I. An tempus Confeſſionis annuæ poſſit auctoritate Eccleſiaſtica prorogari aliquando reſpectu alicujus perſonæ particularis; ita, ut confiteatur aliquamto poſt annum completum?

℞. Affirmative, & quidem ab ipſo Confeſſario. Caſus autem erit, e.g. ſi pœnitens accedat verſus finem anni minus diſpoſitus; vel ſi expedit illum probare, puta quia, habet malos inveteratos habitus, & ad ſe diſponendum, vel ad illum probandum, non ſufficiat, quod ſuperſit anni tempus; hoc quidem, & ſimili caſu poſſet, imo & deberet tempus Confeſſionis annuæ prorogari. Vid. Cardenas *in Criſi Theol. tract. de Offic. Canon. diſp.* 35. *c.* 8. *n.* 98. Navar. *in man. c.* 21. *nu.* 34. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 59. Sa V. *Confeſſio* n. 2. Fagundez 2. *præcept. Eccl. l.* 1. *c.* 4. *n.* 19. *fine*; qui dicit, id expreſſe haberi in *C. Omnis*. Verum meo videri, id non habetur expreſſe in dicto C. poteſt tamen ex eo optime colligi. Profecto id, quod habetur expreſſe in dicto *C. Omnis*, ſolum videtur eſſe de tempore Communionis prorogando: ſic enim loquitur: *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti &c. ſuſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum: niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus, ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum*. Jam vero illa verba *ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum*: non videntur proprie competere, niſi ſolum perceptioni Euchariſtiæ, adeoque de ea ſolum expreſſe dicitur, abſtineri poſſe ad tempus ex conſilio &c. Nihilominus, ut dixi, optime poteſt ex allegato C. & ex iiſdem verbis ad ipſum colligi de Confeſſione; tum quia hæc duo præcepta mutuo ſe reſpiciunt in dicto C., & quod de Communione ſtatuitur, videtur etiam dici de Confeſſione, niſi aliquid obſtet. Tum quia ratio, quæ militat pro tempore Communionis prorogando ex conſilio Confeſſarii, eadem militat pro Confeſſione; nimirum indiſpoſitio animæ, quæ æque dari poteſt ratione Confeſſionis, ac ratione Communionis; imo ordinarie indiſpoſitio Communionis paſchalis eſt ex cauſa indiſpoſitionis ad abſolutionem accipiendam ~~in Con~~feſſione: & hanc rationem aſſignavimus nos tr. 2. l. 5. 2. parte in ejus 1. par. c. 3. ſect. 2. n. 7. ubi notavimus: quam prudenter Eccleſia remittat conſilio, & judicio Confeſſarii, poſſe Communionis paſchalis tempus prorogari. Verum etſi hæc doctrina neq. colligi poſſet ex dicto *C. Omnis*:

*Omnis* : ipſa nihilominus certiſſime eſt ſecundum mentem Eccleſiæ in præcepto Confeſſionis annuæ. Profecto ex dictis art. 3. Confeſſio quam præcipit Eccleſia fieri ſemel in anno, eſt Confeſſio valida, utilis, fructuoſa, & quæ veram converſionem pariat peccatoris. Sed licet qui rite diſpoſiti accedunt ad confitendum, poſſint abſque ulla temporis mora, & dilatione, ſtatim facere Confeſſionem hujuſmodi; contra vero non raro accidit, pleroſque ita indiſpoſitos ex capitibus etiam pluribus ad confitendum accedere, ut non poſſint abſolvi, aut certe non expediat, illis ſtatim abſolutionis gratiam impertiri. Si itaque hi ultima anni die E. G. ad Confitendum accedant, certum ſit, etiam tunc abſolvendos minime eſſe, ſed monendos, ut melius ſe diſponant, & alio determinato tempore redeant.

84 Nota vero hic 1. non debere a Confeſſario Confeſsionis annuæ tempus prorogari, niſi ex gravi, & certa cauſa, (in morali tamen, ac prudenti exiſtimatione:) & non ex quacumque indiſpoſitione pœnitentis, nec ex qualibet majori ejuſdem utilitate, quam percipere poſſe credatur, ſi abſolutio prorogetur; debet itaque eſſe indiſpoſitio certa, ac magna, & non minus prorogationis utilitas apparere.

Nota 2. Eum, cui Confeſſarius Confeſsionis annuæ tempus prorogavit, peccare mortaliter, ſi non redeat, ſeu non confiteatur tempore a Confeſſario ſibi præfixo: ob ſimilem rationem, quam pro prorogatione Communionis paſchalis aſsignavimus tract. 2. cit. ſect. 2. qu. 11. n. 24.

85 Qu. II. An præceptum Confeſsionis annuæ poſsit diſpenſari?

℟. Poſſe Summum Pontificem diſpenſare cum aliqua perſona particulari, vel etiam Provincia, ut non confiteatur ſingulis annis, ſed rarius, puta duobus, vel tribus quibuſque annis; & quidem ſemper valide diſpenſabit, etiamſi ſine juſta cauſa diſpenſaverit: tunc autem eſſet illicita diſpenſatio, & peccaret graviter: Sylveſt. V. *Confeſſ.* 2. *qu.* 6. Filliuc. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 3. *qu.* 2. *n.* 47. Reginald. *n.* 20. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 1. *a nu.* 5. Ratio prioris eſt, quia Pontifex ſummus habet ſummam, & omnem poteſtatem circa leges Eccleſiæ, cujuſmodi eſt lex Confeſsionis annuæ; & etiam: ſi dicamus, ut nos etiam docuimus art. 1. eſſe præceptum Divinum confitendi ſæpius in vita, adhuc tamen conſtitutio, quod ad ſatisfaciendum huic præcepto Divino, ſit confitendum ſemel in omni anno eſt lex Eccleſiæ. Rurſus etiam ſi dicamus, ut ipſi etiam diximus eodem art. 1. facta ab Eccleſia Conſtitutione de confitendo ſemel in anno, obligare tum præceptum Eccleſiaſticum, tum præceptum Divinum ad confitendum ſemel in anno; adhuc tamen eſt in poteſtate ipſius Eccleſiæ, ſeu Summi Pontificis, illam variare, & mutare, ut qu. ſeq. 3. docebimus, etiam pro libito, & mera ſua voluntate. Hæc itaque eſt ratio prioris partis Reſponſionis datæ ad quæſtionem propoſitam. Ratio autem poſterioris eſt, quia ſine juſta cauſa diſpenſando in tam gravi, ac ſanctiſsima lege, abuteretur poteſtate ſibi a Deo tradita in utilitatem animarum, abuteretur, inquam, in deſtructionem earum. Videri poſſunt Suar. & Reginald. *l.l. cit.* Fagundez 2. *praec. Eccl. l.* 1. *c.* 3. *n.* 8. *&* 9.

Filliuc.

Digitized by Google

Filliuc. *n.* 48. An autem dari poſſit cauſa juſta diſpenſandi in hoc præcepto? mox dicemus.

86 Interrog. An etiam poſſet Pontifex, cum aliquo particulari, vel aliqua Provincia diſpenſare abſolute, tollendo omnem obligationem confitendi in vita; ſupponendo, quod non adſit obligatio confitendi ſæpius in vita ex præcepto divino, ſed ſolum in morte, ſeu inſtante periculo mortis?

℟. Poſſet quidem valide Suar. *l. c.* Filliuc. *n.* 47. Azor. *inſtit. mor. par.* 1. *l.* 7. *c.* 29. *qu.* 10. Pitigianus apud Bonac. *to.* 1. *diſp.* 5. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 2. *n.* 11. Hurtadus apud Dian. *to.* 3. *edit. coord. tr.* 1. *R.* 26. §. 1. Fagund. & alii communiter Doctores; ſed numquam licite diſpenſaret, quia injuſte, & inrationabiliter ſic diſpenſaret, ex Suar. l. cit., cui adhæret Fagundez n. 8. Reginal. n. 20. Profecto diſpenſatio, ut legitima ſit, requirit legitimam cauſam; nulla autem cauſa legitima, & rationabilis dari poteſt, ad concedendam talem diſpenſationem. Nec etiam diſpenſare licite poterit cum aliquo, ut valde raro confiteatur in vita: ob defectum quoque prædictæ cauſæ rationabilis, quæ poſsit talem diſpenſationem juſtificare. Videri etiam poteſt Filljuc. n. 48.

87 Qu. III. An tempus Confeſsionis annuæ mutari poſsit, ſtatuendo videlicet, ut Confeſsio fiat rarius; vel frequentius, quam ſemel in anno.

℟. Et dico 1. poſſe Pontificem ex juſta, & rationabili cauſa ſtatuere, ut præceptum Confeſſionis in vita obliget rarius, quam ſemel in anno, puta duobus, vel tribus quibuſque annis. Suar. *ſupra cit. ſect.* 1. *n.* 6. *&* 7. Filliuc. *n.* 47. Dian. *R.* 25. §. 2. Fagund. Ratio eſt, quia Pontifex poteſtatem habet abſolutam diſponendi circa leges Eccleſiæ pro varietate temporum, & circumſtantiarum, imo ex mera ſua voluntate. Jamvero licet frequentiam Confeſſionis in vita, dicamus, eſſe ex præcepto divino; tamen Eccleſiæ, ſeu Pontificis eſt determinare, qualis frequentia ſervanda ſit. Et licet dicamus: ſtatuta ab Eccleſia Confeſſione annua, hanc obligare ſimul ex præcepto divino: adhuc tamen non poteſt ratio adduci, ex qua hæc conſtitutio ſemel facta, ſit immutabilis ab ipſa Eccleſia, ſeu Pontifice Summo. Ergo etſi jam conſtitutum ſit a Pontifice, ut Confeſſio fiat ſemel in anno, poteſt tamen idem conſtituere, ut fiat rarius.

Confirmari poſſet exemplo præcepti Communionis, quod etſi nunc obliget ſemel in anno, olim vero ſæpius obligabat: ut notavimus tr. 2. l. 5. 2. par. in ejus 1. par. c. 3., ubi de præc. comm. paſch. ſect. 1.

Dixi; *ex juſta, & rationabili cauſa*. Quia etſi hujuſmodi mutatio ſemper valide fieret a Pontifice, poſſet tamen fieri illicite, nimirum, ſi ſine urgenti, & rationabili cauſa diſpenſaret; quia hujuſmodi poteſtas data eſt illi a Chriſto Domino in ædificationem Fidelium. Jamvero dilatio Pœnitentiæ per annum integrum videtur ſatis magna, inquit Suarez *cit. n.* 6. Fagund. *n.* 7. & Diana *R.* 25. §. 2. nec poteſt facile major licentia, dilatioque concedi, præſertim toti Eccleſiæ ſine illius detrimento graviſſimo. Unde ſine urgenti, & rationabili cauſa, rariorem, quam nunc habemus, Confeſſionis obligationem pro tota Eccleſia conſtituere, Pontifici ſummo non licet, ne poteſtate ſibi a Deo data in bonum ani-



Digitized by Google

marum, abutatur in deſtructionem earum, ut ſupra dicebamus.

88 Dico 2. Poſſe Pontificem ſtatuere, ſive pro aliqua Provincia, ſive etiam pro univerſo Orbe, ut Confeſſio fiat plusquam ſemel in anno. Sequitur ex præcedenti aſſertione, & quidem a fortiori. Suar. *cit. ſect.* 1. *n.* 6. Filliuc. *n.* 47. Diana *R.* 25. §. 2. Fagund. Neque hujuſmodi major frequentia Confeſſionis eſſet conſtituenda ſine rationabili cauſa: & quidem Suar. *n.* 7. cui adhæret Fagundez *n.* 8. *fine*, dicit id licite fieri non poſſe ab ipſo Pontifice ſine rationabili cauſa. Cæterum idem Suar. *n.* 6. & idem Fagund. *num.* 7. fine, dixerat: quod ad prædictam mutationem in ſtrictiorem obligationem Confeſſionis faciendam, quamvis nulla alia ſubeſſet cauſa præter fidelium fructum, id quidem ſatis eſſet, modo ea frequentia in contemptum non cederet; Id ipſum aſſerit Diana *R.* 25. §. 2. *fine*.

89 Qu. IV. An Summus Pontifex poſſit abrogare præceptum Confeſſionis annuæ?

℞. poſſe quidem valide. Suar. *cit. ſect.* 1. *n.* 5. & 8. Azor. *qu.* 9. Filliuc. *n.* 47. Reginald. *n.* 20. Diana *R.* 25. §. 2. & *R.* 26. §. 3. Bonac. *n.* 11. Fagund. Sed non licite; quia ut ait Suar. *l. cit. n.* 6. quem ſequitur Fagundez *nu.* 7. Reginald. & Diana *ll. cit.* & Filliuc. *c.* 2. *nu.* 38., & *c.* 3. *nu.* 48. & ex communi Doctorum teſte Amico apud Dianam *to.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 67. §. 7. numquam poteſt dari rationabilis cauſa tollendi, & abrogandi in ſolidum Confeſſionis præceptum, quia hujuſmodi præceptum eſt admodum utile, & ſalutare univerſæ Eccleſiæ, ac ſingulis fidelibus illius, unde ea abrogatio, ſi daretur, eſſet quidem valida, ob rationem dictam in præcedentibus quæſtionibus, ſed non licita, quia ſi, ut dictum eſt, diminutio; a fortiori abrogatio cederet omnino in deſtructionem Eccleſiæ; non in ædificationem illius.

Nota hic: quod in eo caſu abrogati præcepti Confeſſionis extra articulum mortis: remaneret adhuc obligatio confitendi ſæpius in vita ex præcepto divino: in ea tamen ſententia, quæ docet: adeſſe præceptum divinum confitendi ſæpius in vita, quam quidem ſententiam nos art. 1. n. 1. diximus eſſe probabiliorem. Quænam vero frequentia ſervanda eſſet in ea obligatione vaga, & indeterminata? non conveniunt Doctores. Nobis ſufficit innuere; viros doctos in re morali, putare, quod ſi Eccleſia tempus non determinaſſet, ſatis fuiſſet, confiteri quarto, vel quinto quoque anno. Ergo ſi præceptum Confeſſionis annuæ abrogaretur, ſufficeret dicta frequentia. Sed videntur obſtare tradita in quæſtione præced., verſu: *dixi: ex juſta &c.* Ceterum videri poteſt Diana *to.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 67. Bonac. *to.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 3. *n.* 17. Filliuc. *in ſum. tom.* 1. *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 37. 90

## ARTICULUS VIII.

### *De Pœnis tranſgreſſorum præcepti Conf. annuæ.*

In ſæpius allegato C. *Omnis*, poſt latum Decretum, ſeu præceptum Communionis Paſchalis, & Confeſſionis annuæ, decernitur pœna contra quemlibet tranſgreſſorem; & ita ſubditur: *Alioquin & vivus ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens chri-* 91

ſtiana

*ſtiana careat ſepultura*. Conſentit Rituale Romanum Pauli V. tit. *Quibus non licet dare Eccleſiaſticam ſepulturam*. Ubi inter eos, quibus eſt deneganda Eccleſiaſtica ſepultura, deſcribuntur ii, *de quibus publice conſtat, quod ſemel in anno non ſuſceperint Sacramenta Confeſſionis, & Communionis in Paſcha, & abſque ullo ſigno contritionis obierunt*.

Jamvero teſte Azor. *Inſtitut. mor. par.* 1. *l.* 3. *c.* 28. *quæſt.* 1. Quidam opinati ſunt, hujuſmodi pœnam in dicto C. irrogari tantummodo iis, qui in Paſchate Euchariſtiam non ſuſcipiant, non item iis, qui ſemel quotannis ſua peccata minime confitentur. Imo ſunt qui apud Fagund. *in* 2. *præc. Eccl. l.* 1. *c.* 4. *nu.* 1. & apud La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 300. §. 3. *n.* 2017. *fine*, dicant: Eccleſiam non poſſe punire eos, qui non confitentur ſemel in anno; quia pœna pertinet ad forum externum, hoc autem delictum eſt ita occultum, ut in foro externo probari non poſſit. Quam opinionem confutat Suarez *to.* 4. *de Pœnit. diſp.* 36. *ſect.* 8. *n.* 1.

Itaque omnino dicendum eſt: in allegato C. *Omnis*, pœnam prædictam decerni tranſgreſſoribus tum Communionis Paſchalis, tum etiam ſolius Confeſſionis annuæ. Eſt communis Doctorum, qui vel id ſupponunt, vel etiam docent expreſſe.

Hinc omnino etiam dicendum eſt: Eccleſiam poſſe punire delictum hujuſmodi violati præcepti Confeſſionis annuæ, etiam ſub Excommunicationis pœna, ipſo facto incurrendæ. Suar. *l. cit.* Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 3. *qu.* 12. *n.* 71. La-Croix *l. cit.* quod praxis ipſa confirmat. Vid. Fagundez *l. cit.* & dicta tr. 2. l. 5. 2. par. in ejus 1. par. cap. 3. ſect. 6. Verum quidem eſt, quod, ut docet Suar. n. 2. & declaravit S. C. Ep. quemadmodum l. cit. notavimus: prædicta cenſura C. *Omnis* ſit ferendæ ſententiæ, adeoque non incurratur, niſi per latam ſententiam a Judice; utque infligatur, debere abeſſe omnem probabilem cauſam excuſationis, ſeu impedimenti, docet Dicaſt. apud La-Croix *lib.* 7. *qu.* 29. §. 18. *n.* 253. Verum etiam eſt, quod in jure communi nullibi excommunicatio imponatur tranſgreſſoribus hujus præcepti, neque in C. *Omnis*, neque alibi: ſed ſolum alicubi ex particularibus conſtitutionibus Epiſcopalibus, aut Decretis Conciliorum Provincialium: ut communiter notant Doctores hic.

Qu. I. An publicæ Meretrices non confitentes ſemel in anno, eo quod nolint recedere a via ſua peſſima, ſed manere in proxima occaſione peccandi; incurrant pœnas impoſitas tranſgreſſoribus præcepti Confeſſionis annuæ, ſive ferendas ex C. *Omnis*, ſive latas, & ipſo facto incurrendas, ubi hæ adſint ex ſpecialibus, & particularibus Conſtitutionibus alicujus Diœceſis? Dubium oritur ex eo, quia hujuſmodi Mulierculæ numquam denuncientur etiam ſi notum ſit, eas per multos annos non fuiſſe confeſſas, neque ſoleant declarari, pœnas tranſgreſſoribus hujus præcepti impoſitas incurriſſe: uti teſtantur Em. Sà V. *Confeſſio* nu. 42. & alii apud Fagund. *l. cit. n.* 10. & apud Dianam *to.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 83. §. 1. 92

℞. Negant Em. Sà *l. cit.* & alii apud Fagund. & apud Dian. *l.l. modo cit.* Et ex his quidam pro ratione aſſignant, quod hujuſmodi Meretrices, ſi confiteantur, etſi cum animo permanendi in eodem ſtatu,

& occaſione proxima, adhuc tamen, faciant, inquit, Confeſſionem validam quamvis informem. Per hujuſmodi autem Confeſſionem validam ſatisfaciunt præcepto Confeſſionis annuæ. Ergo non incurrunt pœnas transgreſſoribus impoſitas.

Verum omiſſo: an per Confeſſionem validam, & informem ſatisfiat præcepto Confeſſionis annuæ? quod examinavimus art. 3. qu. 3. Adhuc tamen falſum eſt, inquit Fagund. n. 10., quod ſic confitentes confiteantur valide; Et vero hujuſmodi Confeſſio omnino nulla eſt, quam nulla ſacramentalis abſolutio ſubſequitur. Videantur dicenda hic qu. 6., & dicta art. 3. qu. 4., & ex dictis quidem cit. qu. 4 a fortiori ſequitur, quod hic docemus; docuimus enim ibi, non ſatisfeciſſe præcepto Confeſſionis annuæ eum, qui confeſſus quidem fuit, ſed non accepit abſolutionem a Confeſſario, etiamſi injuſte. Prædictarum itaque hujuſmodi Confeſſio cum animo ſcilicet permanendi in eodem pravo ſtatu, & occaſione proxima, omnino nulla eſt, quam nulla ſacramentalis abſolutio ſubſequitur, ut nullo modo ſubſequi debet. Unde in C. *Quod quidam. de pœnitent. & remiſ.* etſi ex Alexandro III. dicatur, publicos peccatores, & meretrices admittendos eſſe ad confeſſionem: ſignificatur tamen non eſſe abſolvendos, niſi animum mutent, & vitam. Admittuntur autem ad Confeſſionem, ſeu potius volentes audiri a Confeſſariis etſi impœnitentes, non rejiciuntur: ut ſic per ſuam ipſorum humiliationem, & ſalutares admonitiones Confeſſarii paulatim adducantur ad vere pœnitendum: non quaſi vero Confeſſionis præceptum adimpleant per ſimplicem peccatorum ſuorum narrationem, ut aperte ſignificatur ibidem, & etiam notant Suar. *tom.* 4. *in* 2. *par. diſp.* 36. *ſect.* 7. *num.* 5. & alii apud Fagund. n. 8.

Prædicta itaque ratione rejecta pro ſententia negativa, alii aliam aſſignant apud Dianam *l. cit.* §. 1. atque dicunt: Eccleſiam non comprehendere in pœnis contra tranſgreſſores præcepti Confeſſionis annuæ Meretrices publicas, eo quod illas permittat, ad vitanda mala majora.

Alii autem apud Fagund. *cit. n.* 10. dicunt: non quidem Eccleſiam publicas permittere Meretrices, ſed Poteſtatem Sæcularem illas permittere. Eccleſiam vero nolle hujuſmodi Meretrices pœnis mitioribus Cenſurarum punire, ſed remittere ſeverioribus brachii Sæcularibus: quamvis poteſtas Sæcularis illas in Republica permittat, ad majora damna, & ſcandala devitanda. Hi itaque dicunt: Meretrices publicas non incurrere Cenſurarum pœnas violati præcepti Confeſſionis annuæ ab Eccleſia impoſitas, quia Eccleſia vult illas plecti pœnis gravioribus a poteſtate, & brachio Sæculari, cui illas tradidit puniendas.

Item pro ratione ejuſdem ſententiæ negativæ aſſignant ſecundo hoc ipſum, quod non ſoleant denunciari, nec declarari excommunicatæ, ubi ſit annexa excommunicatio hujus præcepti violationi.

Verùm affirmativam ſententiam ſuſtinent Fagundez *n.* 11. ubi affirmat Meretrices, & publicos peccatores, non implendo hoc præceptum, incurrere excommunicationem Synodalem, & cæteras juris pœnas, & voluiſſe Epiſcopos illas etiam comprehendere, quamvis non ſoleant publicari, ac de- 93

denunciari. Et conſtat, inquit, ex C. *Omnis*. Indiſtincte enim obligat omnes fideles; & illæ nullam habent juſtam cauſam, ob quam non comprehendantur, imo habent juſtiſſimam, ut excommunicentur: deinde quia nullibi in Conſtitutionibus aliquarum Diœceſum, quas ſe legiſſe teſtatur, excipiuntur hujuſmodi Meretrices, & non conſtat de contraria voluntate Prælatorum, quamvis enim non ſoleant declarari, & publicari, id quidem parum refert, ait, quia quamvis id ſit favor; tamen hujuſmodi favor magis reſpicit perſonas, quæ cum iſtis Meretricibus communicant, quam ipſas Meretrices. Ita Fagundez. Idem videtur ſentire Diana *l. cit.* §. 2. ubi teſtatur: Romæ Meretrices, quæ in Paſchate non receperunt Sacramentum Pœnitentiæ, ſi moriantur abſque Confeſſione, privari Eccleſiaſtica ſepultura.

94 Qu. II. Utrum pueri obligati ad confitendum, ſi hoc præceptum violent ante pubertatem, debeant puniri pœna impoſita in C. *Omnis*?

R. Negative. Eſt communis Doctorum. Vid. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 8. *n.* 5. Bonac. *to.* 1. *diſp.* 5. *qu.* 5. *ſect.* 2. *pu.* 4. *prop.* 1. *n.* 3. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 6. *n.* 50. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 3. *qu.* 12. *n.* 72. *fine*: Diana *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 3. *R.* 50. §. 5. *&* *R.* 83. §. 1. *&* 3. Fagund. 2. *præc. Eccl. l.* 1. *c.* 3. *nu.* 15. & dicta a nobis tr. 2. lib. 5. 2. par. in ejus 1. par. c. 3. ſect. 6. qu. 1. ubi reſpondimus ad ſimilem quæſtionem de Communione annua: & rationem aſſignavimus doctrinæ traditæ.

95 Qu. III. An ſaltem incurrant cenſuras alicubi latas contra non confitentes in anno?

℟. Huic quæſtioni applicetur reſponſio eadem, quam l. cit. qu. 1. in reſponſione ad ſubjectam interrog. dedimus ad ſimilem quæſtionem quoad Communionem annuam reſpectu puerorum. Vide ibi dicta.

Qu. IV. An Pontifex poſſit incurrere Cenſuram prædictam C. *Omnis*? 96

℟. Negative. Vide dicta tr. 2. cit. ſect. 6. qu. 2.

Qu. V. An incurrat pœnas contra non confitentes ſaltem ſemel in anno impoſitas, qui faciat Confeſſionem annuam voluntarie nullam, & ſacrilegam? 97

℟. Negant aliqui apud Fagund. *c.* 4. *n.* 4. & apud Dian. *tom.* 3. *edit. coord. tr.* 1. *R.* 29. §. 1. ea moti ratione, quod nihilominus ſatisfaciat præcepto. Verum cum hæc ratio ex dictis art. 3. qu. 1. ſit certo falſa, non ſunt audiendi.

Hinc Henriquez de Sacr. Pœnit. l. 1. c. 5. n. 1. in gloſſa ſententiam negativam etiam ſequutus alia tamen utitur ratione. Concedit enim per Confeſſionem invalidam ex parte pœnitentis, & culpa illius, non impleri præceptum divinum, nec Eccleſiaſticum; at nihilominus vult, eum, qui ſic confitetur, non incurrere pœnam excommunicationis in Conſtitutionibus Epiſcopalibus impoſitam iis, qui annuæ Confeſſionis præceptum tranſgrediuntur. Movetur ex eo, quia, licet pœnitens malitioſe taceat aliquod peccatum, vel confiteatur abſque dolore requiſito, vel abſque propoſito correctionis; imo cum voluntate manendi in proxima occaſione peccandi, tamen actus confeſſionis ita occultus eſt, ob ſigillum, ut non cadat, inquit, ſub pœnis Eccleſiæ, quæ, ut plures Doctores docent, non poteſt punire actus internos.

Hanc

Hanc opinionem eſſe probabilem, putat Sa V. *Confeſſio* n. 1. ſed illam merito refutant Suarez loco infra cit. Fagundez *n.* 12. Bonac. *prop.* 3. *nu.* 25. & alii. Nam, dicunt, Eccleſia poteſt præcipere, & punire actus internos, non per ſe & abſolute, quatenus interni ſunt, ſed quatenus ſunt formæ actuum externorum. At lege La-Croix lib. 1. de legib. qu. 101. §. 5. nu. 653. ubi cum Cardenas, aliiſque tenet, ac probat, legem humanam coactivam coactione interna, ſeu obligantem ſub pœna ipſo facto ante ſententiam judicis incurrenda, poſſe præcipere, vel prohibere actus etiam pure internos.) Jam vero Eccleſia præcipit actum externum Confeſſionis *validæ*; & Epiſcopi puniunt illos ſuis excommunicationibus, Diœceſanis Conſtitutionibus impoſitis, qui hunc actum externum *valide* non efficiunt: unde licet pœna excommunicationis ſit publica, actus vero Confeſſionis *invalidæ* ſit occultus, parum refert; ſatis enim eſt ad hanc pœnam publicam imponendam, quod actus ille malæ Confeſſionis, & peccatum illud de ſe ſit externum, etiamſi per accidens probari non poſſit in judicio; ita Suarez *tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* 36. *ſect.* 8. *n.* 1. *&* 4.

Et vero propoſitio illa, qua Henriquez, & alii utuntur pro ratione opinionis ſuæ negativæ; quod ſcilicet Eccleſia non poſſit punire actus internos: quommodo & ipſa ſit rejicienda, videri poteſt apud Cardenas *in Criſi Theol.* 4. *par. diſſert.* 34. *c.* 2.

Dicendum eſt itaque: eos, qui faciunt Confeſſionem annuam voluntarie nullam, & ſacrilegam, ſicut culpabiliter non implent præceptum; ita & incurrere pœnas tranſgreſſoribus impoſitas: & ſic non evadere excommunicationem ipſo facto impoſitam in Conſtitutionibus Synodalibus, nec cæteras juris Synodalis pœnas impoſitas iis, qui hoc præceptum non implent. Suar. *to.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 8. *n.* 4. Fagund. *n.* 5. Diana *to.* 3. *edit. coord. tr.* 1. *R.* 29. §. 9. Filliuc. *c.* 3. *n.* 72.

Notat autem Fagundez n. 12. cum Corduba, per Confeſſionem invalidam ex parte pœnitentis, ob defectum doloris requiſiti, aut malitioſam occultationem peccati, non incurri pœnas privationis ingreſſus Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ injunctas in C. *Omnis*. Quia hujuſmodi pœnæ ibi impoſitæ ſunt ferendæ ſententiæ, adeoque ut incurrantur, requirunt probationem in judicio, & ſententiam latam a judice, quæ probatio moraliter erit impoſſibilis, aut ſaltem erit ſatis difficilis ob delicti occultationem: unde dicit etiam Canus relatus a Suar. *nu.* 2. & a Fagund. n. eodem: pœnas C. *Omnis* non poſſe incurri, niſi quando tranſgreſſio præcepti eſt manifeſta, quia tunc poteſt in judicio probari crimen, ut illi pœnæ imponantur.

Qu. VI. An etiam incurrat Cenſuras impoſitas tranſgreſſioni hujus præcepti, qui facit Confeſſionem involuntarie nullam ex parte Confeſſarii, ſeu culpa illius, puta, quia careat approbatione requiſita, idque pœnitens ignoret; vel quia ex malitia propria non habeat intentionem abſolvendi. 99

℟. Negative: quia non eſt contumax contra præceptum Eccleſiæ. Et hæc ſententia reputatur certa a Doctoribus. Vide Fagund. *n.* 5. *&* 6. Filliuc. *n.* 72. Recte tamen monent: teneri poſtea, ſi aliquando id ſibi conſtiterit, denuo rite confiteri; cum

non

Digitized by Google

non fuerit rite abſolutus, nec revera præceptum impletum. Vide dicta art. 3. qu. 4. Idem propter rationem eamdem dicendum de eo, qui fecit Confeſſionem nullam ex proprio etiam defectu, ſed ignorans invincibiliter, puta quia exiſtimabat, ſe ſaltem attritum, cum talis non eſſet; unde ex defectu neceſſarii doloris, quamvis exterius fuerit a Confeſſore abſolutus, effectum tamen Sacramenti minime recepit. Et hic poteſt excuſari a Cenſura, quia non eſt contumax contra obedientiam Eccleſiæ, quam contumaciam requirit excommunicatio; & ita docet Suarez *tom.* 4. *in* 3. *par. diſp.* 36. *ſect.* 8. *num.* 4. *fine*.

Secus autem decidendum de eo, qui licet exterius confeſſus fuerit, & ſua peccata Confeſſario recitaverit, ex propria ſibi nota culpa fuit ei abſolutio denegata, puta quia noluit reſtituere, quod debebat, aut occaſionem proximam peccandi relinquere, vel odium inimici deponere &c. Hic quidem Cenſuras prædictas incurrit, quia nullam Confeſſionem ſua culpa volens ſciens fecit. Ita Suar. cit. n. 4. & videri poſſunt dicta hic qu. 1. n. 92. Denique nonnulla alia ex iis, quæ diximus tr. 2. cit. ſect. 6. ubi egimus de pœnis impoſitis tranſgreſſoribus Communionis annuæ: facili negotio applicari poterunt præſenti materiæ de pœnis violationis ſimilis hujus præcepti Confeſſionis annuæ.

## ARTICULUS IX.

### *De Sigillo Confeſſionis reſpectu Confeſſionis annuæ.*

VOLUNT alicubi Parochi, & animarum Paſtores, de Confeſſione annua peracta a ſuis Parochianis, ſeu ſubditis, conſtare ſibi per Schedulam, ſeu teſtimonium legitimi Confeſſarii. In ſpecie in actis Eccleſiæ Mediolanenſis tom. 1. pag. 387. & 661. editionis Lugdunenſis, referente Cavalerio *tom.* 1. *c.* 2. *d.* 17. *num.* 7. diſponitur quod a Parochis *non adminiſtretur in Paſchate SS. Eucharistiæ Sacramentum, niſi confeſſis ſibi, aut alicui ex Confeſſariis approbatis; de qua Confeſſione fidem ſcriptam ferant*. Hujuſmodi conſuetudinem, vel præceptum, ubi adſit, ſervandum eſſe ſignificatur in præſenti decreto S. C. Concilii: *Confeſſores Regulares cogendi non ſunt, habere libros, in quibus ſcribantur nomina Pœnitentium: quod Parochorum proprium eſt; ſed ſufficit, quod Pœnitentibus inſcriptis conſignent atteſtationis ſchedulam, ubi eſt præceptum, vel conſuetudo, ut eam Parocho exhibeant tempore Paſchatis*. S. C. Concil. 18. Martii 1586. apud Caval. *cit. d.* 17. qui tamen n. 11. ait: confeſſionis ſchedulam non expedire exigi, ubi eam exigendi conſuetudo non vigeat: quia accedentes ad Confeſſarios, poſſent falſum dicere confitendo; nimirum, ut ſignificat, quia plerique pœnitentes, ſeu potius impœnitentes indiſpoſiti ad abſolutionem habendam, indiſpoſitionem propriam agnoſcentes, eam non aperirent Confeſſario, timentes, ne denegaret ipſis abſolutionem, & ſimul prædictam ſchedulam confeſſionis teſtem; ſive teſtimonium ſimile 100

Con-

Confeſſionis peractæ : adeoque Confeſſionem ſacrilegam facerent, confer ex D. Thoma dicenda qu. 6. n. 111.

Ubi autem eſt conſuetudo Schedulam hujuſmodi, ſive teſtimonium exigendi prædictum, animadvertendum eſt : non debere teſtimonium exigi : an fuerit quis abſolutus? ſed ſimpliciter an fuerit confeſſus? ne confeſſarius incautus exponatur periculo frangendi ſigillum Confeſſionis, vel mendacii, ſi forte non abſolviſſet ; ut in ſimili ex Stoz advertit La Croix *lib. 6. par. 2. qu. 296. §. 3. n.* 1993. Unde conſequenter monet Averſa, Confeſſarium debere tantum teſtari ſive in ſchedula, ſive oretenus, ſe audiviſſe Confeſſionem ; non autem dicere ; ſe abſolviſſe. Talique ſchedula, ſeu teſtimonio debere quemlibet Superiorem eſſe contentum, & ſubditum admittere, tamquam rite confeſſum, & abſolutum. Et non expediret, inquit, nec tolerandum eſſet, ut exigeretur etiam expreſſe teſtimonium de abſolutione: ita Averſa *de Sacram. Pœnit. qu.* 18. *ſect.* 8. Et id ipſum ſignificant Doctores alii infra qu. 1. laudandi, monentes videlicet : Confeſſarium debere tantum, & ſimpliciter aſſerere, talem Pœnitentem fuiſſe ſibi confeſſum : nullam vero mentionem facere de abſolutione. Cæterum alicubi dari conſueviſſe ſchedulas typis editas, in quibus aſſeratur etiam abſolutio impertita : ſignificabimus infra qu. 2. ubi examinabimus : an hujuſmodi ſchedulæ dari queant pœnitentibus ſine abſolutione dimiſſis? Interim

101 Qu. I. Utrum ſchedula prædicta, in qua nimirum ſimpliciter aſſeratur Confeſſio a pœnitente peracta : poſſit, aut debeat dari etiam illi, cui poſt auditam confeſſionem Sacramentalis abſolutio denegetur propter ſuam ipſius indiſpoſitionem?

℞. Mirabiliter inter ſe diſſentire Doctores, quo ad Quæſtionem hujuſmodi reſolvendam. Quatuor invenio ſententias: primam affirmantem poſſe, imo & debere. Secundam, negantem. Tertiam mediа incedentem via, atque diſtinctione quadam utentem, quam diſtinctionem deinde explicabimus. Quartam denique dicentem : poſſe quidem ſchedulam præberi prædictam, ſed non omnino debere : optionem itaque eſſe penes Confeſſarium dandi, vel non dandi, pro ut maluerit. Has omnes ſententias exponere juvat.

Igitur primo affirmativam ſententiam docet Koninch *de Sacram. diſp. 9. dub. 1. n.* 14. ubi ſic ait : quando aliqui ſtudioſi, aut famuli alicujus Principis tenentur ferre teſtimonium ſuæ Confeſſionis, Confeſſarius debet hoc dare etiam iis, quos non abſolvit, ne teſtimonium hoc negando, aliquo modo prodat ſigillum, & peccatorem; nec, dando illud, mentitur, quia tantum teſtatur, eos eſſe confeſſos; quod verum eſt. 102

Koninchum ſequitur Fugundez 2. *præc. Eccl. lib 6. c.* 4. *n* 40. quibus Tamburinus adhæret *opuſc. de Confeſſ. in Append. c.* 3. *n.* 16. ſimiliter dicens : *quando famuli, vel ſcholares debent Superioribus teſtimonium ſuæ confeſſionis afferre, debere Confeſſarios illud dare ( intellige iis, qui Confeſſionem ſaltem incboarunt : ) licet propter aliud abſolutionis beneficio caruerint. Ratio eſt, quia, ſi non darent, proderent indiſpoſitionem eorum, quam ex incboata confeſſione cognoverunt ; nec, dando, mentiretur, quia jam illi initium fecerunt Confeſſionis.* Hæc Tambur.

Horum ſententiam amplectitur Diana

Digitized by Google

na *tom.* 1. *edit. coord. tr.* 8. *R.* 61. §. 2. *R.* 63. §. 6. ubi dicit: quod confitentibus, tametſi ob indiſpoſitionem abſoluti non ſint, Confeſſarius teſtimonium dare debet factæ confeſſionis. Nam Confeſſarius violat ſigillum Confeſſionis, ſi directe, vel indirecte ſignificet, ſe pœnitentem ſuum ob indiſpoſitionem non abſolviſſe. Hoc autem Confeſſarius ſignificat, ſi aliis dans hujuſmodi ſchedulam, neget illi propter indiſpoſitionem; Confirmatur ex eo, quod huic homini publice petenti Sacram Euchariſtiam, perinde ac aliis danda eſt, ad infamiam ejus vitandam. Ergo ob eamdem cauſam, perinde ac aliis, ſchedulam teſtimonii dare debet. Neque tunc Confeſſarius mentitur, cum ſit ipſi confeſſus, licet non abſolutus; ita Diana.

Hanc ſententiam approbat Jacobus Marchant. in Reſolut. paſtor. tract. 5. poſt cap. 4. in Append. de Sigill. caſu 3. ubi ſic ait: Si Confeſſarius audierit Confeſſionem, & confitentem non abſolverit ob indiſpoſitionem, & indignitatem, non ſolum non poteſt dicere: ego eum non abſolvi, ſed etiam putant multi, eum teneri dare ſchedulam teſtem Confeſſionis, ſi hoc urgeat pœnitens. Sic contingere poteſt, quando vel diſcipuli ſuis Magiſtris, vel famuli ſuis heris, vel Religioſi ſuis Superioribus tenentur referre teſtimonium ſuæ Confeſſionis. Negando enim, poſſet aliquo modo prodere ſigillum, & peccatorem; dando autem, non mentitur, quia tantum teſtatur eſſe confeſſos, quod verum eſt. Et ſi quidem coram aliis confeſſus eſt, & coram ipſis petit teſtimonium, certum eſt, nullatenus poſſe ei negari, quia ingeneraretur ſuſpicio, quod non fuiſſet abſolutus. Hæc Marchant. Denique huic ſententiæ affirmativæ ſubſcribunt Moſcoſus *in ſum. tr.* 7. *c.* 15. *n.* 3. Amicus, Layman, & alii.

At vero hanc ſententiam affirmativam rejicit Bonacina *tom.* 1. *diſp.* 5. *qu.* 6. *ſect.* 5. *pu.* 4. *prop.* 1. *num.* 7. ubi relata Koninchi prædicta ſententia affirmativa; docet negativam: ſubdens: *ſed hoc mihi non probatur, tum quia Confeſſarius nihil facere videtur, ex quo alter directe, vel indirecte poſſit cognoſcere delicta pœnitentis; tum quia alioquin via fraudibus aperiretur, nam multi improbi deciperent Parochos in Paſchate allato teſtimonio Confeſſionis.* Ita Bonac. 103

Sed contra Bonacinam reclamat Diana *cit. reſolut.* 61. *fine*, dicens: eum non eſſe audiendum. Verum Dianæ contradicit Dicaſtill. *de Sacram. to.* 2. *tr.* 8. *diſp.* 12. *dub.* 7. *num.* 119. ubi recitata Koninchi doctrina, ſubdit: *cum Koninch ſentiunt Fagundez, & Moſcoſus, quos refert, & ſequitur Diana* tr. 11. 5. part. Reſol. 22., *& ait: non eſſe audiendum Bonacinam negantem teneri dare ſchedulam. Mibi tamen magis probatur ſententia Bonacinæ, quem & audit, & refert, & ſequitur Lugo nu.* 87. *nempe negandam eſſe ſchedam. Neque enim tunc Confeſſarius ex ſe revelat directe, vel indirecte peccata, ſed tantum non vult affirmare, vel dare ſchedam Confeſſionis non rite factæ; alioquin pateret via, ut multi nequam ſic venirent ad Confeſſionem indiſpoſiti ad decipiendos Dominos, imo etiam Parochos teſtimonio Confeſſarii. Talis autem peccator ſibi debet imputare quod inde reſultet.* Hæc Dicaſtillus Bonacinæ ſententiam defendens, quam etiam ſequi videtur Buſembaum *l.* 6. *par.* 2. *tr.* 4. *de ſacr. pœnit.*



Digitized by Google

*pœnit. c.* 3. *dub.* 1. *Reſol.* 4. ubi hæc habet: *Quando plures V. G. Studioſi, vel Aulici &c. tenentur ferre teſtimonium Confeſſionis, Confeſſarium teneri id dare, etiam iis, quos non abſolvit, docet Kon.* d. 9. dub. 1. *Fag. & Dian.* R. 22. *tum, ne id negando, prodat aliquo modo ſigillum, & pœnitentem; tum quia dando, non mentitur, cum tantum teſtetur eſſe confeſſum. Verum Bonacina* d. 5. qu. 6. ſect. 5. p. 4. *& Lugo* d. 23. ſect. 4. *docent tali ſchedam negare, non eſſe contra ſigillum .... tum quia nihil dicit, ſed tantum non approbat teſtimonio poſitivo Confeſſionem, ad quod non tenetur; nec quidquam facit, ex quo poſſint cognoſci delicta pœnitentis; tum quia alias via aperiretur fraudibus, & multi improbi Parochos in Paſchate deciperent: tum quia poteſt eſſe conſuetudo, ut ſcribatur abſolutum eſſe, quod falſum erit, ſi ſcribat: & ſi omittat, ſigillum franget: tum quia ſcandaloſum erit, & iniquum, publicæ Meretrici perſeveranti* ( *uti & occulto peccatori, ſic pallianti ſuam iniquitatem*, ) *teſtimonium dare Confeſſionis: neque Confeſſario imputandum erit, quod eum poſitive non defendat*. Hæc Buſembaum.

104 Sed circa præſentem quæſtionem, diſtinctionem quamdam adhibet ad eam abſolvendam Pater Averſa, mediaque graditur via: *de Sacram. Pœnit. qu.* 18. *ſect.* 2. ubi hæc habet: *aut neſcitur pœnitentem ad talem certum Confeſſarium acceſſiſſe, ut contingit in Civitatibus, & Eccleſiis, in quibus eſt copia Confeſſariorum: & tunc poteſt Confeſſarius tuto negare ſchedulam pœnitenti, quem non abſolvit, abſque ullo revelationis periculo: quia ſi ipſemet pœnitens dicat: ſe acceſſiſſe ad illum Confeſſarium, & ab eo fuiſſe ſibi negatam Schedulam, ipſe ſe prodet. Debebit etiam Confeſſarius negare, nec poterit licite concedere, quando videt pœnitentem velle ea abuti ad decipiendum Superiorem, & eludendum præceptum. Poterit tamen concedere, ſecluſo hoc periculo, nec mentietur, dicendo ſe audiviſſe Confeſſionem, non nominando abſolutionem.*

*Aut ſcitur, pœnitentem ad hunc Confeſſarium acceſſiſſe, ut quando Parochus dedit ſuo Subdito licentiam ad alterum, qui ſolus eſt in ea villa, vel quando pœnitens aliis videntibus accedit ad talem Confeſſarium: & tunc per ſe videtur Confeſſarius poſſe, ac debere concedere Schedulam, quia alioqui revelaretur confeſſio, ſeu defectus in Confeſſione detectus. Etiamſi, inquam, pœnitens eſſet abuſurus ſchedula ad decipiendum Superiorem, & perſiſtendum in peccato, quia Confeſſarius non proprie concurreret ad hanc fraudem, ſed illam permitteret, ne revelet ipſe Confeſſionem, ſicut aliis plurimis modis contingit. Debere tamen in ſchedula dicere tantum, ſe audiviſſe Confeſſionem: quod verum eſt; & ita in hoc non mentietur: non autem dicere: ſe abſolviſſe*. Hæc Averſa, quibus efformat tertiam in præſenti Quæſtione ſententiam, quam ſequitur quarta mox exponenda.

Denique huic Quæſtioni reſpondent multi, & graves Doctores, optionem eſse penes Confeſsarium dandi, vel non dandi, prout maluerit, ſchedulam prædictam Confeſſionis teſtem. Poteſt dare, quia plerique graves Autores ita ſentiunt. Poſset negare, quia non tenetur Confeſsarius cooperari occultationi peccati, ſed qui ſponte peccat, ſibi provideat de remedio occultationis; Parochus enim, & quilibet alius Confeſſarius, qui negat ſchedulam, utitur jure ſuo, ne- 105

negando illam indignis. Ita Leander a S.S. Sacramento *tom.* 1. *tr.* 5. *de Sacram. Pœnit. diſp.* 10. *qu.* 80. Henricus Henriquez *de Sacram. Pœnit. l.* 3. *c.* 22. *n.* 4.

106 Jam vero ex his quatuor ſententiis primam affirmantem poſſe, imo & debere prædictam Schedulam dari: probabiliorem eſſe, putat Martinus a S. Joſeph in *Man. Confeſſ. to.* 1. *lib.* 1. *tr.* 22. *de pœnit. n.* 4. At La-Croix *l.* 6. *par.* 2. *qu.* 286. §. 4. *n.* 1944. dicit: probabilius eſſe teneri Confeſſarium dare Schedulam Confeſſionis teſtem, ei, qui cum animo ſaltem ſe accuſandi manifeſtavit peccata Sacerdoti, & petat ſchedam prædictam: probabilius, inquit, eſſe, teneri dare, ſi ſoleat dare aliis, eam petentibus. Quæ tamen propoſitio conditionata accedit ſententiæ Patris Averſæ, & quidem pro ea Averſam citat La-Croix, & ſimiliter intelligit locutum fuiſſe Koninchum: affirmaſſe videlicet pro caſu, quod dederit aliis, puta diſcipulis ejuſdem præceptoris, aliis famulis ejuſdem Domini. Mihi quidem Patris Averſæ conditionate procedens ſententia, modo jam explicato, longe probabilior apparet præ reliquis.

107 Qu. II. An ubi ſit uſus, præbendi ſchedulas typis editas, in quibus dicatur Pœnitens etiam abſolutus: poſſint dari confeſſis non abſolutis?

℞. Teſte Ligorio *lib.* 6. *Theol. Moral. tr.* 4. *c.* 3. *dub.* 1. *nu.* 639. *fine*: aliqui recentiores aſſerunt: probabile videri, tradi adhuc poſſe confeſſis non abſolutis, ſaltem ſi publice petant; eo quod tunc Confeſſarius nullum proferat, aut ſcribat mendacium, ſed tantum materialem actum operetur, talem Schedulam tradendo. Sed contra eſt: nam in ea circumſtantia Schedula typis edita, ac tradita Pœnitenti confeſſo, ut illam præbeat Parocho, gerit omnino vicem ſcripturæ Confeſſarii, ſeu etiam ejuſdem teſtimonii oretenus dati, quo teſtatur Pœnitentem talem fuiſſe ſibi confeſſum, & a ſe inſuper abſolutum. Procul dubio hujuſmodi Schedulæ typis mandantur ad majus commodum Confeſſariorum; nihilominus adhuc per ſe gerunt vicem prædictam; unde illas tradendo in dicta circumſtantia, & caſu, Confeſſarius non operatur tantum materialem actum: eſtque animadvertendum, Pœnitentibus non abſolutis non poſſe Confeſſarium dare hujuſmodi Schedulam, delendo ea verba, in quibus aſſeritur abſolutio data; nam ſic frangeret ſigillum Confeſſionis. Non rite autem hujuſmodi ſchedulas teſtimonium ſecum ferre de abſolutione data: habes ex dictis initio articuli hujus.

Qu. III. Utrum Confeſſionis Schedula danda eſſet illi, qui ne inchoate quidem confiteretur; peteret autem dictum teſtimonium genibus flexis, ſignato ſe ſigno Crucis, & recitato de more *Confiteor?* 108

℞. Ad hujuſmodi quæſtionem ſic reſpondet Tamburinus loco qu. 1. laudato: *Non video cum Bonacina de Pœnit. d.* 1. *ſect.* 4. *n.* 7. *cur debeat Confeſſor dare? ( Niſi forte prudentia dictet, utile eſſe conſilium, ſemel, vel iterum juveni ſic accedenti morem, æquivocando, gerere; ut illum Confeſſarius hac indulgenti humanitate lucretur: ) Nec video, cur quantum eſt ex vi ſigilli, ( nam cæterum caveatur, ne pœnitentis fama, apud quos non pertinet, deturpetur: ) cur, inquam, nequeat, dicere;* Hic non eſt Confeſſus? *Hanc enim negativam non ſcit ex*

*vi illius Confeſſoris*. Hæc Tamburinus, & magis reſolute negant Laym. Lugo, & Stoz, quos laudat La-Croix *lib. 6. par. 2. qu. 286.* §. 4. *num.* 1942. nimirum docent: de nullo peccato ſe accuſanti, ſed ſimpliter ſimulanti ſe confiteri, ad petendam tantum ſchedam Confeſſionis, non illam poſſe dari, quia confeſſus non eſt.

109 Qu. IV. Si Peccator ſine animo reſipiſcendi, & vitam emendandi: atque adeo ſine debita diſpoſitione ad abſolutionem obtinendam; accedat ad recitanda peccata ſua apud Confeſſarium, putans, per hujuſmodi ſimplicem recitationem peccatorum ſuorum ſe ſatisfacturum ſaltem præcepto Confeſſionis annuæ: an Confeſſor, qui hunc audierit, teneatur ad ſigillum?

℞. Affirmative. Ita Fagundez *in 2. præc. Eccl. lib. 6. cap. 4. num.* 25. quia, inquit, ad prædictum ſigillum requiritur, ſeu ſufficit vel animus accuſandi ſeſe, & vere reſipiſcendi; vel ſaltem animus implendi præceptum Eccleſiaſticum: & citat Henricum, Suarez, Cajet. Simancham, Sotum, atque Sylveſtrum. Et ulteriorem rationem aſſignat, quia C. *quod quidam 5. de pœnit.*, *& remiſs.* jubetur admitti Confeſſio impœnitentium, veluti publicarum Meretricum; eo quod forte monitis Confeſſariorum reſipiſcant, ac corrigantur; quamobrem, inquit, ſi Eccleſia præcipit admitti hujuſmodi Confeſſionem, neceſſario erit obſervandum ſigillum. Hujuſmodi autem Confeſſionem non eſſe validam, ad ſatisfaciendum præcepto; animadvertimus art. præced. num. 92. Nihilominus dandam eſſe in prædicto caſu Schedulam Confeſſionis petenti, ſi dari ſoleat aliis, probabilius eſſe, ſuſtinet La Croix. Recole dicta qu. 1. num. 106.

Qu. V. An frangat ſigillum Confeſſarius, ſi publice conquerenti, ſibi negatam abſolutionem, dicat: *ne conqueraris: non potui?* 110

℞. Affirmat La Croix lib. 6. par. 2. qu. 291. §. 2. num. 1063. qui tamen §. 4. num. 1965. cum Stoz dicit: quod ſi pœnitens coram Confeſſario, & aliis dicat: ſe non eſſe ab eo abſolutum; hoc ipſo det Confeſſario licentiam, idipſum fatendi; attamen non ideo poſſe dicere cauſam, cur negaverit abſolutionem.

Qu. VI. Utrum Parochus poſſit denegare Communionem in Paſchate non exhibenti ſchedulam Confeſſionis? 111

℞. Quod ubi ita ferat conſuetudo, vel præceptum, ſervari debeat a Parochis, ut ſignificavimus articuli hujus initio; ubi etiam mentionem fecimus Decreti Eccleſiæ Mediolanenſis ſtatuentis, quod a Parochis *non adminiſtretur in Paſchate SS. Eucbariſtiæ Sacramentum niſi confeſſis ſibi, aut alicui ex Confeſſariis approbatis; de qua Confeſſione fidem ſcriptam ferant*.

Ubi vero non adeſt hujuſmodi conſuetudo, ſive præceptum, locum habet doctrina Divi Thomæ *quodlib.* 1. art. 12. ubi quæſtionem inſtituit: *utrum Sacerdos Parochialis debeat credere ſuo Subdito dicenti, ſe eſſe confeſſum, ut propter hoc ei Eucbariſtiam det?* & affirmative reſpondet: *quia in foro pœnitentiæ creditur pœnitenti pro ſe, & contra ſe; & pari ratione poſſet falſum dicere confitendo*.

Quæ autem doctrina minime procedit in caſu, quo prudenter credi non poſſit alicui aſſerenti, ſe confeſſum eſſe; nam tunc cum Parochia-

chianus fidem non mereatur, jure Parochus abſtinet ab adminiſtranda ei Communione. Ita Roncaglia conſ. 13. n. 20. qui dicit, eſse certum; & admittit Benedictus XIV. *to.* 1. *Notif.* 45. *num.* 15.



Digitized by Google

# CAPUT XIV.

## DE CONFESSARIO MONIALIUM EXTRAORDINARIO.

1 MONIALIBUS debet Confeſsor Ordinarius unicus in communi ad triennium deſignari. *Præter Ordinarium autem Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confeſſiones audire debeat*. Ita decrevit Concilium Tridentinum ſeſs. 25. cap. 10. de Regular. cujus nunc recitata ſunt verba.

Decreti hujus rationabilem cauſam aſſignat Benedictus XIV. in ſua Conſtitut. ſuper deſignatione Confeſſariorum extraordinariorum pro Monialibus, incipiente: *Paſtoralis curæ* quam in fine capitis hujus ad verbum dabimus. Laudatus itaque Pontifex Maximus in Conſtit. prædicta non multo poſt initium, mentione facta laudati Decreti: hæc ſubdit: *Quod quidem non alia de cauſa præſcriptum fuit, quàm quia ſatis conſtabat, nonnullas aliquando Moniales eſſe, quæ nulla ratione adduci poſſunt, ut aliquod peccatum ſuum Ordinario Confeſſario confiteantur; adeo ut neceſſe omnino ſit alterius Confeſſarii copiam ipſis ſuppetere, ut apud hunc de peccatis ſuis integre, rite, atque utiliter confiteri poſſint*. Ita laudatus Pontifex, qui etiam hoc ipſum confirmat auctoritate S. Caroli Borromæi: hæc alia ſubdens: *Id ipſum probe animadvertit Magnus Eccleſiæ Dei Sacerdos S. Carolus Borromæus, qui prædicti Concilii Trident. abſolutionem ope ſua plurimum juvit, ejuſque executionem, & obſervantiam in ſua Mediolanenſi Civitate, & Provincia non ſine immenſis laboribus, & curis invexit; is enim hac de re decrevit; (Præterea Superiores ex Decreto Sacri Tridentini Concilii, quotannis idoneum Confeſſorem extraordinarium Monialibus ſibi ſubjectis exhibeant, cui curent, ut univerſæ confiteantur, ut quæ hujuſmodi indigent medicina, propter aliquem occultum animæ morbum, neque ipſæ eam poſtulare, aut accipere ab uſitato Confeſſore unquam auderent, liberius mederi ſuis malis poſſint, ac diaboli laqueos evadere, una cum reliquis Confeſſario novo ſua peccata confitendo) uti legere eſt in Actis Eccleſiæ Mediolanen. impreſs. anno 1599. pag. 53. in editione autem Lugdunenſi tom. 1. pag. 46.*

Qu. hic I. Ad quem Superiorem pertineat, extraordinarium Confeſſorem Monialibus deputare, atque offerre? In allegato enim Tridentini Decreto dicitur: Confeſſorem extraordinarium offerendum eſſe ab Epiſcopo, & *aliis Superioribus*. 2

℞. Et dico 1. nomine Superiorum hic non veniunt Superiores Monialium fœminæ, nequidem Abbatiſſa. Ita La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 218. §. 7. n. 1534. ex reſponſo S. Congreg. 1621. 19. Octobr. ad Epiſcopum Tomacenſem; & poteſt etiam colligi ex dicendis in ſequ. Reſponſione 2. & 3. Igitur nec Monialibus, nec etiam Abbatiſſæ conceditur electio Confeſſarii extraordinarii; ſed in prædicto Tridentini Decreto nomine *Superiorum*, a quibus facienda erit electio Confeſſoris extraordinarii Monialibus offerendi, veniunt Superio-

rio-

riores viri; qui ipſis Monialibus præſint; ut conſtabit ex modo infra dicendis.

3 Nemo tamen impedit Abbatiſſam, aut cæteras Moniales, quin Superioribus prædictis aliquem Sacerdotem proponant, quem ab iis humiliter petant ſibi deſignari pro Confeſſore extraordinario. Et Superiores quidem prædicti, valde convenit, ut ſe exorari ſinant, atque obſecrantium annuant votis, & petitionem hujuſmodi facile ſubſcribant: niſi quid evidenter obſtet: ut colligi poteſt ex laudata Conſtitutione Benedicti XIV. & quidem a fortiori. Etenim §. *At vero*, Pontifex reprehendit Monialium Superiores illos, qui difficiliores ſe præbent in concedendis Confeſſariis extraordinariis particularibus aliquibus Monialibus in particulari pro ſe illum petentibus; & vehementer inculcat, ut niſi quid revera obſtet, particularis etiam extraordinarius Moniali illum petenti minime denegetur. A fortiori ergo denegari non debet talis individuus Confeſſarius extraordinarius communis Monialibus, quem pro univerſa Communitate poſtulent ſibi dari. Etſi enim non teneantur Superiores ex vi juris, dare illum determinatum Confeſſorem extraordinarium, quem Moniales exquirant, ut recte docet, & probat Pelliz. *de Monial. c.* 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 6. *nu.* 259. Salmant. in append. *tr.* 6. *de Bul. Cruc. c.* 6. *pu.* 2. §. 2. *n.* 120. Fulgentius Caſtiglione *In Inſtruct. Confeſſ. Monial. par.* 12. *c.* 7. *nu.* 4. Nihilominus ut Monialibus detur ille determinatus Confeſſor extraordinarius, quem ipſæ velint, exigit finis, ob quem latum fuit a Tridentino Decretum de concedendo extraordinario Confeſſore Monialibus: hic autem finis, ut ſupra dictum eſt, ex Benedicto XIV. fuit vitare periculum animarum: *quia ſatis conſtabat*, (inquit laudatus Pontifex:) *nonnullas aliquando Moniales eſſe, quæ nulla ratione adduci poſſunt, ut aliquod peccatum ſuum Ordinario Confeſſario confiteantur; adeo ut neceſſe omnino ſit, alterius Confeſſarii copiam ipſis ſuppetere, ut apud hunc de peccatis ſuis integre, rite, atque utiliter confiteri poſſint*. Jam vero ſi Monialibus detur pro extraordinario Confeſſario aliquis, quem ipſæ recuſent, quis non videt ipſas relinqui in eodem, & forte majori periculo? atque adeo earum neceſſitatibus ſpiritualibus non ſubveniri: quod tamen intendit, & exigit Tridentinum.

Expedit itaque, ut Superiores, quibus ſpectat, offerre Monialibus Confeſſarium extraordinarium, priuſquam illum deſignent, intelligant ab Abatiſſa, quemnam velint, ſeu exoptent ſibi deſignari, ut illum concedant, ſi nihil obſtet. Et ita quidem praxim habere, teſtantur Auctores modo ſupra laudati. Abatiſſa autem, ut bene monet Pelliz. *l. cit. qu.* 10. *n.* 266. antequam Prælato proponat, ſeu ab eo expoſcat determinatum Confeſſorem extraordinarium, toties, quoties caſus evenerit, ſuas prius convocet Moniales, ut ab ipſis ipſa prior intelligat, quem exoptent, ſibi pro communi Confeſſore extraordinario deſignari?

Dico 2. Deputare, atque offerre Confeſſorem extraordinarium Monialibus ſubjectis juriſdictioni Epiſcopi loci; ſpectat ad ipſum Epiſcopum. Conſtat ex Decreto allegato Tridentini, dicitur enim in eo, Confeſſarius extraordinarius offerendus *ab Epiſco-* 4

*piſcopo*. Hujuſmodi vero poteſtas ſi conceditur Epiſcopo, procul dubio maxime, eſt pro ſibi ſubjectis. Inſuper conſtat ex laudata Conſtitutione Benedicti XIV. ut mox videbimus in Reſp. ſequenti. Idem docet La-Croix *loc. cit.*

5 Dico 3. Si Moniales ſint ſubjectæ juriſdictioni Regularium, his offerre Confeſſorem extraordinarium, ſpectat ad ipſos Superiores Regulares illos, ad quos pertinet ordinarium Confeſſorem iiſdem ſubjectis ſibi Monialibus deſignare, & conſtituere. Debet tamen ſpecialiter approbari ab Epiſcopo loci ad audiendas Confeſſiones Monialium illarum. Vide dicenda qu. 21. Præſens autem aſſertio docetur a Pelliz. *cit. ſubſ.* 2. *qu.* 6. *&* 7. La-Croix *loc. cit.* Felice Poteſtate *tom.* 1. *par.* 2. *c.* 5. *n.* 1422. Et conſtat ex Declarationibus, & Decretis S. Congregationis Concilii Tridentini 23. Auguſti 1631., & 6. April. 1647., & apud Zipæum, *l.* 3. *variarum Conſult.* 5. allegatur aliud Decretum anni 1679. Cujus etiam meminit La-Cr. *l. cit.* Quæ Sacræ Congregationis Decreta approbavit, & confirmavit Benedictus XIV. in ſua ipſius allegata Conſtitutione *Paſtoralis curæ* per hæc verba: *Quæ quidem Reſcripta, & Decreta Nos etiam præſentium tenore, & Apoſtolica auctoritate in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus.* Ita Summus Pontifex, qui Confirmationi prædictæ hæc præmiſerat: *Quum vero ſuper relati Conciliaris Textus intelligentia nonnullæ Quæſtiones alias excitatæ, eædemque jampridem per opportuna Sedis Apoſtolicæ Decreta definitæ fuerint; operæ pretium ducimus, hujuſmodi definitiones ab omnibus, ad quos ſpectat, omnino tenendas eſſe, atque ſervandas, his Noſtris Apoſtolicis Litteris complecti, & auctoritatis quoque Noſtræ robore communitas, in prædictorum omnium notitiam deducere. Et primo quæſitum fuit; ad quem Superiorem pertineat, extraordinarium Confeſſorem Monialibus deputare, atque offerre? ſed facilis fuit Reſponſio, quam nos quoque Decreto Noſtro ratam habemus; hujuſmodi ſcilicet deputationem ad eum regulariter ſpectare, ad quam pertinet Confeſſarii Ordinarii electio, & deputatio; ideoque Epiſcopus, ſive Ordinarius loci, qui Monialibus ſibi ſubjectis Confeſſarium Ordinarium dare conſuevit, idem Confeſſarium extraordinarium bis, aut ter in anno ad normam Tridentinæ Sanctionis, eiſdem offerre tenetur. Prælatus vero Regularis, ad quem pertinet Ordinarium Confeſſarium ſubditis ſibi Monialibus, ſervata Apoſtolicarum Conſtitutionum forma, deſignare, & conſtituere; ipſe etiam eiſdem extraordinarium Confeſſarium in vim præfat. Decreti, & juxta eaſdem Conſtitutiones, duobus, aut tribus per annum temporibus exhibere poteſt, ac debet.* Hæc Summus Pontifex. Quibus & præſens, atque præcedens aſſertio confirmatur, & quæſtio propoſita manet omnino ſoluta.

Sed interrogabis 1. Si Epiſcopus 6
Monialibus ſibi ſubjectis Confeſſorem extraordinarium deſignare nolit, ad quem ſpectet in hoc caſu illum eligere, & illis offerre?

℞. Spectare ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium. In dicto itaque caſu poſſunt Moniales habere recurſum ad Sacram Congregationem Pœnitentiariæ, & Cardinalis major Pœnitentiarius debet illarum audire recurſum, & eligere, atque offerre Confeſſarium extraordinarium; debet tamen eligere illum, ex eorum

nu-

Digitized by Google

numero, qui ad excipiendas Monialium Confeſſiones ab ipſo Ordinario, ſeu Epiſcopo loci approbati fuerint. Hæc conſtant ex cit. Conſtitutione Benedicti XIV. *Paſtoralis*; in qua Summus Pontifex poſt modo ſupra recitata verba ſubdit . . . . . . . *Si Epiſcopus aliquis (quod Deus avertat:) adeo hac in re negligens eſſet, ut Monialibus ſuis bis, terve in anno extraordinarii Confeſſarii copiam facere prætermitteret; obtendens, ut moris eſt, nullam hac de re Monialibus ipſis ſolicitudinem, aut curam eſſe; tunc volumus Dil. Fil. Noſtrum S. R. E. Cardinalem modernum, & pro tempore exiſtentem majorem Pœnitentiarium, ſtatim ac pro parte Monialium hujuſmodi requiſitus fuerit, Ordinarii Paſtoris negligentiam ſupplere debere, earumque Monaſterio extraordinarium Confeſſarium, ex eorum tamen numero, qui ad excipiendas Monialium Confeſſiones ab ipſo Ordinario loci approbati fuerint, cum omnibus neceſſariis, & opportunis facultatibus concedere, & deputare.*

7 Interr. II. Si Prælatus Regularis Monialibus ſibi ſubjectis Confeſſarium extraordinarium deſignare, & deputare nolit, ad quem ſpectet in hoc alio caſu illum eligere, & deputare?

℟. Spectare ad Epiſcopum loci; Pelliz. *Tr. de Monialib. cap.* 10. *nu.* 254. La-Cr. *n.* 1534. Fulgen. Caſtiglione *n.* 2. & conſtat etiam ex hac eadem Conſtitutione Benedicti XIV. qui poſt præfata verba hæc ſubdit: *Quod ſi Prælatus Regularis eamdem Concilii legem de Confeſſore extraordinario bis, aut ter in anno Monialibus ſibi ſubjectis exhibendo ſimiliter implere neglexerit, tunc locus ſiet Decreto Congregationis S. R. C. Cardinalium ad ipſius Concilii interpretationem, & executionem auctoritate Apoſtolica deputatorum, quo ſcilicet eadem Congregatio ad quæſtionem ab Epiſcopo Vercellenſi propoſitam die* 23. *Auguſti anni* 1631. *reſcripſit, ut infra; (Epiſcopus Vercellen. ſupplicat ſibi reſponderi; an deputatio Confeſſarii extraordinarii Monialium Regularibus ſubjectarum ſpectet ad Ordinarium locis Sacra Congregatio cenſuit ad Epiſcopum non pertinere, niſi in caſu negligentiæ eorumdem Regularium;) ut videre licet* Decret. lib. 4. pag. 493. *Nec aliter reſpondit Quæſtionibus ab Epiſcopis Belgii exhibitis, die* 6. *Aprilis anni* 1647. *ut legitur Decret. l.* 18. *pag.* 32. *Quæ quidem reſcripta, & Decreta Nos etiam præſentium tenore, & Apoſtolica auctoritate in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus.* Hæc laudatus Pontifex. Poteſt autem etiam in hoc caſu haberi recurſus ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, ut conſtat ex laudata Conſt. ejuſdem Pontificis §. *Actum deinde* fine.

Qu. II. Utrum Moniales teneantur petere, deputari ſibi Confeſſarium extraordinarium? 8

℟. Negative: Privilegium enim eſt, quo non tenentur uti; nihilominus ſi daretur caſus, quo Superiores, quibus ſpectat, Confeſſorem extraordinarium offerre, negligerent, omnino expediret, ut Abatiſſa peteret hujuſmodi Confeſſarium ſuo Monaſterio deputari: ut ſic conſulatur conſcientiæ aliquarum, quæ extraordinario indigeant, ſed ut aſſignetur, non urgeant ex reſpectu humano, puta ne videantur ſingulares, vel fiant ſuſpectę. Vide dicenda qu. 28.

Qu. III. An Præfati, quibus ſpectat, Confeſſorem extraordinarium Monialibus offerre, ad id teneantur, etiamſi ab illis non requirantur? 9

℞. Affirmative. Ita Pelliz. *n.* 247. Diana *in edit. coordinata tom.* 7. *tr.* 1. *R.* 348. §. 1. & Fulgentius Caſtiglione *l. cit. c.* 7. *n.* 1. Id colligunt ex eo, quia in Tridentini Decreto de hac re dicitur *offeratur*. Quod quidem verbum ſignificat, deputandum extraordinarium Confeſſarium, etiamſi a Monialibus non petatur. Sed clarius etiam habetur ex laudata Conſtitutione *Paſtoralis curæ*, Benedicti XIV. ubi Summus Pontifex ſic loquitur: *ſi Epiſcopus aliquis (quod Deus avertat:) adeo hac in re negligens eſſet, ut Monialibus ſuis bis, terve in anno extraordinarii Confeſſarii copiam facere prætermitteret, obtendens ut moris eſt, nullam hac de re Monialibus ipſis ſolicitudinem, aut curam eſſe; tunc volumus &c.* Quibus verbis Pontifex manifeſte ſignificat Monialibus deſignandum eſſe extraordinarium Confeſſarium, licet ipſæ non petant, imo etiamſi nulla videatur ipſis de hac re ſolicitudo, aut cura eſſe. Videatur etiam declaratio quædam S.C.C. inferius alleganda q. 5.

10 Qu. IV. Utrum Prælati Monialibus ſibi ſubjectis Confeſſarium extraordinarium bis, vel ter in anno offerre teneantur ſub gravi?

℞. Affirmative. Ita Pelliz. *cit. num.* 247. Salmant. *in Append. tr.* 6. *de Bull. Cruc. c.* 6. *pu.* 2. §. 2. *n.* 114. Fulgentius Caſtiglione *cit. c.* 7. *n.* 1. Id arguunt ex gravitate materiæ. Id etiam ſignificat laudatus Pontifex Benedictus XIV. in allegata ipſius Conſtitutione per illa verba: *Sacroſancti Conc. Trid. Patres hanc legem diſtricte ſanxerunt ſeſſ. 25. c. 10. de Regul. ut Epiſcopi, aliique Monaſteriorum Prælati, ſubjectis ſibi Monialibus Confeſſarium extraordinarium duabus, aut tribus vicibus in ſingulos annos exhibere debeant.* Ita Summus Pontifex, ubi nota illud verbum *diſtricte*, quod quidem indicat obligationem ſtrictam ſeu gravem. Id rurſus ſignificat idem Pontifex per hæc alia verba: *ſi Epiſcopus aliquis (quod Deus avertat:) adeo hac in re negligens eſſet &c.* quo modo loquendi ſignificat, eſſe obligationem gravem deſignandi, & offerendi Monialibus Confeſſarium extraordinarium.

11 Qu. V. An Confeſſor extraordinarius poſſit a prædictis Prælatis denegari Monialibus propter earum aliquod delictum?

℞. Negat Pelliz. *tr. de Monial. c.* 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 4. *nu.* 255. Caſtigl. *n.* 2. eo quod inferior non poteſt Superioris legem impedire. Favet quædam declaratio Sacræ Congreg. Concilii loquentis abſolute in ſequenti Decreto. Requiſita enim: *An Epiſcopus poſſit denegare Monialibus Confeſſarium extraordinarium bis, aut ter in anno?* Huic conſultationi S. C. C. reſpondit abſolute: *non poſſe, imo teneri offerre.* 20. Septembr. 1642. apud Bened. XIV. *to.* 2. *Notif.* 66.

12 Qu. VI. Si daretur aliquod Monaſterium, in quo Moniales præter Confeſſarium ordinarium deputatum pro communitate, poſſent confiteri cuilibet approbato ab Epiſcopo: utrum eſſet obligatio offerendi hujuſmodi Monialibus Confeſſarium extraordinarium?

℞. Negat Mendo *in Epitome opinionum Moral. V. Moniales*. nu. 11. fine: quia, inquit, in hoc caſu ceſſat finis Tridentini; quem finem nos ex Bened. XIV. explicavimus ſupra n. 1.

13 Qu. VII. An ſit obligatio offerendi Confeſſorem extraordinarium illis Monialibus, quæ licet Clauſuræ legi-

Digitized by Google

gibus minime adſtrictæ ſint, in communitate tamen vivunt, & quemadmodum Moniales clauſtrales unicum Confeſſorem ordinarium deputatum habent? Idem quæritur de aliis quibuſcumque Mulierum, aut Puellarum Cœtibus, ſeu Conſervatoriis, unicum ordinarium Confeſſorem a Superioribus ſuis deſignatum habentibus?

℟. Ex rigore juris Tridentini non eſt obligatio: nam Tridentinum in ſuo Decreto de hac re, loquitur de ſolis Monialibus clauſtralibus; nihilominus, ut rite docent Salmantic. *in append. Tract. 6. de Bull. Cruc. c. 6. pu. 2. §. 2. nu. 127.* omnino debet etiam prædictis deſignari, quia omnino militat ratio eadem: uti ſignificat idem Summus Pontifex Benedictus XIV. in ſua toties laudata Conſtitutione, in qua etiam valde commendat, & inculcat, ut prædictis quoque Mulieribus Confeſſor extraordinarius deſignetur. Profecto laudatus Pontifex poſtquam commendavit Tridentini Concilii Decretum de Confeſſore extraordinario Monialibus Clauſtralibus offerendo, laudavitque quamdam agendi rationem in illius uſu a ſuo Prædeceſſore præſcriptam, & a Monialibus receptam, quamque nos explicabimus q. 28. n. 41. poſtea ſubdit Pontifex, ut ſequitur: *Nec aliud Nobis hac in re addendum ſupereſt, niſi, ut Vener. Fratres Noſtros Eccleſiarum Antiſtites enixe hortemur, ut quamvis Tridentina Synodus de ſolis Clauſtralibus Monialibus in præmiſſo Decreto loquatur, nihilominus eamdem diſciplinæ formam obſervent, tam cum aliis Monialibus, quæ licet Clauſuræ legibus minime adſtrictæ ſint, in communitate tamen vivunt, quam cum aliarum quarumcunque Mulierum, aut Puellarum cœtibus, ſeu Conſervatoriis, quoties tam illæ, quam iſtæ unicum Ordinarium Pœnitentiæ Miniſtrum a Superioribus deſignatum habeant. Quæcunque enim circa Moniales in rigoroſa Clauſura viventes cavenda ſunt, eadem in aliis quibuſcumque Mulieribus, ſive Regularibus, ſive Sæcularibus in Communitate, aut Collegio degentibus, locum habere poſſunt; ideoque pari providentia, iiſdem remediis arceri, aut emendari debent.* Hæc Summus Pontifex.

Qu. VIII. Utrum eo anno, quo ratione Jubilæi offertur Monialibus Confeſſor extraordinarius, illa vices poſſit computari pro una ex duabus, vel tribus illis vicibus, quibus ex Tridentino eſt obligatio offerendi Monialibus Clauſtralibus Confeſſorem extraordinarium; ita ut eo anno præter tempus Jubilæi concedatur altera tantum vice? 14

℟. Negat Pelliz. *cit. ſubſ. 2. qu. 2. n. 252.* & Fulgentius Caſtiglione *l. cit. n. 1.* fine: quia aliud alteri privilegio præjudicium inferre non debet.

Qu. IX. Cum, ſecundum dicta q. 1. nu. 3. Prælati non teneantur offerre Monialibus illum determinatum Confeſſorem extraordinarium, quem ipſæ requirant, & petant: utrum poſſint illas urgere, ad acceptandum eum, quem unanimiter forte recuſent? 15

℟. Si nulla aſſignata ratione legitima, ac juſta recuſent: poſſunt illas urgere ad acceptandum hunc, quem ipſi offerunt, in quantum non tenentur, alium offerre. Probatur: quia ſecus electio Confeſſoris extraordinarii pure materialiter diceretur pertinere ad Prælatos Monialium; ſed vere, & per ſe pertineret ad ipſas Moniales: his enim recu-

ſantibus acceptare ſingulos, quos Prælatus offerret, conſequenter cogeretur tandem, offerre illum Confeſſorem extraordinarium, quem ipſæ Moniales poſtularent ſibi dari. Cæterum cogere Moniales ad acceptandum talem Confeſſorem extraordinarium, quem recuſent, nullo modo expedire, oſtendimus citato n. 3.

16 Qu. X. Utrum poſſint Moniales urgeri ad acceptandum Confeſſorem extraordinarium, ſi expreſſe unanimiter forte recuſent, aſſerentes ſibi ſufficere unum Ordinarium Monaſterii Confeſſorem?

℞. Negative: quia eſt privilegium, & favor, quo non tenentur uti; ita Pelliz. *cit. ſubſ.* 2. *qu.* 14. *nu.* 270. & Fulgentius Caſtigl. *n.* 8. Expedire tamen, illas monere, ut acceptent, colliges ex dictis q. 2. Quod ſi Prælato conſtaret, aliquas ſaltem Moniales velle extraordinarium: deberet in dicto caſu eum omnino deputare: ut recte monet Pelliz. l. cit. Immo ego dico, quod debeant, etiamſi unica ſit Monialis in dicto caſu, quæ extraordinarium non recuſet.

17 Qu. XI. Utrum Prælati, occurrente caſu deputationis Confeſſarii extraordinarii, teneantur deputare plures, quam unum?

℞. Negative: ſed unicum deſignare tenentur pro tota Communitate Monialium. Id patet ex textu Tridentini in Decreto de hac re initio capitis hujus allegato. Producitur etiam ad hanc rem Decretum quoddam S. C. Concilii 15. Februar. 1593. ex Aſcan. Tambur. apud Fulgentium Caſtiglione n. 7.

18 Qu. XII. Utrum Prælati Confeſſarium extraordinarium deſignantes ex vi juris Concilii Tridentini, debeant deſignare pro *omnibus* Monialibus; ita ut *omnibus* Monialibus talis Monaſterii liceat, ad illum accedere, eique ſacramentaliter confiteri?

℞. Affirmative. Conſtat ex Tridentino Textu allegato initio hujus capitis, & rurſus ex declaratione S. C. C. edita 1585. cujus meminit Benedictus XIV. in ſua Conſtit. *Paſtoralis curæ*. Ubi hæc habet: *Quum autem Tridentina Synodus de univerſa quidem Monialium Communitate, ut ſupra decreverit, ſed nihil de ſingulis Monialibus ſtatuerit, ut patet legenti textum citati Capitis X. utque etiam jam uſque ab anno MDLXXXV. judicatum fuit ab ipſa Congregatione Cardinalium Concilii interpretum per ſubſequens reſcriptum, quod extat Decret. lib.* 4 *pag.* 90. Sacra &c. cenſuit extraordinarium Confeſſorem offerendum non alicui Moniali ſingulariter, ſed omnibus Monialibus univerſe, ut omnium Confeſſiones audire debeat &c.

Qu. XIII. Utrum, ſi Monialium aliqua præter communem extraordinarium petat ſibi alterum aſſignari, teneantur Prelati concedere? 19

℞. Quod eo tempore, quo Confeſſor extraordinarius pro tota Communitate deputatus ad Monaſterium accedit, ſeu poteſt accedere, pro audiendis Monialium Confeſſionibus, non expediret concedere hujuſmodi Confeſſarium alterum extraordinarium particularem. Secus autem dicendum eſt extra tempus deputationis Confeſſarii extraordinarii pro tota Communitate. Si itaque, ubi jam univerſæ Communitati Confeſſarii extraordinarii copia facta eſt, nihilominus aliqua Monialis Confeſſarium peculiarem extra ordinem ſibi concedi petat pro aliqua vice, vel

ali-

Digitized by Google

aliquibus vicibus: concedi debet. Confer qu. ſeq. ſine dicenda ex S. Franciſco Saleſio: & quamvis hujuſmodi petitioni minime teneantur indulgere Prælati ex vi juris Tridentini: attamen teneri videntur ex vi Conſtitutionis Benedicti XIV. incipientis: *Paſtoralis Curæ*: in qua quidem Conſtitutione videtur laudatus Pontifex obligationem imponere concedendi, ſi nihil obſtat. Sed hujuſmodi obligationem certe habent ratione vitandi ſcandali, ſeu periculi vitæ ſpiritualis Subditorum ſuorum, ex ſententia D. Th. *in ſupplem. tertiæ par. qu.* 8. *art.* 4. *ad* 6. ubi ſic ait: *Peccaret autem Sacerdos, ſi non eſſet facilis, ad præbendum licentiam, alteri confiteri: quia multi ſunt adeo infirmi, quod potius ſine Confeſſione morerentur: unde illi, qui ſunt nimis ſoliciti, ut conſcientias per Confeſſionem Subditorum ſciant, multis damnationis laqueum injiciunt, & per conſequens ſibi ipſis*. Ita Angelicus Doctor, cujus hæc verba dicit Em. Rodriqu. 1. *par. ſum. c.* 183. *n.* 17. ſe velle, ut Prælati Eccleſiaſtici, & Regulares imprimerent in cordibus ſuis. Eademque verba Divi Thomæ laudat cum Lugo, La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 238 §. 5. *num.* 1666. Sed & Summus Pontifex Benedictus XIV. in cit. ſua Conſtitutione hanc ipſam D. Thomę ſententiam memorat, atque commendat poſt initium, ubi ſic: *Sane jamdudum S. Thomas Aquinas Scholarum Princeps, Eccleſiæque Doctor in ſupplemento tertiæ partis, quæſt.* 8. *art.* 4. *ad ſextum, ſive quartum Sententiarum, ex quo Commentario deſumptum eſt, hujuſmodi ſupplementum, hoc Superioribus monitum dedit, ut Subditis ſuis, quibus certum, & unicum Confeſſarium deſignare ſolent, haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata ſua alteri Sacerdoti; propterea quod multi infirmi, & imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent ſine Sacramenti expiatione ex hac vita migrare, quam ipſa peccata certo alicui Sacerdoti, a Superiore deſignato aperire*. Hæc laudatus Pontifex. Qui in eadem allegata Conſtitutione voluit, ſtatuitque, ut renuente Epiſcopo Moniali ſibi ſubjectæ Confeſſarium hujuſmodi extraordinorium particularem concedere, poſſit Cardinalis major Pœnitentiarius; & renuente Prælato Regulari Moniali ſibi ſubjectę hujuſmodi Confeſſarium concedere, poſſit Epiſcopus loci, aut ipſe Prælatus Pœnitentiarius: hic tamen poſſit ſolum deputare aliquem ex approbatis ab Epiſcopo loci ad audiendas Confeſſiones Monialium?

Multo minus negari debet particularis extraordinarius Confeſſor Moniali illi, quæ ex aliquo impedimento forte non potuit confiteri extraordinario pro Communitate deputato, & elapſo tempore deputationis illius, velit ſibi particularem extraordinarium aſſignari; habet enim jus, ut ſibi concedatur, etiam ex vi juris Tridentini, ex quo Monialium nulla privari privilegio poteſt, omnibus, & ſingulis earum conceſſo confitendi extraordinario Confeſſario bis, vel ter ſingulis annis; & ita tenent Pelliz. *c.* 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 16. *n.* 272. Salmantic. *in append. tr.* 6. *de Bul. Cruc. c.* 6. *pu.* 2. §. 2. *n.* 140. Fulgentius Caſtigl. nu. 9. ob dictam rationem; vide etiam dicenda qu. 34. interrog. 1. num. 52. Immo hujuſmodi Moniali impeditæ debet extraordinarius Confeſſor offerri, etiamſi non petat ſibi dari; quemadmodum de aliis Monialibus in communi dictum eſt quæſt. 3. quia eadem, 20

dem, & fortaſſe major militat ratio.

21 Qu. XIV. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit pro tota Communitate pluries, quam ter Monialibus deputari?

℟. Affirmative; ita Diana *edit. coord. tom. 8. tr. 1. R. 348. §. 1.* cum Franciſco Bordono, eamdem ſententiam ſuſtinet Felix Poteſtas *to. 1. par. 2. c. 5. num.* 1436. & poſt Pelliz. *de Monial. c. 10. n.* 250. Fulgentius Caſtigl. *num. 1. fine*, ac Salmantic. *in Append. to. 6. de Bul. Cruc. c. 6. pu. 2. §. 2. n.* 121. Ratio eſt, quia Tridentinum edidit Decretum hoc in favorem Monialium, & ejus mens fuit, removere ab illis per hujuſmodi Conſtitutionem pericula ſpiritualia, ut explicatum eſt num. 1. Quapropter ubi dicit: offerendum Monialibus Confeſſorem extraordinarium ſingulis annis bis, vel ter intelligendum eſt, voluiſſe *ad minus* bis, vel ter.

Confirmatur 1. auctoritate ſapientiſſimi S. Franciſci Saleſii; porro cum laudatus S. Epiſcopus non in eo ſenſu allegatum Concilii Tridentini Decretum acciperet, ut interdictum crederet, Confeſſarium extraordinarium pluribus etiam quàm tribus vicibus in anno deſignare Religioſæ cuique Communitati, conſueverat ſuis Monialibus Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis quater in anno, videlicet in ſingulis hebdomadis Quatuor temporum Confeſſarium extraordinarium deputare; ita legitur *op. de Spiritu. S. Franciſci Saleſii par. 17. c. 6.*

Confirmatur 2. auctoritate ipſius Summi Pontificis Benedicti XIV. in ſua toties laudata Conſt. in qua affirmativam hanc Doctorum, & laudati S. Franciſci ſententiam, praximque collaudat, & in exemplum proponit Superioribus Monialium, his verbis: . . . *Cum Beatus Epiſcopus* (Franciſcus Saleſius) *non ita intelligeret præmiſſum Conc. Trid. Decretum, ut vetitum exiſtimaret, Confeſſarium extraordinarium pluribus etiam, quàm tribus vicibus in anno Religioſæ communitati offerre: quæ quidem ſententia plures habet ſuffragatores, quos refert Diana* in edit. coord. tom. 7. tract. 1. reſp. 348. *non ſolum ſolebat ſuis Monialibus Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis quater in anno, videlicet in ſingulis hebdomadis quatuor Temporum Confeſſarium extraordinarium deputare; verum etiam earum reſpective Superioribus commendatum reliquit, ut ſingulis Monialibus, quæ non ex animi levitate, neque ex indiſcreta affectionis ſingularitate, Confeſſarium extraordinarium peculiariter peterent, haud ſe difficiles in eo concedendo præberent.* Quo ad hoc ultimum confer dicta quæſt. præcedenti num. 19.

Qu. XV. Quibus anni temporibus 22
Confeſſor debeat extraordinarius Monialibus offerri?

℟. Hoc pendere ex arbitrio, & voluntate Prælati, cum nulla ſit de hac re lex conſtituta. Cæterum proſpiciendum eſt neceſſitati, atque emolumento, & petitioni, ſeu juſtis deſideriis Monialium. Illis itaque anni temporibus extraordinarius Confeſſor eſt offerendus, in quibus ex circumſtantiis prudenter judicetur, aut etiam ex expoſitis ipſarum Monialium petitionibus intelligatur, ipſis commodum fore, atque pergratum. Vide Pelliz. *tr. de Monial. c. 10. ſect. 3. ſubſ. 2. qu. 5. num.* 256. *&* *qu. 9. num.* 260.

Qu. XVI. Utrum Prælatus Regu- 23

laris

laris Monialibus ſibi ſubjectis poſſit offerre pro Confeſſore extraordinario Sacerdotem Sæcularem, vel Regularem ex alio Ordine?

℞. Non ſolum poſſe, ſed & debere ſaltem ſemel in anno toti Communitati Monialium offerre hujuſcemodi extraordinarium: ſaltem ſemel, videlicet infra duas, vel tres vices, quibus eſt Confeſſor extraordinarius deputandus. Quod ſi negligat, debet Epiſcopus loci talem Confeſſarium Sæcularem, vel Regularem ex alio ordine deputare. Conſtant hæc ex expoſitis, & clariſſimis Summorum Pontificum Decretis: legatur Conſtitutio citata Benedicti XIV. a §. *Sane pro Monialibus Epiſcopo immediate &c.* incluſive uſque ad §. *quo circa dilecto* excluſive: debere autem hujuſmodi extraordinarium ſpecialiter approbari ab Epiſcopo loci, docebimus quæſt. 21.

24 Qu. XVII. Cum Epiſcopus, ad ſupplendum defectum Prælatorum Regularium caſu, quo deficiant in re præſenti: debeat ipſe offerre extraordinarium Monialibus, quæ illis ſubjiciantur, ſecundum dicta qu. 1. interrog. 2. nu. 7. utrum in illo caſu teneatur offerre Confeſſarium ex numero ipſorum Regularium, quibus ſubjiciuntur?

℞. Negative, ſed toties quoties ſupplet, poteſt eligere Regularem ex alio ordine, aut etiam Sacerdotem Sæcularem. Conſtat ex Conſtitutione Benedicti XIV. ubi ſic legitur; .... *Quum aliquando evenire poſſit, ut in caſu negligentiæ Superioris Regularis, ad Epiſcopum, ut ſupra dictum eſt, pertineat deputatio Confeſſarii extraordinarii, etiam pro Monialibus Regularium regimini ſubjectis, nulla ipſe lege tenetur ad hujuſmodi Confeſſarium eligendum ex eo ordine, cujus eſt Monaſterii Prælatus; ſed tali caſu liberum eſt illi, quemlibet idoneum Presbyterum Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem ad audiendas earum Monialium Confeſſiones deputare.* Et rurſus inferius hæc leguntur .... *Si vero ipſi* (Prælati Regulares) *forſan hujuſmodi Confeſſarii extraordinarii deputationes inter præſcripta tempora omiſerint, vel ſemper proprii Ordinis Regularem Sacerdotem ad hunc effectum deputaverint; ita, ut præfatæ Moniales ſemel ſaltem in anno Confeſſarium extraordinarium e Clero Sæculari, aut ex alio Ordine Regulari non habeant; ad Epiſcopos Diœceſanos, omni appellatione remota, devolvatur jus ſupplendi eorumdem Prælatorum defectum, (ſi nempe penſatis rerum circumſtantiis, ita expediens eſſe judicaverint:) per deputationem Confeſſarii extraordinarii, quem tam in uno, quam in altero caſu aut e Clero Sæculari, aut ex alio Regulari Ordine pro ipſorum arbitrio deligere poſſint, & valeant.* Ita Summus Pontifex.

Idem poteſt, & valet Cardinalis major Pœnitentiarius in caſu, quo ipſe ſuppleat defectum deputationis Confeſſarii extraordinarii; qui tamen debet hunc eligere ex eorum numero, qui ab Epiſcopo loci ſunt approbati ad Confeſſiones Monialium audiendas; ſecundum dicta qu. 1. interr. 1. n. 6.

Qu. XVIII. Utrum Epiſcopus Monialibus ſibi immediate ſubjectis poſſit offerre Confeſſarium extraordinarium Regularem? 25

℞. Pellizzarius *cit. ſubſ.* 2. *qu.* 11. *n.* 267. Fulgentius Caſtigl. *n.* 7. *fine*, & Nicolius in Floſculis V. *Monialis* n. 38. mentionem faciunt cujuſdam Decreti S. Cong. Epiſc. diſponentis

non

non offerri ex Regularibus, niſi in caſu neceſſitatis. Verum, ut notat idem Pelliz. & Fulg. id non eſt in uſu: cum contra videamus paſſim Epiſcopos Monialibus ſibi ſubjectis Regulares pro Confeſſariis extraordinariis offerre. Cujus conſuetudinis meminit etiam Benedictus XIV. in ſua cit. Conſtit. ubi hæc habet. *Sane pro Monialibus Epiſcopo immediate ſubjectis Regula eſt, ut ordinarius earum Confeſſor ſit Sacerdos Sæcularis; extraordinarium vero ex Ordinibus Regularibus ſæpiſſime aſſumi apud pleroſque Epiſcopos uſu receptum eſſe, conſtat; deficiente forſan per ſingulas Diœceſes Præsbiterorum ad id muneris idoneorum copia*: ita Summus Pontifex.

26 Qu. XIX. Utrum Confeſſor ordinarius, expleto triennio ad quod debuit deputari, offerri poſſit eidem Monaſterio pro extraordinario?

℞. Affirmat Felix Poteſtas *tom.* 1. *par.* 2. *c.* 5. *n.* 1432. Verum ego dico: Ordinarium Confeſſarium, expleto triennio, non poſſe relinqui in eodem Monaſterio, eique immediate offerri pro extraordinario; non enim eſſet, offerre Monialibus extraordinarium Confeſſorem, ſed ſolum prorogare tempus Ordinarii. Præterea hoc nullo modo convenire fini conceſſionis extraordinarii, facile intelligi poteſt, ſi conſideretur finis, ob quem ſtatuta fuit extraordinarii Confeſſarii deputatio.

27 Qu. XX. An requiratur certa ætas in Confeſſario Monialium extraordinario?

℞. Confeſſarii Monialium tam ordinarii, quam extraordinarii eſſe debent ætatis quadraginta annorum; & ſpecialiter pro Patribus Reformatis Ordinis Minorum de Obſervantia declaravit Sac. Congreg. Concilii ſub Alexandro VIII. 26. Novemb. 1689. ut in Archivio Provinciæ in Conv. Sanctæ Mariæ Angelorum Panormi: quemadmodum teſtatur Felix Poteſtas *l. cit. n.* 1431. Nihilominus Epiſcopi prædictam ætatem aliquando non requirunt in Confeſſario extraordinario, ſed magis attendunt ad morum qualitatem. Ad hanc autem rem Benedictus XIV. in cit. Conſt. hæc habet: *Jam vero poſtrema ſupereſt quæſtio, nimirum de qualitate Confeſſarii extraordinarii, qui pro univerſa Monialium Communitate, vel pro aliqua Moniali peculiariter deputari debeat. Porro nullo unquam tempore dubitatum fuit, an in hujuſmodi Sacerdote ætatis maturitas, morum integritas, prudentiæ lumen requiratur; quas quidem dotes in eo, qui ad hujuſmodi munus adhibetur, neceſſarias eſſe, omnes fatentur*. Ita laudatus Pontifex.

Qu. XXI. Utrum Confeſſor extraordinarius a Prælatis Regularibus offerendus Monialibus ſibi ſubjectis, debeat eſſe adhuc approbatus ab Epiſcopo loci?

℞. Affirmative: Ad audiendas itaque in Confeſſione ſive ordinarie, ſive extraordinarie Moniales, etiam exemptas a juriſdictione Epiſcopi, requiritur ſpecialis approbatio Epiſcopi loci, ex Conſtit. Gregorii XV. *Inſcrutabilis*, & Conſt. Clementis X. *Superna*: & ex Bulla Benedicti XIII. *Paſtoralis Officii*: in qua Pontifex ſic loquitur §. VI. *Ad hæc rurſus prohibemus, atque interdicimus, ne Regulares cujuſcunque Ordinis, aut Inſtituti excipere audeant Confeſſiones Monialium, etiam eorum regimini ſubjectarum, & ab Ordinarii juriſdictione quomodolibet exemptarum, niſi ultra licentiam ſuorum Superiorum Regularium, examinati fuerint, & pro ipſarum Monialium* 28

*con-*

Digitized by Google

*confeſſionibus audiendis ſpecialiter approbati ab Epiſcopo Diœceſano*. Habemus etiam ex reſponſis Sacr. Congregationis, approbationem Confeſſariorum pro Monialibus pertinere ad Epiſcopum; ita 30. Januar. 1743. in Uratislavienſi Abbatis Lubenſis; & in Pharanenſi 14. Novemb. 1733. teſte Zachar. *in not. ad n.* 1529. *libri 6. partis* 2. *qu.* 218. §. 2. *Theol. Moral. Patris La Croix*. Unde Benedictus XIV. in ſua Conſtit. *Paſtoralis Curæ*; aſſerit quod .... *minime dubitatur*, *quin idem* (Confeſſor extraordinarius,) *ab Ordinario loci ſpecialiter pro Monialibus approbatus eſſe debeat*, *quum hujuſmodi approbatio ex Apoſtolicarum Conſtitutionum lege omnino requiratur non ſolum in omnibus tam ordinariis*, *quam extraordinariis Confeſſariis*, *qui Monialibus etiam Regularibus ſubjectis*, *ab earum reſpective Superioribus deputantur*; *ſed etiam in iis*, *qui a Cardinali majori Pœnitentiario conceduntur*, *etiam Apoſtolica Sede vacante*, *quo nimirum tempore amplioribus is pollet facultatibus*, *ut videre eſt in Noſtra Conſtitutione ſuper illius facultatibus edita*, *quæ eſt* 95. *in Tom.* I. *Bullarii Noſtri ubi* §. 54. *eidem conceditur*, *ut*, *vacante Sede*, *Monialibus Confeſſarios extra ordinem valeat deputare*, *ſi eos aliqua rationabili cauſa petierint pro earum libitu*, *inter approbatos ab Ordinario*, *ad audiendas Monialium Confeſſiones eligendos*; Hæc laudatus Pontifex. Et quidem ita in Confeſſariis Monialium requiritur prædicta Epiſcopi Diœceſani ſpecialis approbatio, ut ſine illa abſolutio data ſit nulla, & ſuſpenſionis pœna ipſo facto incurratur etiam a Regularibus. Conſtat ex ſupra allegata Bulla Benedicti XIII. ubi in cit. §. VI. poſt recitata verba ſubdit Pontifex: *& ſi ſecus factum fuerit*, *tunc quoque Confeſſiones irritas*, *& Confeſſarios ipſo jure ſuſpenſos fore ibidem declaramus*. Item Regularis audiens Confeſſiones Monialium contra præceptum Epiſcopi, irregularitatem incurrit, ex declaratione S.C.C. 9. Febr. 1754. in Baſileenſi, ut refert Zachar. *animadv. in l.* 7. *theol. mor. P. La-Cr. qu.* 55. §. 4. *n* 441.

Excipit tamen idem Pontifex ab hujuſmodi lege; ſeu neceſſitate approbationis, Generales, & Provinciales reſpectu Monialium ſibi ſubjectarum: Hæc enim addit; *Ab hujuſmodi tamen lege*, *& ordinatione ad ſupplicationem dilecti filii noſtri Ludovici S.-R. E. Cardinalis* Belluga, *& Moncada nuncupati*, *eximimus Superiores Generales*, *ac etiam Provinciales cujuſvis Ordinis Regularis*, *quibus*, *ut Confeſſiones Monialium*, *ſibi tamen ſubjectarum dumtaxat*, *abſque iſtiuſmodi ſpeciali approbatione Epiſcopi Diœceſani audire licite*, *& valide poſſint*, *permittimus*, *& indulgemus*. An autem Moniales cum licentia degentes extra Monaſterium, & a Superioribus ſuis habentes poteſtatem confitendi cuicumque, poſſint confiteri non approbato ſpecialiter pro Monialibus? Ad affirmandum inclinat La-Croix, qui videri poteſt *l.* 6. *par.* 2. *qu.* 217. §. 4. *n.* 1527. 29

Interrogabis hic I. An dici poſſit *ſpecialiter* approbatus ad Moniales, qui approbatus fuerit generaliter ad omnes Chriſti fideles; vel cui Epiſcopus dixerit, ſe illum approbare ad audiendos viros, & Mulieres? 30

℟. Negative, ſed adhuc neceſſe eſt, ut expreſſa mentio fiat de Monialibus; Ita La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 218. §. 3. *num.* 1530. qui citat Platell. & Tambur. Nihilominus qui



Digitized by Google

pro Monialibus approbatur a Superioribus Ordinum habentibus ab Epiſcopo ſpecialem, & expreſſam poteſtatem approbandi etiam pro Monialibus, æquivalenter approbantur ſpecialiter ab Epiſcopo. La-Croix *loc. cit. n. ſeq.*

31 Inter. II. Utrum Prælati Regulares Confeſſarium approbatum ab Epiſcopo, ad audiendas Confeſſiones unius Monaſterii, poſſint deputare pro extraordinario alterius Monaſterii ſibi ſubjecti, abſque ulla nova ſpeciali approbatione Epiſcopi loci?

℞. Negative; quia approbati pro audiendis Confeſſionibus Monialium unius Monaſterii, minime poſſunt audire, ſine nova ſpeciali approbatione Epiſcopi, Confeſſiones Monialium alterius Monaſterii. Conſtat ex Conſtitutione Clementis X. *Superna*: & rurſus S. C.C. 8. Junii an. 1755. in *Ortolucenſi juriſdictionis*: declaravit: Confeſſarios Regulares pro audiendis Confeſſionibus unius Monaſterii Monialium exemptarum, vel pro una vice approbatos, cenſeri non debere approbatos ſemper, & pro omnibus Monaſterii Monialium ut refert Zachar. *in ſuis animadverſ. in theol. mor. P. La-Cr. l. 6. par. 2. qu.* 218. *§. 6. n.* 1533. Videri etiam poteſt Diana *edit. coord. tom. 7. tract.* 1. *R.* 343. §. 2.

Excipe Cardinalem majorem Pœnitentiarium, qui, quando ipſe deſignat Monialibus Confeſſorem extraordinarium ob negligentiam Epiſcopi, aut Prælati Regularis, poteſt eligere Confeſſorem approbatum ab Epiſcopo pro uno Monaſterio, & deputare illum alteri Monaſterio. Vide dicta qu. 1. interr. 1. n. 6. & qu. 13. n. 19. fine.

32 Interrog. III. Utrum Confeſſarii extraordinarii ſemel deputati, atque approbati ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas, poſſint expleta deputatione, in vim approbationis hujuſmodi, illarum Confeſſiones audire; atque adeo eligi iterum pro extraordinariis ejuſdem Monaſterii abſque nova Epiſcopi ſpeciali approbatione?

℞. Negative, ſed toties ab Epiſcopo debent approbari ſpecialiter, quoties caſus deputationis contigerit. Conſtat ex conſt. cit. Clem. X.

Interr. IV. Utrum ſaltem approbatus pro una Moniali poſſit audire alteram Monialem in eodem Monaſterio? 33

℞. Negative, ſed illam determinate, & tantummodo reſpectu cujus fuit approbatus. Felix l. c.

Qu. XXII. Per quodnam temporis ſpatium extraordinarius Confeſſor Communitati Monialium bis, vel ter ſingulis annis offerendus, qualibet vice debeat deſignari? 34

℞. Nulla id eſt certa lege ſtatutum, & merito; proſpici enim debet numero, neceſſitati, & utilitati ipſarum Monialium, quibus offertur, ut bene obſervat Fulgentius Caſtigl. *nu.* 4. teſtatur quidem Felix n. 1435. qualibet vice aſſignari ſolere per integrum menſem. Pellizzario autem *tr. de Monial. c.* 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 9. *num.* 261. magis probatur, ſi nulla fiat temporis determinatio: idque ait, omnino conſulendum eſſe Prælatis Monialium; cum ſic Confeſſarius minori ſolicitudine ſuum munus obeat, & majori cum utilitate ſpirituali ipſarum Monialium: ad quam ſolam ordinatur deputatio Confeſſariorum extraordinariorum, & quam Prælati earum tenentur procurare omni ſtudio, & diligentia. Ita

Digitized by Google

Ita ille idem dicunt Salmantic. *in Append. n. 6. de Bull. Cruc. c. 6. pu. 2. §. 2. n.* 135. Verum melius Fulgentius Caſtigl. *cit. n.* 4. dicit; in hoc conſulendam eſſe conſuetudinem, hæc enim optime poteſt declarare, quod convenit. Hoc autem certum videtur, præcepto Tridentini minime ſatisfieri, ſi Communitati Monialium deſignetur Confeſſarius extraordinarius ad tempus reſpective tam breve, ut in morali, & prudenti eſtimatione non poſſint ſingulæ, quemadmodum expedit, commode confiteri. Puta, ſi toti Monaſterio Monialium numero quadraginta Confeſſor extraordinarius deputetur ad diem unicum.

35 Qu. XXIII. Facultas audiendi in Confeſſione Moniales ad dies E. G. decem, utrum intelligenda ſit de diebus decem continuis, vel interruptis?

℞. Intelligendam de diebus decem continuis: niſi aliter conſtet de mente concedentis. Vide Pelliz. *loc. cit. num.* 262.

36 Qu. XXIV. Utrum extraordinarius deputatus pro uno menſe ſemel in qualibet hebdomada, ſi in aliqua ad Moniales audiendas non acceſſerit, poſſit bis accedere in alia?

℞. Affirmat Felix *n.* 1458. dummodo ſit intra eumdem menſem deputationis, non eo elapſo, etiamſi ſequenti, ait, menſe de novo pariter deputetur. Arguit ex verbis Bullæ Clementis X. *Superna* in qua §. 3. diſponitur: *Itidemque Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas, haud poſſe expleta deputatione, in vim approbationis hujuſmodi, illarum Confeſſiones audire*. Ex quibus verbis ſequitur, inquit, intra menſem illum poſſe; quia pro eo non eſt expleta deputatio, ſed durat; pro alio autem menſe etiam immediato, deputatio menſis prioris eſt expleta: & deputatio, quæ ſequi ſupponitur, eſt nova; unde non poteſt prioris menſis approbatio, & licentia ad ſequentem menſem extendi: ita Felix. Sed etiam pro eodem menſe deputationis, prudentia dictat, ut in dicto caſu Superiores interrogentur de ſua ipſorum mente.

Qu. XXV. Extraordinarius approbatus, ut accedat ad audiendas Moniales ſemel in hebdomada, an poſſit bis eadem die puta mane, & poſt meridiem? 37

℞. Negat Felix *n.* 1459. Sed licet hoc verum eſſe poſſit de extraordinario particulari, deputato ad audiendam unam, vel alteram Monialem: nimis autem rigidum videtur de extraordinario, deputato ad audiendam integram Communitatem totius Monaſterii. Videtur itaque, Superior, deputando Communitati Monialium extraordinarium ſemel in hebdomada, intendere, illum deputare pro una die in hebdomada, ſive ſemel accedat, ſive etiam pluries in eadem die ad Monialium confeſſiones excipiendas, prout ipſis commodum fuerit, & earumdem ſpiritualis utilitas poſtulaverit. Cæterum etiam in hoc caſu expedit, conſulere mentem Superiorum; vel reſpicere praxim, conſuetudinemque locorum. Concedit tamen ipſe Felix nu. 1466. etiam in ſua ipſius ſententia prædicta, & ut certum admitti vult, quod recenſitus Confeſſarius, ſi dum Confeſſiones excipit, ex aliquo accidenti ad breve tempus reverſurus exeat, & redeat ad alias confeſſiones excipiendas, quas excepturus erat;



Digitized by Google

licite, & valide abſque nova licentia redeat, & excipiat: quia id totum moraliter cenſetur unicus acceſſus, & unicum munus, atque complementum exercitii licentiæ.

38 Qu. XXVI. Utrum tempus deputationis ad Moniales audiendas pro extraordinario, computandum ſit phyſice; ita ut, ſi deputatio conceſſa fuerit ad dies viginti, his expletis, ne per unum quidem diem amplius poſſint Moniales audiri. Vel accipiendum ſit moraliter; ita ut, diebus expletis deputationi præfixis, poſſit ſuperaddi unus, vel alter dies?

℞. Pelliz. *l. cit. n.* 262 qui quorumdam etiam auctoritatem allegat, & conſentit Fulgentius Caſtigl. n. 5. putat, diebus præfixis poſſe adhuc duos dies ſuperaddi, quia juxta regulam juris communiter receptam *dies termini non computantur in termino*. & n. ſequenti 263. idem Pelliz. cui etiam in hoc adhæret Caſtigl. exiſtimat, non eſſe improbabile, Confeſſarium extraordinarium poſſe abſque nova licentia etiam poſt elapſos illos duos dies prædictos adhuc accedere ad Moniales, ſi ultima die reperiat aliquam Monialem indigentem abſolutione alicujus reſervati, ad quod non extendatur ejus facultas; aut obligatam inſtituere Confeſſionem aliquam longiorem, quæ non poſſit expediri tempore adeo brevi.

Sed dicendum videtur; prædictum tempus omnino computandum eſſe phyſice, & non moraliter: Quia Clemens X. in cit. Conſt. *Superna* abſolute, & ſimpliciter præſcribit, ac ſtatuit: *Confeſſarios extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas, haud poſſe expleta deputatione, in vim approbationis hujuſmodi illarum Confeſſiones audire.* Rurſus Benedictus XIV. in laudata Conſt. *Paſtoralis Curæ* hæc habet: *Ac demum quibuſcumque Confeſſariis extraordinariis, qui vel alicui Communitati generaliter, vel peculiariter alicui perſonæ in Monaſterio degenti, conceſſi, ac deputati fuerint, diſtricte inhibemus, ſub pœnis adverſus accedentes ad Monaſteria Monialium, & cum ipſis converſantes, præſertim Regulares, a Prædeceſſoribus Noſtris quandocumque ſtatutis, (quas etiam præſentium vigore confirmamus, & innovamus:) ne, poſtquam ſuum officium impleverint, ad idem Monaſterium ulterius accedere, aut alius generis commercium intra ipſum quomodocumque continuare, & fovere, etiam ſub ſpiritualis cauſæ, aut neceſſitatis obtentu, & colore audeant, aut præſumant.* Ita Summus Pontifex. Si autem expleto termino deputationis, maneat pendens aliquod negotium ad Confeſſionem pertinens, ſinat Extraordinarius, ut ipſæmet Moniales, quæ ejus adhuc indigent opera, petant prorogari tempus deputationis Confeſſarii extraordinarii; cui petitioni debet Prælatus, ſi nihil revera obſtet, annuere, facultatemque concedere, ampliando adhuc per aliquot dies paucos tempus deputationis Confeſſarii extraordinarii.

Dixi, *ſinat extraordinarius, ut ipſæmet Moniales &c.* ne per ſeipſum exponendo neceſſitatem Monialium, videatur aliquo modo confeſſionis violare ſigillum.

Qu. XXVII. An Confeſſarius ex- 39
traordinarius poſſit, informationes aliquas accipere ab Abbatiſſa Monaſterii: illam alloqui: eamque conſulere: ut melius proſpicere poſſit bono ſpirituali Monialium, quas eſt auditurus?

℞. Aſ-

Digitized by Google

℞. Affirmative. Videatur de hac re Pelliz. *tr. de Monial. c. 10. ſect. 3. ſubſ. 2. qu. 24. n. 284.* & Salmant. *in Append. tr. 6. de Bul. Cruc. c. 6. pu. 2. §. 2. nu. 170.* Si tamen cum eadem Abbatiſſa, ſeu aliis Monaſterii Superioribus adhuc conferat poſtquam cœperit Monialium confeſſiones audire; caveat, ne cum illis temere loquatur de auditis in Confeſſione.

41 Qu. XXVIII. Utrum Moniales teneantur confiteri omnes, & ſingulæ Confeſſario extraordinario pro Communitate deputato?

℞. Negative. Ita Pelliz. *cit. ſubſ. 2. qu. 15. n. 271.* Fulgentius Caſtigl. *n.* 8. & conſtat ex declaratione Sac. Congr. Concil. an. 1585. cujus meminit Benedictus XIV. in cit. Conſt. ſicque ſe habet: *Sacra &c. cenſuit: extraordinarium Confeſſorem offerendum non alicui Moniali ſingulariter, ſed omnibus Monialibus univerſe; ut omnium Confeſſiones audire debeat; in arbitrio tamen cujuſque Monialis eſſe, ut Confeſſario extraordinario velit confiteri.* Idem declaravit ipſe laudatus Pontifex Benedictus in eadem Conſt. ut mox videbimus. Ratio autem eſt, quia eſt favor, & privilegium, quo non tenentur uti.

Eſt autem animadvertendum: quod etſi in arbitrio cujuſque Monialis ſit, ut Confeſſario extraordinario pro Communitate deputato confiteatur; non eſt tamen in illius arbitrio, ut Confeſſario extraordinario ſe præſentet: ſed omnes omnino, & ſingulæ in Monaſterio exiſtentes debent prædicto Confeſſario extraordinario ſaltem ſemel ſe præſentare in Confeſſionario, ſeu in loco Confeſſionis: etiamſi non ad finem confitendi. Conſtat ex Conſtitutione Benedicti XIV. in qua etiam juſtiſſima, ac prudentiſſima diſpoſitionis hujuſmodi ratio demonſtratur, & prior aſſertio confirmatur. Sic itaque habet: *Neque tamen omnibus, & ſingulis Monialibus præcipitur, ut peccata ſua extraordinario Sacerdoti confiteantur. Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in Monaſterio, tam ſcilicet a Superioriſſa, cæteriſque Monialibus Profeſſis, atque Novitiis, quam a Sæcularibus, quæ vel educationis cauſa, vel alio titulo in eodem Monaſterio cum debitis facultatibus commorantur, niſi ut extraordinario Confeſſario ſingulæ ſe ſiſtant, ſive ſacramentalem Confeſſionem apud ipſum, ſi placuerit, peragendam, ſive ad ſalutaria monita, etiam extra ſacramentalem Confeſſionem ab ipſo accipienda. Atque ita prudentiſſime conſultum eſt: ne ſi Moniales aliquæ extraordinarium Confeſſarium adirent, aliæ autem coram ipſo non comparerent, ſuſpiciones, atque oblocutiones excitarentur, & illæ quidem cenſerentur neceſſarias habuiſſe cauſas, ob quas ad extraordinarii opem confugere coactæ eſſent; aliæ vero ab hujuſmodi neceſſitatibus, & cauſis immunes judicarentur. Quam agendi rationem communi D.D. calculo comprobatam ſan. mem. Prædeceſſor Noſter Clemens Papa XI. Edicto ſuo (quod eſt XV. in ſecunda parte ipſius Bullarii) inviolabiliter ſervari mandavit, eamdem omnium Diœceſum conſuetudo recepit.* Hæc Summus Pontifex.

Qu. XXIX. Utrum Confeſſor Ordinarius Monaſterii poſſit audire ſuarum Monialium Confeſſiones eo ſimul tempore, quo Confeſſor extraordinarius deputatus eſt, ad audiendas earumdem Confeſſiones? 42

℞. Cavetur id ex Edicto Clementis XI. quod eſt XV. in ſecunda parte

te ipſius Bullarii, & ex Synodalibus Conſtitutionibus plurium Epiſcoporum; cujuſmodi ſtatutum approbavit, confirmavitque Benedictus XIV. in ſua cit. Conſtit. ubi ſic. *Quoniam vero tam in ſuperius allegato Clementis XI. Edicto, quam in Synodalibus plurium Epiſcoporum Conſtitutionibus ſtatutum eſſe conſpicimus, ut quo tempore extraordinarius Confeſſor alicui Communitati deputatus miniſterio ſuo fungitur, ordinarius Confeſſor nullum ipſi impedimentum afferre audeat, multoque minus præſumat per id temporis alicujus Monialis, ſive Superiориſſæ, ſive Converſæ, neque demum alterius cujuſcumque perſonæ intra ſepta Monaſterii, aut piæ Domus commorantis ſacramentalem Confeſſionem audire; Nos id quoque approbatione Noſtra roborantes, & confirmantes, ſtatuimus, & mandamus, ut Epiſcopi quidem, ſi de Monaſteriis, aut Domibus eorum regimini ſubjectis agatur; Regulares autem Superiores, quod ad illas Communitates attinet, quibus ipſi præſunt, pro hujuſmodi legis implemento advigilent, & contravenientes meritis pœnis coerceant, & afficiant.* Hæc Summus Pontifex. Quæ diſpoſitio quam prudens ſit, quamque conveniens fini deputationis Confeſſarii extraordinarii, nemo eſt, qui non videat. Imo ut qu. 13. n. 19. diximus: nec expediret, concedere alterum particularem extraordinarium eodem tempore, quo durat deputatio extraordinarii communis pro toto Monaſterio.

43 Inter. Utrum Confeſſario ordinario, ullius Monialis ſui Monaſterii Confeſſionem audire tempore, quo conceditur extraordinarius, ita interdicatur, ut ſi tamen audire præſumat, abſolutio ſit nulla?

℞. Salmatic. in Append. tr. 6. de Bull. Cruc. c. 6. pu. 2. §. 2. num. 143. docent, & probant, abſolutionem fore validam, etſi graviter peccaret ob prædictam prohibitionem gravem propter materiæ gravitatem.

Qu. XXX. An Confeſſor extraordinarius deputatus ad audiendas Confeſſionem totius Monaſterii, teneatur omnes Moniales audire, quæ velint, ſibi confiteri? 44

℞. Affirmat Pelliz. c. 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 15. *n.* 271. *fine*. Eruit ex Tridentino in Decreto de Extraordinario Monialibus offerendo, ubi dicitur: *qui omnium Confeſſiones audire debeat*. Verbum autem *debet* ex natura ſua importat vim præcepti, ut notavit Baldellus ex Clavi regia; & Confeſſarius ad id ſeſe obligaſſe videtur, cum munus acceptavit. Pellizario adhærent Salmant. *in Append. tr.* 6. *de Bull. Cruc. c.* 6. *pu.* 2. §. 2. *n.* 131. Durum vero videtur hoc Fulgentio Caſtiglionio n. 8. qui dicit: verbum *debeat* in prædicto Decreto bene poſſe ſignificare finem intentum, & quamdam convenientiam, & promptitudinem Confeſſarii extraordinarii ad Moniales omnes audiendas.

Sed nos ſentimus cum Pellizario; licet enim concedamus; verbum *debet* importare etiam poſſe debitum ſimpliciter majoris congruentiæ, decentiæ, & honeſtatis, ut ex Paſqu. notat La-Croix *lib.* 6. *par.* 2. *qu.* 33. §. 11. *n.* 254. & rurſus ex Boſco *eadem cit. par.* 2. *qu.* 85. § 12. *n.* 509. nihilominus hic procul dubio importat debitum ſtrictum, & grave. Enim vero extraordinarius hujuſmodi videtur tempore ſuæ deputationis eſſe tamquam Parochus quo ad Sacramentum pœnitentiæ, & tamquam proprius Paſtor, quo ad idem Sacramen-

Digitized by Google

mentum Monialibus omnibus talis Monaſterii miniſtrandum : & acceptando munus extraordinarii deputati ad audiendas *omnes*; ad id ſe omnino obligaſſe, videtur : ſecus rejectus fuiſſet a Prælato, qui illum elegit; hic enim, ſi cognoviſſet, Confeſſarium Monialibus a ſe offerendum, nolle *omnes* audire ; non potuiſſet illum eligere , & offerre pro extraordinario Communitatis : cum ex Tridentino offerre debeat ſub gravi, quemadmodum vidimus nu. 10. Confeſſorem extraordinarium Monialibus *omnibus* talis Monaſterii : uti docuimus n. 18. Ergo eligere debet eum, qui paratus ſit, omnino velit, ſeſeque obliget , *omnes* audire quæcumque ſibi voluerint confiteri.

Deinde Benedictus XIV. in ſua Conſtitutione laudata ſignificat , ex Tridentino impoſitum eſſe præceptum etiam Confeſſario extraordinario prædicto audiendi Confeſſiones *omnium* Monialium ſibi confiteri volentium, ſic enim habet: *Superioribus enim tantummodo injungitur, ut duabus , tribuſve vicibus infra annum Confeſſarium extraordinarium Monialibus exhibeant:* bis aut ter in anno offeratur. *Hujuſmodi autem Confeſſarius* jubetur *earum* omnium *Confeſſiones excipere , quoquot eidem confiteri velint : qui omnium Confeſſiones audire debeat .* Pontifex ergo prædicta ultima verba, quæ ſunt ex Tridentino, ita interpretatur , ut ea Confeſſario extraordinario dirigantur , eique Sancta Synodus *jubeat omnium* Monialium Confeſſiones excipere , quotquot eidem voluerint confiteri. Jamvero ſi juſſio Tridentini facta Superiori cujuslibet Monaſterii Monialium deſignandi extraordinarium Confeſſarium pro tota Communitate Monialium omnium eſt gravis: gravis eſt ſimiliter reputanda ſimilis juſſio facta extraordinario , audiendi Confeſſiones *omnium* Monialium ſibi confiteri volentium , non ſatis enim conſultum fuiſſet neceſſitati ſpirituali Monialium *omnium* per ſolam obligationem gravem injunctam earumdem Superiori , deſignandi illis *omnibus* Confeſſarium extraordinarium, niſi ſimul eadem obligatio gravis fuiſſet impoſita ipſi Confeſſario extraordinario , excipiendi Confeſſiones *omnium* Monialium , quotquot ſibi confiteri voluiſſent, talis Monaſterii.

Confirmatur ex eo , quia teſte La-Croix *lib. 6. par. 2. qu. 210. §. 9. n. 1472.* multi cum Sanchez Pourrè, Gob. docent: Confeſſarium approbatum tempore Jubilæi , ſi ab aliquo requiratur; teneri illum audire ſub mortali: quia Pœnitens habet a Papa jus eligendi : & talis approbatus eſt delegatus Judex a ſupremo Paſtore. Ergo debite requiſitus tenetur officio fungi. Ergo a fortiori in caſu propoſitæ quæſtionis.

Qu. XXXI. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit abſolvere Moniales a caſibus , & cenſuris reſervatis ſuis Prælatis, quibus ſunt immediate ſubjectæ , abſque eorum facultate ſpeciali? Profecto Moniales Epiſcopo immediate ſubjectæ ſubjacent caſibus, & cenſuris, quas ipſe generaliter reſervat pro ſua Diœceſi : etiamſi de iis Monialibus non fiat expreſſa mentio in Edicto reſervationis. Ita Doctores , quos tacito nomine citat , & ſequitur Pellizarius *tract. de Monial. c. 10. ſect. 1. num. 50.* quibus adde Dian. *edit. coord. tom. 7. tract. 1. R. 317. §. 3.* Item poteſt Prælatus Regularis pro Monialibus ſibi ſubditis reſervare caſus, 45

&

& Cenſuras. Pelliz. *cit. ſect.* 1. *nu.* 46. quem ſequitur Diana *loc. cit.* §. 4.

℞. Non poſſe Confeſſarium extraordinarium abſolvere Moniales a caſibus, & Cenſuris reſervatis, ſine ſpeciali facultate illius Prælati, cui reſervantur.

46 Verum nota hic 1. fini conceſſionis Confeſſarii extraordinarii Monialium valde expedire, ut ei a Prælatis tribuatur ampla facultas etiam ad caſus, & cenſuras reſervatas. Videantur Pellizarius *cit. c.* 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 12. 13. *&* 23. Salmant. *ſuperius cit.* §. 2. *a num.* 137. Præterea moleſtum, & oneroſum eſſet Confeſſario extradrdinario, ſi tempore ſuæ deputationis deberet pro facultate abſolvendi a reſervatis recurſum habere ad Epiſcopum, aliumve Prælatum, cui reſervantur, & quod magis eſt, foret periculum frangendi Sigillum Confeſſionis: ut animadvertit laudatus Pelliz. confer dicta n. 38. fine.

Prædicta itaque facultas libentiſſime a Prælatis concedenda eſt extraordinario Monialium, antequam ſuum munus aggrediatur, præſertim ſi remotus ſit locus: unde non facilis eſſet recurſus ad eos, nec prompta conceſſio facultatis abſolvendi a reſervatis, ubi hæc peteretur per cognitam neceſſitatem certam.

47 Nota 2. quod, quando Monialibus deſignat Confeſſarium extraordinarium Cardinalis major Pœnitentiarius ad ſupplendum defectum alicujus Epiſcopi, vel alterius Prælati, cui ſubjiciantur, ſecundum dicta qu. 1. inter. 1. & 2. tunc poteſt a prædicto Cardinali concedi Extraordinario facultas abſolvendi illas Moniales a reſervatis ſuis Prælatis: ut ſignificatur in cit. Conſtit. Benedicti XIV. in qua dicitur Cardinalis major Pœnitentiarius in prædicto caſu poſſe, ac debere Monialibus *Extraordinarium Confeſſarium ex eorum tamen numero, qui ad excipiendas Monialium Confeſſiones ab ipſo Ordinario loci approbati fuerint, cum omnibus neceſſariis, & opportunis facultatibus concedere, & deputare.*

Nota 3. Reſervationem caſuum factam pro ſolis Monialibus non comprehendere puellas ſæculares in eodem Monaſterio detentas, quia non ſunt Moniales. Imo refert La-Croix *lib.* 4. *qu.* 13. §. 4. *num.* 64. multos apud Dicaſtillum *de Cenſuris d.* 3. *num.* 596. & cum Diana *p.* 3. *t.* 2. *R.* 2. *&* 110. & contra Caſtropal. putare peccata Novitiorum non eſſe reſervata, hoc eſt Novitios, ſeu Novitias non ſubjacere reſervationi factæ pro ſolis Monialibus: quia ante profeſſionem videntur eſſe inſtar ſæcularium. 48

Qu. XXXII. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit cum Moniali agere de rebus non pertinentibus ad Confeſſionem, etiamſi Monialis nolit confiteri. 49

℞. Affirmat Pelliz. *ſupracit. ſubſ.* 2. *qu.* 19. *num.* 275. conſentit Fulgentius Caſtigl. *num.* 11. ubi non adſit edictum in contrarium: atque teſtantur, ita conſueviſſe omnes Confeſſarios extraordinarios etiam timoratæ conſcientiæ, & raræ virtutis, quamvis ſint ſolum deſignati ad audiendam Confeſſionem Monialis illius. Profecto ſi ſermo ſit de ſalutaribus monitis etiam extra Confeſſionem in Confeſſionali: poſſe Extraordinarium de his cum Moniali agere: conſtat ex toties citata Conſtitutione Benedicti XIV. Vide dicta

quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 28. num. 41. & item videri poſſunt dicenda inferius qu. 36.

50 Qu. XXXIII. Utrum Confeſſor extraordinarius durante tempore ſuæ deputationis, & iis diebus, quibus illi conceſſum eſt, ad Monaſterium accedere ad audiendas Monialium Confeſſiones, poſſet accedere, etiamſi certo ſciret, nullam Monialium velle ſibi confiteri.

℞. Affirmat Pelliz. cit. qu. 19. *n.* 278. & Fulgent. Caſtigl. n. 13. dummodo ex ſe ſit paratus audire Confeſſiones.

51 Qu. XXXIV. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit, ad audiendam Confeſſionem Monialis infirmæ, ingredi clauſuram ſine ſpeciali facultate?

R. Negative. Pelliz. *cit. c.* 10. *ſect.* 3. *qu.* 1. *n.* 249. Felix Poteſtas *to.* 1. *par.* 2. *c.* 5. *num.* 1457. Fulgentius Caſtigl. n. 1.

52 Inter. I. An Confeſſario extraordinario debeat concedi facultas prædicta ad prædictam cauſam?

℞. Affirmative: Si impedimentum ſit perpetuum, aut longum; ut niſi concederetur extraordinario prædicta facultas, Monialis ægrota, aut ſimili alia ratione impedita privaretur privilegio accedendi bis, vel ter in anno ad extraordinarium Confeſſarium. Conſtat, quia ex Tridentino offerendus eſt Monialibus Confeſſor extraordinarius, *bis*, *aut ter in anno*, *qui* omnium *Confeſſiones audire debeat*. Vide dicta qu. 12. n. 18. Quod ſi ob aliquam, juſtam cauſam non concedatur extraordinario Confeſſori deſignato ad audiendas Confeſſiones Monialium pro tali tempore, facultas ingrediendi Monaſterium, ad Monialem hujuſmodi audiendam in Confeſſione; debet eidem Moniali deſignari alter peculiaris extraordinarius expleta deputatione illius, cui denegata eſt facultas ingrediendi clauſuram; expleta, inquam deputatione, ut omnis vitetur offenſio. Vide dicta qu. 13. n. 20.

53 Interr. II. Recepta facultate ingrediendi Clauſuram, ſi Confeſſarius habeat ſecum Socium, ut communiter habent Regulares: utrum poſſit ingredi cum Socio; etiamſi de Socio non ſit facta expreſſa mentio in facultate?

℞. Affirmat Felix *n.* 1464. Diana *edit. coord. tom.* 7. *tr.* 1. *R.* 349. §. 1. quia cum id valde deceat, prudentiſſime præſumitur facultas data etiam pro Socio. Quo ad Regulares utique ſic ſtatuit Alexander VII. Conſtitut. *Felici* edita an. 1664. per hæc verba: *Numquam ingrediantur*, *niſi cum Socio*, *qui ſit probatæ vitæ*, *& maturæ ætatis*, *ſemperque maneat in ea parte Monaſterii*, *qua Confeſſorem videre*, *& ab eo videri ſemper poſſit*. Pro iiſdem Regularibus inſuper haberi expreſſam declarationem Sac. Congreg. teſtatur ex Delb. La-Croix *lib.* 4. *qu.* 14. §. 16. *nu.* 81. ubi etiam ex eodem refert, eamdem S. C. voluiſſe, Socium habere quinquaginta annos; quod obſervandum eſt, ſi commode fieri poteſt.

Pro Sacerdotibus autem Sæcularibus, ex Pignatello *tom.* 6. *Conſult.* 85. *n.* 231. Sac. Congregatio 13. Septembr. 1583. decrevit: *ut Confeſſarii Monialium ingredientes* ( clauſuram ) *Sacramentum pœnitentiæ miniſtraturi*, *abſque Socio ingrediantur*, *idemque faciant in adminiſtratione Euchariſtiæ*, *& extremæ Unctionis*. *Dum vero Confeſſiones audiunt infirmarum*, *Cellæ janua remanere debet aperta*, *& ambæ Comitatrices ad eamdem Cellæ januam*, *ita ut ibi manentes Confeſſarium*, *& infirmam commode cernere poſſint*, *audire tamen non poſſint*.

54 Inter. III. Utrum audita Confeſſione, debeat Confeſſarium ſtatim exire?

℞. Affirmative. Intellige illud *ſtatim* morali modo. Vid. La-Croix *l. cit.* §. *19. n.* 84. Diana *l. cit.* §. 2. Felix *loc. cit.*

55 Inter. IV. Si poſt egreſſum ſtatim antequam ad alia divertatur, revocetur, eo quia ægrota velit aliquid adhuc dicere in Confeſſione: an poſſit redire, & Clauſuram ingredi ſine nova ſpeciali facultate?

℞. Affirmat. Pelliz. *tr. de Monialib. c.* 10. *ſect.* 3. *ſubſ.* 2. *qu.* 9. *n.* 264. ſequitur Felix *n.* 1461. & Fulgentius Caſtigl. *n. 6.*

56 Qu. XXXV. Utrum Confeſſor extraordinarius, ex vi præciſe facultatis ad audiendas Moniales, poſſit illis miniſtrare Euchariſtiam: coram illis concionari; & in earum Eccleſia celebrare?

℞. Negative: niſi conſuetudo permittat, ut quidem videtur adeſſe pro miniſtranda Euchariſtia Monialibus, & celebrando in Monialium Eccleſia: non autem pro Concione habenda coram illis. Vide Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 9. *qu.* 6. *n.* 263. Pelliz. *cit. ſubſ.* 2. *qu.* 17. *&* 18. Felicem *n.* 1457. Fulgentium Caſtigl. *to.* 10. & videri etiam poteſt Suarez *tom.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 72. *ſect.* 2. §. *Addo tamen*: & videri etiam poſſunt dicta tr. 2. l. 5. parte 2. in ejus 1. par. c. 3. ſect. 7. nu. 144. & 146. Hic autem monere juvat, quod ſi Confeſſarius concionetur coram Monialibus, valde caveat, ne ſcandalum det, concionando coram illis de earum vitiis, & defectibus auditis in Confeſſione; quia confeſſæ facile ſuffunduntur pudore; ut rite animadvertit cum Maldero Diana, quos laudat Buſemb. *lib.* 6. *p.* 2. *tract.* 4. *cap.* 3. *dub.* 1. *reſp.* 2. *reſol.* 3. *fine*.

Qu. XXXVI. Utrum Confeſſarius extraordinarius deputatus ad audiendas Confeſſiones Monialium ad dies E. G. decem: ſi diebus ſeptem omnium confeſſiones exceperit, poſſit tribus reliquis diebus nihilominus ad Monaſterium accedere, & agere cum Monialibus de rebus ad Confeſſionem non pertinentibus? 57

℞. Affirmat Pelliz. *cit. ſubſ.* 2. *qu.* 20. *num.* 279. & Fulgentius Caſtigl. *num.* 13. dummodo ſit paratus excipere Confeſſiones earum, quæ ſibi adhuc confiteri velint. Et vero quando deſignatur Confeſſarius extraordinarius, non deſignatur, ut tantum ſemel ei ſingulæ Monialium confiteantur, ſed quoties voluerint intra tempus deputationis, quando extraordinarius ad illas audiendas accedit; nec ſimpliciter concedi videtur extraordinarius pro ſola Confeſſione ſacramentali, ſed etiam pro accipiendis ſalutaribus monitis, & ſpiritualibus conſultationibus, proque directione in via ſpiritus, ut cum ipſo agatur de ratione perfectionis acquirendæ. Et etiamſi fuerit licentiatus a Monialibus monentibus eum, ſe eo non amplius indigere: poſſe nihilominus eas alloqui, & cum iis de rebus ad confeſſionem non pertinentibus agere: dicit Caſtigl. loc. cit. quia adhuc manet ſibi titulus extraordinarii. Monet tamen cum Pellizario; caveri offenſionem Superiorum, & ſcandalum aliorum.

Confeſſarium vero extraordinarium expleto tempore ſuæ deputationis, ne per unicum quidem diem poſſe illud prorogare ſine nova ſpeciali facultate: docuimus qu. 26. Si autem ſit neceſſitas, puta, quia pendeat ne-

Digitized by Google

negotium aliquod ad Confeſſionem pertinens, quid agendum? diximus ibidem. Per extenſum dare, & ad verbum recitare promiſi hic Conſtitutionem Benedicti XIV. pluries allegatam, quoad extraordinarium Confeſſorem Monialium, de quo hactenus egimus. Et ita ſe habet.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

### Servus Servorum Dei

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*PAſtoralis curæ nobis impoſitæ munus hanc inter alias ſollicitudinem a Nobis expoſcit, ut puſillorum animis in afflictione & anguſtia conſtitutis opportuna ſolatia ac remedia afferre non negligamus, quorum ope interiorem conſcientiæ tranquillitatem recuperare aut conſervare valeant, ſine qua impoſſibile eſt debitam Omnipotenti Deo ſervitutem alacri & prompta affectione exhibere: Hujuſmodi angoribus, & afflictionibus confici paſſim conſtat Religioſas Mulieres in Clauſtris degentes, quibus certus & unicus Sacramenti Pœnitentiæ Miniſter a Monaſterii Prælato ad tres ut minimum annos deſignari ſolet; cui ſi aliquando, præ pudore, vel alia quapiam de cauſa, non omnes conſcientiæ ſuæ receſſus aperire audeant, atque ideo Confeſſionis integritati detrahere incipiant, in barathrum perditionis æternæ ſe ipſas miſere conjiciunt. Quod ſane haud raro evenire, ſatis Nobis exploratum atque compertum eſt, tum ex iis, quæ in Apoſtolicæ Pœnitentiariæ Officio tractari vidimus, dum olim in minoribus conſtituti plurium annorum ſpatio munus Doctoris in Decretis in eodem Officio ſuſtinuimus; tum etiam ex iis, quæ in Epiſcopalis Anconitanæ primum, deinde in Metropolitanæ Bononienſis Eccleſiæ regimine, frequenti uſu cognovimus, tum demum ex his, quæ ſæpius ad Nos in Petri Cathedra octavum jam annum Dei miſeratione reſidentes, deferri contingit, ſive ex parte diverſarum hujuſmodi Monialium, quæ animarum ſuarum anguſtias paternis oculis Noſtris identidem ſubjicere coguntur, ſive ex parte Venerabilium Fratrum Noſtrorum Eccleſiarum Antiſtitum, qui Nobis earumdem Monialium in ſuis Diœceſibus exiſtentium calamitates, ex præallegata cauſa ortas, aut viva voce, aut per Literas non ſemel repræſentarunt; ac ſuper ea re Apoſtolicæ providentiæ opem poſtularunt. Hinc eſt, quod Nos earum ſpiritualibus indigentiis per hanc Noſtram perpetuo valituram Conſtitutionem opportune proſpicere volentes, non quidem intendimus conſultiſſimam illam, & veteris diſciplinæ auctoritate roboratam Legem tollere, aut abrogare, qua generaliter ſtatutum eſſe dignoſcitur, ut pro ſingulis Monaſteriis unus dumtaxat Confeſſarius deputetur, qui Sacramentales Confeſſiones univerſæ earum Communitatis excipiat, neque liceat unicuique Moniali peculiarem Confeſſarium pro libito ſibi deligere; ſed hoc dumtaxat Nobis propoſitum eſt conſtituere, ut ſi quando generalis hujuſmodi Legis rigor, in peculiaribus caſibus, non ſine animarum detrimento aut periculo ſervari poſſe videatur; in promptu ſit opportunæ diſpenſationis & indulgentiæ remedia occurrentibus neceſſitatibus admovere.*

*Sane jam dudum Sanctus Thomas Aquinas Scholarum Princeps, Eccleſiæque Doctor*, in Supplemento tertiæ partis, quæſt. 8. art. 4. ad ſextum, *ſive* in quartum ſententiarum, *ex quo Commentario deſumptum eſt hujuſmodi* Supplementum, *hoc Superioribus moni-*

*nitum dedit, ut Subditis ſuis, quibus certum & unicum Confeſſarium deſignare ſolent, haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata ſua alteri Sacerdoti; propterea quod multi infirmi & imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent ſine ſacramentali expiatione ex hac vita migrare, quam ipſa peccata certo alicui Sacerdoti a Superiore deſignato aperire. Jam vero Sacroſancti Concilii Tridentini Patres, hanc legem diſtricte ſanxerunt*, ſeſſ. 25. cap. 10. de Regular. *ut Epiſcopi, aliique Monaſteriorum Prælati, ſubjectis ſibi Monialibus Confeſſarium extraordinarium, duabus, aut tribus vicibus in ſingulos annos, exhibere debeant; per hæc verba* -- Præter ordinarium autem Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, aut aliis Superioribus, bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium Confeſſiones audire debeat. *Quod quidem non alia de cauſa præſcriptum fuit, quam quia ſatis conſtabat nonnullas aliquando Moniales eſſe, quæ nulla ratione adduci poſſunt, ut aliquod peccatum ſuum ordinario Confeſſario confiteantur; adeo ut neceſſe omnino ſit, alterius Confeſſarii copiam ipſis ſuppetere, ut apud hunc de peccatis ſuis integre, rite, atque utiliter confiteri poſſint. Id ipſum probe animadvertit Magnus Eccleſiæ Dei Sacerdos S. Carolus Borromæus, qui prædicti Concilii Tridentini abſolutionem ope ſua plurimum juvit, ejuſque executionem & obſervantiam in ſua Mediolanenſi Civitate & Provincia non ſine immenſis laboribus & curis invexit. Is enim hac de re ita decrevit.* -- Præterea Superiores ex decreto Sacri Tridentini Concilii quotannis idoneum Confeſſorem extraordinarium Monialibus ſibi ſubjectis exhibeant, cui curent, ut univerſæ confiteantur, ut quæ hujuſmodi indigent medicina, propter aliquem occultum animæ morbum; neque ipſæ eam poſtulare, aut accipere ab uſitato Confeſſore unquam auderent, liberius mederi ſuis malis poſſint, ac Diaboli laqueos evadere, una cum reliquis Confeſſario novo ſua peccata confitendo --, *uti legere eſt* in Actis Eccleſiæ Mediolan. impreſſis anno 1599. pag. 53. in Editione autem Lugdunenſi tom. 1. pag. 46.

*Porro quicumque Conciliaris Decreti ſenſus penitus introſpexerit, non modo ſalutarem illius providentiam facile agnoſcet; ſed & circumſpectam ejuſdem æquitatem mirari debebit. Superioribus enim tantummodo injungitur, ut duabus tribuſve vicibus infra annum, Confeſſarium extraordinarium Monialibus exhibeant;* bis, aut ter in anno offeratur; *Hujuſmodi autem Confeſſarius jubetur earum omnium Confeſſiones excipere, quotquot eidem confiteri velint.* -- Qui omnium Confeſſiones audire debeat. *Neque tamen omnibus & ſingulis Monialibus præcipitur, ut peccata ſua extraordinario Sacerdoti confiteantur. Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in Monaſterio degentibus, tam ſcilicet a Superioriſſa, cæteriſque Monialibus Profeſſis, atque Novitiis, quam a Sæcularibus, quæ vel educationis cauſa, vel alio titulo, in eodem Monaſterio cum debitis facultatibus commorantur, niſi ut extraordinario Confeſſario ſingulæ ſe ſiſtant, ſive ad Sacramentalem Confeſſionem apud ipſum, ſi placuerit, peragendam, ſive ad ſalutaria monita, etiam extra Sacramentalem Confeſſionem, ab ipſo accipienda. Atque ita prudentiſſime conſultum eſt, ne, ſi Moniales aliquæ extraordinarium Confeſſarium adirent, aliæ autem coram ipſo non comparerent, ſuſpiciones, atque oblocutiones excitarentur; & illæ* qui-

*quidem cenſerentur neceſſarias habuiſſe cauſas, ob quas ad extraordinarii opem confugere coactæ eſſent; aliæ vero ab hujuſmodi neceſſitatibus & cauſis immunes judicarentur. Quam agendi rationem communi Doctorum calculo comprobatam ſan. mem. Prædeceſſor noſter Clemens Papa XI. Edicto ſuo, ( quod eſt* XV. in ſecunda parte ipſius Bullarii ) *inviolabiliter ſervari mandavit, eandemque omnium Diœceſum conſuetudo recepit. Nec aliud Nobis hac in re addendum ſupereſt, niſi, ut Venerabiles Fratres Noſtros Eccleſiarum Antiſtites enixe hortemur, ut quamvis Tridentina Synodus de ſolis clauſtralibus Monialibus in præmiſſo decreto loquatur, nihilominus eamdem diſciplinæ formam obſervent, tam cum aliis Monialibus, quæ licet Clauſuræ legibus minime adſtrictæ ſint, in communitate tamen vivunt; quam cum aliarum quarumcumque Mulierum, aut Puellarum Cœtibus, ſeu Conſervatoriis, quoties tam illæ, quam iſtæ, unicum Ordinarium Pœnitentiæ Miniſtrum a Superioribus deſignatum habeant. Quæcumque enim circa Moniales in rigoroſa clauſura viventes cavenda ſunt, eadem in aliis quibuſcumque Mulieribus, ſive Regularibus, ſive Sæcularibus, in Communitate, aut Collegio degentibus, locum habere poſſunt; ideoque pari providentia, iiſdemque remediis arceri, aut emendari debent. Et nos quidem, quum hanc conſuetudinem offerendi Confeſſarios extraordinarios bis, aut ter in anno ſingulis tam Monialium non Clauſtralium Communitatibus, quam piis aliarum Puellarum & Mulierum Cœtibus & Communitatibus in noſtra Civitate & Diœceſi Bononienſi induxerimus, (qua de re extat Edictum Noſtrum* num. LVI. *inter Paſtorales, Inſtitutiones Italico primum ſermone a nobis vulgatas, deindeque in latinum converſas ) omnibus teſtari poſſumus, vel potius debemus, uberem ſpiritualium utilitatum meſſem Nos inde evidenter collegiſſe.*

*Quum vero ſuper relati Conciliaris Textus intelligentia nonnullæ quæſtiones alias excitatæ, eædemque jam pridem per opportuna Sedis Apoſtolicæ decreta, definitæ fuerint, operæ pretium ducimus, hujuſmodi definitiones ab omnibus, ad quos ſpectat, omnino tenendas, atque ſervandas, his noſtris Apoſtolicis Literis complecti, & auctoritatis quoque noſtræ robore communitas, in prædictorum omnium notitiam deducere. Et primo quæſitum fuit, ad quem Superiorem pertineat extraordinarium Confeſſorem Monialibus deputure, atque offerre. Sed facilis fuit reſponſio, quam Nos quoque decreto noſtro ratam habemus; hujuſmodi ſcilicet deputationem, ad eum regulariter ſpectare, ad quem pertinet Confeſſarii Ordinarii electio & deputatio; ideoque Epiſcopus, ſive Ordinarius Loci, qui Monialibus ſibi ſubjectis Confeſſarium Ordinarium dare conſuevit, idem Confeſſarium extraordinarium bis aut ter in anno, ad normam Tridentinæ ſanctionis, eiſdem offerre tenetur; Prælatus vero Regularis, ad quem pertinet ordinarium Confeſſarium ſubditis ſibi Monialibus, ſervata Apoſtolicarum Conſtitutionum forma, deſignare & conſtituere, ipſe etiam eiſdem extraordinarium Confeſſarium in vim præfati decreti, & juxta eaſdem Conſtitutiones, duobus aut tribus per annum temporibus exhibere poteſt, ac debet. Quæ tamen ideo* regulariter *obtinere diximus; quia ſi Epiſcopus aliquis ( quod Deus avertat ) adeo hac in re negligens eſſet, ut Monialibus ſuis, bis terve in anno, extraordinarii Confeſſarii copiam facere prætermitteret; obtendens, ut moris eſt, nullam hac de re Monialibus ipſis ſolli-*

*lici-*

Digitized by Google

*licitudinem, aut curam eſſe; tunc volumus Dil. Fil. Noſtrum S. R. E. Cardinalem modernum, & pro tempore exiſtentem Majorem Pœnitentiarium, ſtatim ac pro parte Monialium hujuſmodi requiſitus fuerit, Ordinarii Paſtoris negligentiam ſupplere debere, earumque Monaſterio extraordinarium Confeſſarium, ex eorum tamen numero, qui ad excipiendas Monialium Confeſſiones ab ipſo Ordinario Loci approbati fuerint, cum omnibus neceſſariis, & opportunis facultatibus, concedere, & deputare. Quod ſi Prælatus Regularis eandem Concilii legem de Confeſſore extraordinarios bis aut ter in anno Monialibus ſibi ſubjectis exhibendo, ſimiliter implere neglexerit, tunc locus fiet Decreto Congregationis S. R. E. Cardinalium ad ipſius Concilii interpretationem, & exequutionem auctoritate Apoſtolica deputatorum, quo ſcilicet eadem Congregatio ad quæſtionem ab Epiſcopo Vercellenſi propoſitam* die 23. Auguſti anni 1631. *reſcripſit, ut infra* -- Epiſcopus Vercellen. ſupplicat ſibi reſponderi, an deputatio Confeſſarii extraordinarii Monialium Regularibus ſubjectarum ſpectet ad Ordinarium Loci. Sacra Congregatio cenſuit, ad Epiſcopum non pertinere, niſi in caſu negligentiæ eorumdem Regularium -- *ut videre licet* Decret. lib. 14. pag. 493. *Nec aliter reſpondit quæſtionibus ab Epiſcopis Belgii exhibitis*, die 6. Aprilis 1647. *ut legitur* Decretor. lib. 18. pag. 397. *Quæ quidem reſcripta & Decreta Nos etiam præſentium tenore, & Apoſtolica auctoritate, in omnibus & per omnia approbamus, & confirmamus.*

*Quum autem Tridentina Synodus de univerſa quidem Monialium Communitate, ut ſupra decreverit, ſed nihil de ſingulis Monialibus ſtatuerit, ut patet legenti Textum citati capitis X. utque etiam jam uſque ab anno* 1557. *judicatum fuit ab ipſa Congregatione Cardinalium Concilii Interpretum, per ſubſequens Reſcriptum quod extat* Decret. lib. 4. pag. 90. -- Sacra &c. cenſuit, extraordinarium Confeſſorem offerendum non alicui Moniali ſingulariter, ſed omnibus Monialibus univerſe, ut omnium Confeſſiones audire debeat; in arbitrio tamen cujuſque Monialis eſſe, ut Confeſſario extraordinario velit confiteri --; *Hinc ortum habuit alterum controverſiæ, ſeu dubitationis caput; an ſcilicet, ubi jam univerſæ Communitati bis terve infra annum Confeſſarii extraordinarii copia facta eſt; & nihilominus aliqua Monialis Confeſſarium peculiarem extra ordinem ſibi concedi petit, an, inquam, hujuſmodi petitioni ſit indulgendum. Id autem in primo loco quæſitum fuit, propoſito caſu Monialis graviter ægrotantis, quæ in mortis periculo, pro ſpirituali conſolatione, poſtulet, alium Sacerdotem, qui tunc non ſit Ordinarius Monaſterii Confeſſor, ſuprema ſibi Eccleſiaſticæ pietatis officia, & Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare. Huic annuendum facile eſſe prædicta Congregatio pluries judicavit, ut videre eſt ipſius* Decret. lib. 18. pag. 322. a tergo, *ſub* die 6. Aprilis anni 1637. *& eodem Libro* pag. 586. die 22. Februari anni 1669. *quæ pariter Decreta a Nobis præſentium tenore approbantur, & confirmantur; ut ſcilicet Epiſcopi ſubjectis ſibi Monialibus in gravi infirmitate conſtitutis, & id expetentibus peculiarem Confeſſarium concedere, debeant; iidemque etiam idipſum præſtent erga Moniales Regularibus Prælatis ſubjectas, quum aliqua ex illis a ſuo Superiore Regulari hujuſmodi gratiam impetrare non potuerit. In hoc*

*autem*

Digitized by Google

*autem caſu nihil ſtatuitur de Cardinali Majore Pœnitentiario ; non ideo, quia nequeat is pro ſingulis Monialibus idem facere, quod ſupra diximus eundem pro toto Monaſterio facere poſſe, ſed quia tunc, ob temporis anguſtias, intercluſa præſumitur via recurrendi ad ipſius Officium. Quod ſi nihilominus ipſius adeundi tempus & modus ſuppetat, ad eum pertinebit, eadem prorſus ratione peculiaribus ſupplicantium neceſſitatibus providere, qua dictum eſt ſuperius, univerſæ Religioſæ Communitati ab ipſo conſulendum eſſe.*

*Actum deinde fuit de peculiaribus quibuſdam Monialibus, quæ nec corpore infirmæ, nec morti proximæ, Ordinario tamen Miniſtro confiteri obfirmate recuſant. Iſtarum quoque animi debilitas commiſeranda eſt, & ſublevanda; adeoque, ubi earum reluctantia ſuperari nequeat, Confeſſarius extra ordinem deputandus eſt, qui earum Confeſſiones peculiariter excipiat. Id vero, circa Moniales Epiſcopo, ſeu Ordinario Loci ſubjectas, ab ipſo Ordinario præſtari debet. Quod autem ad illas pertinet, quæ Regularium Regimini ſubſunt, ad Regularem Prælatum pertinet, ſervatis ſervandis, peculiarem ipſis deſtinare Confeſſarium ex approbatis ab Ordinario ad Confeſſiones Monialium; vel ſi Sacerdos ille, cui ejuſmodi Monialis confiteri cupit, pro illis non ſit approbatus, cum ipſo Ordinario agendum erit, ut pro excipienda ſaltem illius Monialis Confeſſione, & pro tot vicibus, quot expedire judicabitur, eumdem approbet. Sin autem contingat (neque id adeo rarum eſt) ut Regularis Superior ad concedendum hujuſmodi Confeſſarium extraordinarium Moniali communem Confeſſarium recuſanti nullo pacto adduci poſſit; jam huic caſui proviſum eſt per Decretum anno* 1573. *a prædicta Congregatione Concilii editum, & a fel. record. Gregorio Papa XIII. tunc Apoſtolicum Thronum obtinente approbatum, & confirmatum, quod nunc iterum confirmationis Noſtræ auctoritate roboramus. Decreti verba relata* Lib. 1. Decret. ipſius Congregationis p. 66. a tergo, *hæc ſunt*: Monialis per aliquod tempus noluit confiteri Confeſſariis Regularibus. Dubitatum fuit, an Epiſcopus Regienſis poſſet dare dictæ Moniali Confeſſorem alterius Ordinis Regularem, vel Sæcularem, cui illa ſemel, vel pluries confiteatur peccata ſua, & a quo abſolvi poſſit: S.S. Dominus Noſter, etiam ex ſententia Congregationis Concilii, declaravit, dictum Caput decimum ita eſſe intelligendum, ut etiam poſsit Epiſcopus concedere Confeſſarium alterius Ordinis, vel Sæcularem. *Præterea nihil obſtat, quo minus ipſa Monialis recurſum habeat ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, a quo ipſi providendum erit, ut ſupra dictum eſt, per deputationem Confeſſarii ex approbatis ad Moniales, apud quem illa confiteatur.*

*Quæſitum denique fuit de Monialibus illis, quæ neque ægrotant, neque recuſant Ordinarium Pœnitentiæ Miniſtrum a Monaſterii Prælato pro univerſa Communitate deputatum; verum pro majori animi ſui quiete, atque ulteriori in via Dei progreſſu, facultatem petunt confitendi aliquoties Sacerdoti ad excipiendas Monialium Confeſſiones jam approbato. Qua de re non ſemel Nobis in minori ſtatu degentibus accidit, ut cum aliquibus Epiſcopis, aut Regularibus Monialium Superioribus agere debuerimus. Porro in aliquos ex iis incidimus plus nimio ſeveros, qui aſpera quadam verborum brevitate reſpondebant, quod quum Moniali poſtulanti libera fuiſſet facultas confitendi extraordinario Sacerdoti, qui*

*uni-*

Digitized by Google

*univerſæ Communitati non ſemel eo anno jam datus fuerat, tunc oportebat eam conſcientiæ ſuæ conſuluiſſe: Quod ſi oblata commoditate uti noluerat; id ſibi imputaret, neque pergeret Superiori moleſtiam afferre, ut peculiarem Confeſſarium extra ordinem ipſi concederet. Nobis autem objicientibus, Monialem hujuſmodi ad Apoſtolicæ Pœnitentiariæ Officium facile recurſum habituram, ibique haud ægre impetraturam id, quod ab ipſis Superioribus ei denegatum fuiſſet; iterum conſtanter reſpondebant, extraordinarium hujuſmodi Confeſſarium, poſt impletam ab ipſis erga univerſum Monaſterium Tridentini Concilii legem, ab alio quidem concedi poſſe, ſed a ſe nunquam conceſſum iri.*

*At vero, neque tunc Nobis arridebat, neque profecto nunc Nobis placet rigida iſthæc agendi ratio; Perſuaſum enim habebamus, adeoque habemus, non ſolum integræ Comunitati, ſed ſingulis etiam Monialibus indulgendum eſſe in iis rebus, quæ juſta & rationabiliter petuntur, maxime quum illæ ad earum conſcientiæ quietem & ſecuritatem conferre dignoſcuntur. Neque ſane hujuſmodi poſtulationes aut temere exaudiri, aut ſine cauſa rejici debere cenſemus; ſed inquirendum in primis eſſe de qualitatibus tum Monialis, quæ Confeſſarium extra ordinem petit, tum Confeſſarii, qui ab ea requiritur, ut utriſque diligenter inſpectis, deliberari poſſit, an illius votis annuendum ſit, an non. Si enim Monialis ex una parte nullum det adverſæ ſuſpicioni locum, ex altera vero Confeſſarius non modo legitimam Ordinarii approbationem, ſed etiam commune probitatis teſtimonium pro ſe habeat; nullo modo probare poſſumus tam firmum hujuſmodi Prælatorum in renuendo propoſitum; nec intelligimus, cur poſt Confeſſarium extraordinarium integræ Communitati, juxta legem Concilii Tridentini, oblatum, nulla omnino Monialibus ſingulis ſpes relinquatur obtinendi peculiarem Confeſſarium, cujus conſilio, & opera, juſtis fortaſſe de cauſis, indigere ſe arbitrentur. Non ita ſane hac de re ſentiebat ſapientiſſimus ille Animarum Rector S. Franciſcus Saleſius, cujus doctrinæ ſummam ex illius Operibus, tum editis, tum manuſcriptis, collectam, bon. mem. Joannes Petrus le Camus Epiſcopus Bellecenſis juſto volumine complexus eſt, cui Titulum fecit:* Spiritus Sancti Franciſci Saleſii. *In cujus Compendio, quod ex Gallico in Italicum ſermonem converſum Venetiis anno* 1745. *pro quarta vice Typis editum eſt,* par. 17. cap. 6. *aperte legitur, quod, quum Beatus Epiſcopus non ita intelligeret præmiſſum Conc. Trid. Decretum, ut vetitum exiſtimaret, Confeſſarium extraordinarium, pluribus etiam quam tribus vicibus in anno, Religioſæ Communitati offerre; quæ quidem Sententia plures habet ſuffragatores, quos refert* Diana in edit. coordinata tom. 7. tr. 1. reſol. 348. *non ſolum ſolebat ſuis Monialibus Viſitationis B. M. Virg. quater in anno, videlicet in ſingulis Hebdomadis Quatuor Temporum, Confeſſarium extraordinarium deputare; verum etiam earum reſpectivis Superioribus commendatum reliquit, ut ſingulis Monialibus, quæ non ex animi levitate, neque ex indiſcreta affectionis ſingularitate, Confeſſarium extraordinarium peculiariter peterent, haud ſe difficiles in eo concedendo præberent. Nec aliter ſe gerere conſuevit. Ven. mem. Gregorius Cardinalis Barbadicus Epiſcopus Patavinus; Is enim, ut teſtatur illius quondam Vicarius Generalis Joannes Clericatus* in Tract. da Pœnit. dec. 41. nu. 7. & *Patrum Tridentinorum Decretum quoad*

omnia

*omnia Monialium Monaſteria in ſua Civitate, & Diœceſi exiſtentia quotannis reipſa exequebatur; & nihilominus exorari ſe patiebatur a Monialibus, quæ aliquando rationabilibus de cauſis peculiarem pro ſe Confeſſarium expeterent. Hujuſmodi regulis, & exemplis noſtram quoque agendi rationem in ſpirituali Monialium regimine conformare curavimus; maximumque utilitatis, & quietis fructum Nos inde percepiſſe cognovimus. Quapropter Vener. Fratres Eccleſiarum Antiſtites, atque Dilectos Filios quarumcumque Religioſarum Mulierum Rectores hortamur in Domino, & enixe monemus, ut eamdem viam quoad fieri poteſt, inſiſtere non recuſent, & non adeo difficiles ſe præbeant peculiaribus Monialibus extraordinarium Confeſſarium aliquando expetentibus; quin potius, niſi aut Monialis poſtulantis, aut Confeſſarii requiſiti qualitas aliter faciendum ſuadeant, earum juſtis precibus obſecundare ſtudeant; illud cogitantes, quod etſi liberum ſit cuilibet Moniali Cardinalem Majorem Pœnitentiarium adire, cui ea in re facultas cumulativa cum omnibus locorum Ordinariis a Romano Pontifice tribuitur; nihilominus ea eſt aliquando neceſſitatis urgentia, ut remedium, quod de longinquo petendum eſt, non ſatis tempeſtive adveniat: Et quamvis etiam quorumlibet negotiorum expeditiones, quæ in Officio Pœnitentiariæ Apoſtolicæ fiunt, ab omni vel minima pecuniæ ſolutione inviolabiliter ſint immunes; non omnibus tamen Monialibus facile eſt invenire, qui earum in Urbe procurare velit & poſſit.*

*Jam vero poſtrema ſupereſt quæſtio, nimirum de qualitatibus Confeſſarii extraordinarii, qui vel pro univerſa Monialium Communitate, vel pro aliqua Moniali peculiariter deputari debeat. Porro nullo unquam tempore dubitatum fuit, an in hujuſmodi Sacerdote ætatis maturitas, morum integritas, prudentiæ lumen requiratur, quas quidem dotes in eo, qui ad hujuſmodi munus adhibetur neceſſarias eſſe, omnes fatentur. Sicut etiam minime dubitatur, quin idem ab Ordinario Loci ſpecialiter pro Monialibus approbatus eſſe debeat, quum hujuſmodi approbatio, ex Apoſtolicarum Conſtitutionum lege, omnino requiratur non ſolum in omnibus tam ordinariis, quam extraordinariis Confeſſariis, qui Monialibus, etiam Regularibus ſubjectis, ab earum reſpective Superioribus deputantur, ſed etiam in iis, quia Cardinali Majori Pœnitentiario conceduntur, etiam Apoſtolica Sede vacante, quo nimirum tempore amplioribus is pollet facultatibus; ut videre eſt in Noſtra Conſtitutione ſuper illius facultatibus edita, quæ eſt XCV. in Tomo I. Bullarii Noſtri, ubi §. 54. eidem conceditur, ut vacante Sede,* Monialibus Confeſſarios extra ordinem valeat deputare, ſi eos ex aliqua rationabili cauſa petierint, pro earum libitu, inter approbatos ab Ordinario ad audiendas Monialium Confeſſiones, eligendos. *Quamobrem ad id dumtaxat redacta eſt controverſia, an ſcilicet e Clero Sæculari, an vero e Regulari, eligendus ſit hujuſmodi Confeſſarius; tum inter Regulares, an aſſumi poſſit ex quolibet Ordine alias permiſſo; an vero ſemper deputari debeat ex ipſo Ordine Prælati Regularis, ad quem Monaſterii regimen ſpectat.*

*Sane pro Monialibus Epiſcopo immediate ſubjectis, regula eſt, ut Ordinarius earum Confeſſor ſit Sacerdos Sæcularis. Extraordinarium vero ex Ordinibus Regularibus ſæpiſſime aſſumi apud pleroſque Epiſcopos uſu receptum eſſe conſtat; deficiente forſan per ſingulas Diœ-*

ceſes Sæcularium Presbyterorum ad id muneris idoneorum copia. Regulares autem Prælati Monialibus ſibi ſubjectis Confeſſarium Ordinarium deſignante ſuo ipſorum Ordine; extraordinarium autem etiam ex alio Ordine Regulari deputare poſſunt, juxta Decretum a ſupradicta Congregatione Concilii editum 26. Septembris anni 1595. ac relatum in Lib. 3. Decret. pag. 149. a tergo, ubi ſic legitur. -- Sacra &c. reſpondit, Superiores Regulares teneri offerre Confeſſarium extraordinarium ejuſdem Ordinis, alterius vero Ordinis poſſe quidem, ſed non teneri. Nunquam tamen, quod meminerimus, ullum Sacerdotem Sæcularem, aut diverſi Ordinis Regularem, vidimus a Regulari Prælato Monialibus ſibi ſubjectis extraordinarium Confeſſorem deputari. Denique quum aliquando evenire poſſit, ut in caſu negligentiæ Superioris Regularis, ad Epiſcopum, ut ſupra dictum eſt, pertineat deputatio Confeſſarii extraordinarii etiam pro Monialibus Regularium regimini ſubjectis; nulla ipſe lege tenetur ad hujuſmodi Confeſſarium eligendum ex eo Ordine, cujus eſt Monaſterii Prælatus; ſed tali caſu liberum eſt illi, quemlibet idoneum Presbyterum Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem, ad audiendas earum Monialium Confeſſiones deputare.

At quum ſuperioribus annis Apoſtolicæ Sedi expoſitum fuiſſet, pluribus de cauſſis, iiſque graviſſimis, quas hic referre opus non eſt, non tam opportunum, quam plane neceſſarium videri, ut Monialium Monaſteria Regularium regimini ſubjecta, ſemel ſaltem in anno Confeſſarium extraordinarium diverſi Ordinis Regularem, aut e Sæculari Clero Presbyterum haberent; hujus rei examen jubente fel. record. Prædeceſſore Noſtro Innocentio Papa XIII., aſſumptum fuit a peculiari Congregatione ex quinque tunc exiſtentibus S. R. E. Cardinalibus compoſita, cui Nos tunc in Minoribus conſtituti in Secretarii munere operam præſtabamus; quæque, per annum & ultra, ſingulis Hebdomadis cogebatur, ad diſcutienda, & definienda complura Eccleſiaſticarum quæſtionum capita, quæ deinde inſerta ſunt in Apoſtolicis Literis ab eodem Innocentio Prædeceſſore editis die 13. Maji anno 1723., quarum initium eſt -- Apoſtolici Miniſterii -- quæ etiam a ſan. mem. Prædeceſſore quoque Noſtro Benedicto Papa XIII. in forma ſpecifica confirmatæ fuerunt, per alias ſimiles Literas datas die 23. Septembris anni 1724.

Cum autem negotia, quæ in ea Congregatione tractabantur, nullius privatas rationes attingerent, ſed de reſtituenda potiſſimum Tridentini Concilii obſervantia in quibuſdam Catholici Orbis Regionibus, ut ferebatur, non parum labefactata, unice ageretur: neceſſarium minime judicatum fuit, aliquem velut in judicium vocare, ad deducenda jura, ſi quæ adverſus illa, quæ decernenda viderentur, competere forſan putaret. Sed Noſtra peculiaris cura erat, ad ſingula propoſita capita totidem Diſſertationes, unicuique ex præfatis Cardinalibus exhibendas, elucubrare; ad demonſtranda videlicet fundamenta illius diſciplinæ, quæ in uſum revocanda cenſebatur. Nec aliter ſe res habuit, quum in eadem Congregatione, ut præfertur, in deliberationem venit, an decernendum foret, ut Regulares Monaſteriorum Prælati, una ſaltem ex tribus vicibus, quibus extraordinarium Confeſſarium Monialibus ſibi ſubjectis in annos ſingulos exhibere debent, aliquem Sæcularem, aut alterius Ordinis Regularem Presbyterum ad id deputare tenerentur, utque ipſis hac in re deficientibus, liberum eſ-

ſet

Digitized by Google

*ſet Epiſcopis Locorum Ordinariis, eorum defectum ſupplere & emendare.*

*Verum quum Regularibus innotuiſſet, a prædicta Congregatione conditum eſſe Decretum eorum intentioni contrarium, utpote qui minime adſtringi volebant ad hujuſmodi annuam deputationem Confeſſorum extraordinariorum e Clero Sæculari, vel aliis Ordinibus, nonnullarum Religionum; Procuratores Generales petierunt admitti ad deducendas rationes, quas hujuſmodi Decreto obſtare putabant; Cumque id facile impetraſſent, ac ſuam, totiuſque Cœtus Regularium cauſam per eximios illius temporis in Romana Curia Advocatos defendi curaſſent; ſed nihilominus prædicta Cardinalium Congregatio in priori ſententia permanſiſſet; placuit præfato Prædeceſſori Innocentio, antequam Decretum hujuſmodi approbatione ſua confirmaret; aliorum Cardinalium ſententias audire. Itaque ex luſis illis omnibus qui ex ipſius Pontificis deputatione, in præcedentibus Seſſionibus per annum integrum negotia diſcuſſerant; aliiſque advocatis Cardinalibus, quibus exhiberi ſecreto fecerat conſcriptarum allegationum exempla; Nobis etiam adeſſe juſſis, qui rationum momenta a priori Congregatione præ oculis habita, ſi opus eſſet, exponere poſſemus; novam Cardinalium Congregationem ex improviſo coram ſe convocavit, in qua iterum propoſita quæſtio diligenter ac mature diſcuſſa fuit; ac demum ipſe Pontifex, de ipſius Congregationis conſilio & aſſenſu, ſuper hac re decrevit, ut ſequitur* -- Cumque ex eodem Concilio Tridentino Confeſſor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium Confeſſiones audiat; ſi in poſterum Superiores Regulares, quoad Monaſteria ipſis ſubjecta, toties prædictum extraordinarium Confeſſorem deputare neglexerint, vel ſi etiam ex proprio eodem Ordine ſemper deputaverint, nec ſaltem ſemel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem aut Sæcularem, aut Regularem alterius diverſi Ordinis profeſſorem, in his caſibus Epiſcopi, pro ſuo arbitrio & conſcientia, deputationem hujuſmodi facere poſſint, nec illa quovis titulo, aut prætextu, a Superioribus Regularibus valeat impediri.

*Perſcriptum ſane fuit hujuſmodi Decretum ea occaſione qua agebatur de reſtituenda in certis quibuſdam Regionibus Eccleſiaſtica diſciplina ad formam Concilii Tridentini; Verum ipſius Decreti vigor ad eas dumtaxat Regiones minime reſtrictus fuit, quum & animarum pericula, quæ ex perpetua Confeſſorum ejuſdem Ordinis deputatione timebantur, in omnibus Monaſteriis Regularium regimini ſubjectis locum habere poſſint, & quæcumque adverſus Decretum ipſum adducta fuerunt, ex generalibus Ordinum Statutis, & ex Conſtitutionibus Monialium Regularibus ſubjectarum, fuerint deſumpta. Cumque judicatum fuerit, ea omnia nequaquam obſtare, quo minus ita decerneretur, ſequitur, ut quamvis eidem Decreto cauſam dederint peculiarium quarumdam Regionum neceſſitates Apoſtolicæ Sedi eo tempore expoſitæ, illud tamen generale ſit, & univerſos per Orbem Regulares Monaſteriorum Monialium Prælatos afficere debeat. Cum vero deinde alter laudatus Prædeceſſor Benedictus XIII. Innocentii Literas in forma ſpecifica confirmaret, Nobis conſtat, illius mentem fuiſſe, ut hujuſmodi Decretum univerſalis, & inviolabilis legis vim obtineret. Super quo nihilominus ne ulla apud aliquos ſuperſit dubitatio, Nos ipſi, præſentium Literarum vigore, ac Motu proprio, & certa ſcientia, deque Apoſtoli-*



Digitized by Google

ſtolicæ poteſtatis plenitudine, ipſum re latum Innocentii Prædeceſſoris Decretum, Statutum, Mandatum, atque Præceptum, ad omnia per Orbem ubique exiſtentia, & Regularium regimini ſubjecta Monialium Monaſteria; quatenus opus ſit, expreſſe extendentes & ampliantes; decernimus atque ſtatuimus, ut ſingulis annis, incipiendo a proximo milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo nono a Nativitate Domini decurrendo, Regulares Monaſteriorum Prælati teneantur bis aut ter in anno Confeſſarium extraordinarium univerſis Monialibus in iis degentibus offerre; ſi vero ipſi forſan hujuſmodi Confeſſarii extraordinarii deputationes intra præſcripta tempora omiſerint, vel ſemper proprii Ordinis Regularem Sacerdotem ad hunc effectum deputaverint; itaut præfatæ Moniales ſemel ſaltem in anno Confeſſarium extraordinarium e Clero Sæculari aut ex alio Ordine Regulari non habeant; ad Epiſcopos Diœceſanos, omni appellatione remota, devolvatur jus ſupplendi eorumdem Prælatorum defectum (ſi nempe penſatis rerum circumſtantiis, ita expediens eſſe judicaverint) per deputationem Confeſſarii extraordinarii, quem tam in uno, quam in altero caſu, aut e Clero Sæculari, aut ex alio Regulari Ordine, pro ipſorum arbitrio, deligere poſſint, & valeant.

Quocirca dilecto Filio Noſtro S.R.E. Cardinali, moderno Noſtro, & pro tempore exiſtenti Romani Pontificis in Urbe ejuſque Diſtrictu Vicario in Spiritualibus Generali, earumdem præſentium tenore committimus, & mandamus, ut hæc noſtra Decreta, atque Statuta, tam in omnibus ejuſdem almæ Urbis Monaſteriis, quæ Regularium regimini ſubſunt, quam in aliis quibuſque Regularium aut Sæcularium Mulierum, aut Puellarum Domibus, ſeu Collegiis, atque Conſervatoriis, quibus unicus ordinarius Confeſſor a Superioribus deputari ſolet, in omnibus & per omnia, juxta earumdem Literarum præſcriptum, exactiſſime obſervari & adimpleri faciat; ne forte audiri contingat; quod cum magna animi moleſtia dictum aliquando eſſe cognovimus, Apoſtolicas Conſtitutiones Romæ quidem ferri, & publicari, ſed eas minime in ipſa Urbe ad effectum perduci.

Eandem porro curam & ſollicitudinem injungimus & demandamus Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per omnes univerſi Orbis Eccleſias conſtitutis; quibus, ut ſatis perſpectum putamus voluntatis noſtræ ſtudium, tam in eorum rationabilibus querelis, juſtiſque petitionibus ſuſcipiendis, quam in corruptelis, quas irrepſiſſe indicaverint, eliminandis; idque non ex ingenio noſtro quidquam addendo, nec peregrinas novitates inducendo, ſed veteres ut plurimum leges & regulas, vigili Prædeceſſorum noſtrorum providentia jam pridem conſtitutas, in priſtinum debitumque vigorem, & uſum revocando; ita eoſdem meminiſſe volumus, proprium zeli Paſtoralis officium non in eo ſitum eſſe, ut adverſus ea, quæ contra leges fiunt, inutiliter deplorando declament; ſed ut illa de medio tollere curent, adhibitis opportunis remediis in eum finem jam præſtitutis; implorato etiam Apoſtolicæ Sedis auxilio, ubi impedimentum aliquod eorum auctoritati, & legum executioni, afferri contingat, omneſque diligentias, & curas, quas corrigendis abuſibus ipſi fideliter impenderint, in irritum cedere videant.

Quoniam vero tam in ſuperius allegato Clementis XI. Edicto, quam in Synodalibus pluribus Epiſcoporum Conſtitutionibus ſtatutum eſſe conſpicimus,

ut

Digitized by Google

*ut quo tempore extraordinarius Confeſſor alicui communitati deputatus miniſterio ſuo fungitur, ordinarius Confeſſor nullum ipſi impedimentum afferre audeat, multoque minus præſumat per id temporis alicujus Monialis, ſive Superiorisſæ, ſive Novitiæ, ſive Converſæ, neque demum alterius cujuſcumque Perſonæ intra ſepta Monaſterii, aut piæ Domus commorantis, Sacramentalem Confeſſionem audire; Nos id quoque approbatione Noſtra roborantes & confirmantes ſtatuimus, & mandamus, ut Epiſcopi quidem, ſi de Monaſteriis, aut Domibus eorum regimini ſubjectis agatur, Regulares autem Superiores, quod ad illas Communitates attinet, quibus ipſi præſunt, pro hujuſmodi Legis implemento advigilent, & contravenientes meritis pœnis coerceant, & afficiant.*

*Ac demum quibuſcumque Confeſſariis extraordinariis, qui vel alicui Communitati generaliter, vel peculiariter alicui perſonæ in Monaſterio degenti, conceſſi, ac deputati fuerint, diſtricte inhibemus, ſub pœnis adverſus accedentes ad Monaſteria Monialium, & cum ipſis converſantes, præſertim Regulares a Prædeceſſoribus noſtris quandocumque ſtatutis (quas etiam præſentium vigore confirmamus, & innovamus,) ne, poſtquam ſuum officium impleverint, ad id Monaſterium ulterius accedere, aut ullius generis commercium intra ipſum quomodocumque continuare & fovere, etiam ſub ſpiritualis cauſæ, aut neceſſitatis obtentu & colore, audeant, aut præſumant.*

*Decernentes, ipſas præſentes Literas, atque omnia & ſingula in eis ſtatuta, atque præſcripta, etiamſi quicumque in iiſdem intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, ad id vocati, & auditi non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, aut alterius cujuſcumque generis defectus forſan adverſus eas objiciatur, ſemper & perpetuo valida, & efficacia eſſe & fore, & ab omnibus, ad quos ſpectat, atque in futurum ſpectabit, inviolabiliter etiam perpetuo obſervari: Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinalium Congregationes ordinarias, aut peculiariter deputatas, alioſque Cardinales etiam de Latere Legatos, ac Vice Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere; ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate, atque irritum, & inane decernentes, quidquid ſecus a quoquam ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

*Non obſtantibus quibuſcumque etiam Apoſtolicis, ac Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non quarumcumque Eccleſiarum, & Ordinum Regularium, ſeu Congregationum, aut Societatum, & Inſtitutorum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, aliorumque Militarium Ordinum, ſeu Monaſteriorum Virorum, aut Monialium, aliarumque piarum Domuum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, uſibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis, etiam in corpore Juris clauſis, aut Literis Apoſtolicis, cuilibet præmiſſorum, ſub quibuſcumque verborum tenoribus & formis, etiam hic de neceſſitate exprimendis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam irritantibus in genere, vel in ſpecie, & derogatoriarum derogatoriis, quomodolibet in contrarium conceſſis, ac pluries confirmatis, & approbatis; qui-*



Digitized by Google

*bus omnibus, & ſingulis, hac vice dumtaxat, & ad præmiſſorum effectum, illis alias in ſuo robore permanſuris, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

*Volumus demum, ut earumdem præſentium tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis; eadem prorſus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.*

*Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtram confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, ſtatuti, decreti, declarationis infringere, vel auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus noverit incurſurum.*

*Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVIII. Nonis Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno octavo.*

*D. Card. Paſſioneus.*

*J. Datarius.*

*VISA DE CURIA*

*J. C. Boſchi.*

*J. B. Eugenius.*

*Loco* ✠ *Plumbi.*

Regiſt. in Secret. Brevium.
Pub. die 16. Auguſti ejuſdem Anni.

# FINIS

## Diarii Liturgico-Theologico-Moralis.

ELEN-

Digitized by Google

# ELENCHUS

## Capitum, Articul. Sectionum, Paragraph. Quæſtionum

## APPENDICIS DIARII

## LITURGICO-THEOLOGICO-MORALIS.

CAP. I. De Horis Canonicis. pag. 4
§. I. De commemoratione Sanctorum facienda, quorum Officium ſit impeditum in propria die; nec infra annum dies ſuperſit in qua reponatur. ibid.
§. II. De Officiis, quæ adveniant conceſſa recenter. pag. 15
Cap. II. De celebratione Miſſarum. pag. 18
Qu. I. Utrum ſimplex Sacerdos ratione ſimpliciter Ordinis Sacerdotalis teneatur aliquoties ſingulis annis celebrare, ſi alias non impediatur involuntarie: ut infirmitate, carcere, &c. ibid.
Interrog. I. Quoties ex vi muneris Parochialis celebrare Parochus teneatur? p. 22
Interrog. II. Utrum Parochus iis diebus, quibus obligatur ad celebrandum ratione muneris Parochialis, poſſit nihilominus celebrare per alium? pag. 23
Qu. II. Utrum Regulares, qui ex Regula, vel conſuetudine canere ſolent Miſſam in ſuis Eccleſiis in diebus feſtis, peccent mortaliter, ſi aliquando eam ex negligentia omittant? ibid.
Cap. III. De Expoſitione SS. Sacramenti. pag. 24
Art. I. De facultate Epiſcopi requiſita pro expoſitione ſolemni Euchariſtiæ. ibid.
Qu. An tempore Interdicti localis generalis liceat publica, & ſolemnis expoſitio Euchariſtiæ? pag. 26
Art. II. De Altari, ubi ſit Expoſitio SS. Sacramenti. pag. 27
Qu. An in Altari, in quo eſt expoſitum SS. Sacramentum, poſſit, aut debeat omitti Crucifixus? ibid.
Art. III. De Ritu ſervando in SS. Sacramenti expoſitione. pag. 28
Qu. I. Si non poſſit haberi Hoſtia magna, quemadmodum conſuevit adhiberi pro expoſitione in Oſtenſorio: an poſſit conſecrari Hoſtia parva ad dictum finem? pag. 32
Qu. II. Si poſt Miſſam immediate ſit exponendum, & ſola habeatur Hoſtia magna: an Celebrans poſſit in Miſſa communicare ſe cum aliqua particula præconſecrata in alia Miſſa, & reſervare pro expoſitione Hoſtiam magnam a ſe conſecratam in eadem Miſſa? ibid.
Qu. III. An ad vitandam notam, & admirationem populi, ſi non habeatur Hoſtia magna conſecrata, poſſit in Oſtenſorio poni Hoſtia magna non conſecrata una cum particula conſecrata? ibid.
Art. IV. De veneratione exhibenda SS. Sacramento expoſito. ibid.
Art. V. De Miſſa. pag. 34
Art. VI. De ritu ſervando in SS. Sacramenti Repoſitione. pag. 48
Art. VII. Not. ſpecialiter in expoſitione Euchariſtiæ pro Oratione quadraginta horarum. pag. 54
Sect. I. Ubinam hæc expoſitio haberi poſſit? pag. 55
Sect. II. De Miſſa. ibid.
Sect. III. De Indulgentiis pro Oratione in expoſitione quadraginta horarum. pag. 57
Sect. IV. De ratione myſtica numeri, ſeu temporis quadraginta horarum Orationis coram Sacramento expoſito. p. 58
Sect. V. Inſtructio Romana Clementina pro expoſitione SS. Sacramenti occaſione orationis quadraginta horarum. *Ad verbum datur XXXVII. diſtincta §. §. nonnullis animadverſionibus illuſtrata*. pag. 60
Cap. IV. De annua Solemnitate Dedicationis, ſeu Conſecrationis Eccleſiæ. pag. 81
Art. I. De quibusnam Eccleſiis poſſit, ac

Digitized by Google

ac debeat celebrari quotannis feſtum Dedicationis, cum Officio, & Miſſa; & a quibus poſſit, ac debeat celebrari? ibid.

Art. II. Quanam die celebrari debeat feſtum Dedicationis Eccleſiæ? pag. 86

Qu. I. Utrum, ſi dies Dedicationis Eccleſiæ aliquando occurrat in aliquo feſto ex ſolemnioribus, poſſit, & debeat transferri in aliam diem? pag. 87

Interrog. I. An feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ debeat præferri principali Patrono loci, vel Ordinis, ſeu Religionis: ac Titulari Eccleſiæ Cathedralis? pag. 88

Interrog. II. Occurrente Dedicatione in Dominica privilegiata, in quam diem transferri debet Dedicatio? pag. 84

Qu. II. Si eodem die occurrat feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ, & feſtum Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, de qua Dedicatione prius debeat Officium recitari? ibid.

Interrog. Quid? ſi eodem die occurrat Dedicatio duplicis Eccleſiæ propriæ: ut ſi quis ſit Beneficiarius duarum Eccleſiarum, quarum Dedicatio occurrat uno, eodemque die? ibid.

Qu. III. Si alicubi ad celebrandam Dedicationem Eccleſiæ ſit deſignata Dominica prima talis menſis ex. gr. Septembris: utrum hæc erit, quæ prima occurret intra ipſum menſem; vel ea, quæ vicinior Calendis: quemadmodum computari ſolet juxta Rubricas Breviarii Rom.? ibid.

Art. III. De Horis Canonicis. pag. 90

Qu. I. Si feſtum Dedicationis Eccleſiæ propriæ concurrat cum feſto Tituli Eccleſiæ item propriæ; vel Dedicationis, aut Tituli Eccleſiæ Cathedralis, vel principalis Patroni loci: utrum Veſperæ ſint dimidiandæ? pag. 92

Qu. II. Cum recitatur Officium Dedicationis unius Eccleſiæ, & facienda ſit commemoratio Dedicationis alterius Eccleſiæ, pro commemoratione quænam oratio dicenda ſit, ad conſuetam varietatem? pag. 93

Qu. III. Si Octava Dedicationis Eccleſiæ occurrat ſimul cum Octava Patroni loci, vel Tituli Eccleſiæ, de quanam Octava habendum erit Officium? ibid.

Qu. IV. Si Octava Dedicationis Eccleſiæ propriæ occurrat ſimul cum octava Eccleſiæ Cathedralis, de quanam octava ſit Officium recitandum in Civitate, ubi eſt Cathedralis? pag. 94

Art. IV. De Miſſa. ibid.

Qu. Utrum in feſto Dedicationis Eccleſiæ propriæ ſit obligatio audiendi Miſſam? pag. 95

Art. V. De functionibus Pontificalibus. pag. 97

Art. VI. De Indulgentiis. ibid.

Cap. V. De Feſto Tituli Eccleſiæ. p. 98

Art. I. A quibuſnam celebrari debeat feſtum Tituli Eccleſiæ cum Officio & Miſſa? ibid.

Art. II. De Horis Canonicis. pag. 102

Qu. Si Titularis habeat in Breviario Officium una cum aliis Sociis, num ſeparandi ſint Socii, & alia die de illis recitandum? & quonam ritu? & quomodo? Et quid? ſi Socii non occurrant eadem die in Calendario Romano? pag. 103

Art. III. De Miſſa. pag. 105

Art. IV. De Functionibus Pontificalibus. pag. 107

Art. V. De translatione Feſti Tituli Eccleſiæ. ibid.

Cap. VI. De Feſto Tituli Altaris. pag. 108

Cap. VII. De Sanctis Patronis. pag. 110

Art. I. De electione Sanctorum in Patronos. ibid.

Art. II. De obſervantia in foro feſti Patroni principalis. pag. 111

Art. III. De translatione jejunii occurrentis in feſto S. Patroni principalis. p. 117

Qu. An ſit aliquod generale præceptum obligans reſpective ad jejunium in Vigilia principalioris Patroni loci? pag. 118

Art. IV. Quinam teneantur recitare Officium Patroni? pag. 119

Art. V. De Horis Canonicis. pag. 121

Qu. I. Quinam ex pluribus Patronis cenſendus ſit principalis ad hoc, ut celebrari valeat ſub ritu duplici primæ claſ. & cum Octava? pag. 123

Qu. II. Si accidat, quod in Cathedrali fiat de Patrono loci abſque Octava, veluti Mediolani de S. Ambroſio, cujus feſtum ritu Ambroſiano non habet octavam: an ſubditi Archiepiſcopo Mediolanenſi ſecundum ritum Romanum horas canoni-

cas

Digitized by Google

cas recitantes, teneantur ad octavam S. Ambroſii celebrandam? pag. 124
Qu. III. Si feſto S. Patroni, vel Titularis celebrando aſſignetur alia dies ſtabiliter, & perpeuto: an ſecum ferat octavam? ibid.
Qu. IV. Si dies Oct. Patroni loci accidat alicubi in feſto de præcepto in foro, quod non ſit 1. vel 2. cl. an recitari debeat de feſto prædicto occurrenti cum commemoratione Octavæ? pag. 125
Qu. V. Si Sanctus Patronus habeat in Breviario Officium una cum aliis Sociis, num ſeparandi ſint Socii, & alia die de illis recitandum: & quomodo: quove ritu? ibid.
Art. VI. De Miſſa. pag. 134
Art. VII. De functionibus Pontificalibus. pag. 137
Art. VIII. De translatione feſti Sancti Patroni. ibid.
Qu. Utrum occurrente eodem die feſto principali principalis Patroni loci, & principali feſto Sancti Fundatoris alicujus Religionis, debeant Regulares talis Religionis in eodem loco degentes transferre feſtum Patroni loci, ut celebrent feſtum principale proprii Fundatoris? pag. 138
Art. IX. De Indulgentiis. pag. 140
Cap. VIII. De die obitus, & depoſitionis Defunctorum. pag. 141
Art. I. Not. ante Proceſſionem funeralem. ibid.
Art. II. De Funerali Proceſſione. pag. 142
Art. III. De Officio, & Miſſa Defunctorum in die obitus, ſeu depoſitionis Defuncti, & abſolutione in Exequiis. pag. 145
Art. IV. Not. pro ſepeliendo Cadavere. pag. 152
Art. V. De Quarta Funerali. ibid.
Art. VI. De diebus, quibus non ſunt celebrandæ ſolemniter Defunctorum Exequiæ, vel ratione feſtivitatis maximæ, vel præexcelſi Myſterii. pag. 154
Cap. IX. De die tertio, ſeptimo, trigeſimo, & anniverſario Defunctorum. pag. 156
Art. un. De Miſſa, & Offitio Defunctorum, & abſolutione in Exequiis. ibid.
Cap. X. De Functionibus Pontificalibus Abbatialibus. pag. 165
Cap. XI. De Reſidentia Clericorum: pag. 166
Cap. XII. De Indulgentiis. pag. 167
Art. I. Indulgentiæ pro Exercitiis ſpiritualibus S. Ignatii. ibid.
Art. II. Indulgentiæ pro habentibus Coronas &c. benedicta a Pontifice. p. 170
Art. III. Indulgentiæ pro recitantibus quaſdam Coronas. ibid.
Art. IV. Indulgentiæ pro celebrantibus decem ſupra tres ferias ſextas in honorem Domini, & Beatorum duodecim Apoſtolorum. pag. 171
Art. V. Indulgentia plen. conceſſa orantibus pro Defunctis. ibid.
Art. VI. Indulg. plen. conceſſa pro orantibus pro morientibus, ſeu Animam agentibus. pag. 172
Art. VII. Indulg. plen. in articulo mortis concedenda per Epiſcopos, vel delegatos ab ipſis. ibid.
Art. VIII. De ritu dandi Benedictionem Papalem cum Indulgentia plenaria ſervando a Regularibus. ibid.
Cap. XIII. De præcepto Confeſſionis Annuæ. pag. 177
Art. I. De obligatione confitendi ſaltem ſemel in anno. ibid.
Qu. I. A quonam Pontifice, vel Concilio hoc præceptum annuæ Confeſſionis latum fuerit? pag. 178
Qu. II. An aliqua adduci ratio valeat, quæ potuerit Chriſtum Dominum movere, ad præcipiendam Confeſſionem præter articulum mortis etiam ſæpius in vita, ſi opus eſſet: & Eccleſiam, ad determinandum, ut fiat ſaltem ſemel in anno? ibid.
Qu. III. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget ſub gravi? pag. 180
Qu. IV. An præceptum annuæ Confeſſionis obliget abſolute, & ſimpliciter per ſe, & independenter a præcepto Communionis annuæ: ſeu independenter a præcepto præmittendæ Confeſſionis ſumptioni Euchariſtiæ tempore Paſchali: ſive ſaltem ſemel in anno; ita ut qui non poſſet adimplere præceptum Communionis annuæ, adhuc teneretur confiteri, ad implendum preceptum annuæ Confeſſionis? pag. 181
Qu. V. An qui non poteſt facere Confeſſionem annuam, teneatur elicere a-

ctum contritionis perfectæ? pag. 184

Qu. VI. An, qui confitetur mortale hoc anno commiſſum, ſi poſtea denuo hoc eodem anno iterum illud mortale committat, teneatur hoc eodem anno illud confiteri, etiam ex vi præcepti Confeſſionis annuæ? ibid.

Qu. VII. Utrum, qui hoc anno confitetur unicum mortale, anno præterito commiſſum, ſatisfaciat præſenti obligationi Confeſſionis annuæ ita; ut ſi hoc eodem anno aliquod aliud mortale committat, non teneatur illud hoc eodem anno confiteri? pag. 181

Qu. VIII. An hoc (*quod ſatisfaciat*) procedat, etiamſi anno præterito non fuerit facta Confeſſio annua; ita ut, qui anno præterito, cum eſſet reus peccati lethalis, numquam tamen fuerit confeſſus: ſi hoc præſenti anno confiteatur, ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ pro hoc eodem anno: unde ſi poſt Confeſſionem committat præſenti anno aliquod mortale, non teneatur illud præſente anno confiteri ex vi præcepti annuæ confeſſionis? ibid.

Qu. IX. An per confeſſionem factam in articulo mortis ſatisfiat etiam præcepto Confeſſionis annuæ ita; ut, qui confiteatur propter periculum mortis, ſi deinde evadat periculum illud, & incidat in mortale peccatum, non teneatur eo anno iterum confiteri, niſi forte inciderit rurſus in mortis periculum? pag. 186

Qu. X. Utrum, qui ſemel confeſſus eſt, ſed mortale dubium, ea confeſſione ſatisfecerit præcepto Eccleſiæ ita; ut non teneatur intra annum amplius confiteri ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, quamvis incidat in mortale peccatum? p. 187

Qu. XI. Utrum ille, qui ſciat, ſe hoc anno habuiſſe mortale, & prudenter dubitet; utrum hoc anno unquam ſit valide confeſſus? adhuc teneatur confiteri hoc eodem anno? ibid.

Qu. XII. Utrum, qui multis annis non eſt confeſſus, ſatisfaciat pro illis, ſi hoc anno ſemel confiteatur? ibid.

Qu. XIII. Utrum, qui habet duo mortalia, & unum confitetur pro confeſſione annua, alterum vero omittit ex oblivione; ſi deinde hoc anno recordetur omiſſi mortalis, teneatur, illud confiteri hoc eodem anno: adeoque ad duplicem confeſſionem obligetur ex vi præcepti confeſſionis annuæ? ibid.

Qu. XIV. Utrum habens duo mortalia, quorum alterum confeſſus ſit; alterum vero ſcienter tacuerit ob juſtas tamen cauſas: teneatur hoc eodem anno confiteri illud, quod reticuit; idque ex vi præcepti Confeſſionis annuæ? pag. 188

Qu. XV. Utrum, ſi quis confeſſus alia mortalia, omiſerit reſervatum, quia hic Confeſſarius non habebat poteſtatem ad reſervata: iterum teneatur eodem anno confiteri? ibid.

Qu. XVI. Utrum, qui ex pœnitentia impoſita a Sacra Pœnitentiaria propter diſpenſationem aliquam petitam, & obtentam, teneatur confiteri ſingulis menſibus: debeat bis confiteri in aliquo menſe: in eo ſcilicet, in quo confiteri debeat, ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ; ita ut cum præceptum Confeſſionis annuæ non obliget in parte anni determinata: ſi quis in undecim ſingulis menſibus ſemel tantum confeſſus fuerit, debeat in duodecimo menſe bis confiteri: una vice ad ſatisfaciendum pœnitentiæ ſibi impoſitæ propter diſpenſationem; altera vice ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ? Quod eſt quærere paucis: utrum unica confeſſione poſſit ſatisfieri præcepto Eccleſiæ, & pœnitentiæ prædictæ? ibid.

Qu. XVII. Utrum Regulares teneantur plus quam ſemel in anno confiteri ex præcepto ſpeciali Eccleſiæ? ibid.

Art. II. De peccatis, quæ ſit obligatio confitendi ſaltem ſemel in anno ex præcepto Eccleſiæ. pag. 189

Qu. I. Quænam peccata obliget confiteri præceptum Confeſſionis annuæ? ibid.

Qu. II. An ex vi præcepti Confeſſionis annuæ ſit obligatio confitendi peccata mortalia; etiamſi tantum interna? ibid.

Qu. III. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget confiteri peccata mortalia dubia? pag. 190

Qu. IV. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget confiteri venialia? ibid.

Qu. V. An ſaltem obliget confiteri venialia, ſi quis habeat ſimul mortalia, quæ tamen excuſetur manifeſtare in confeſſione? ibid.

Qu.

Qu. VI. An præceptum confeſſionis annuæ eum, qui nullius peccati lethalis ſibi conſcius ſit, obliget, ad ſiſtendum ſe Parocho, ſeu Confeſſario? ibid.
Art. III. Qualis Confeſſio peccatorum præcipiatur fieri ſaltem ſemel in anno? ibid.
Qu. I. An ſatisfiat præcepto Eccleſiæ per Confeſſionem nullam voluntarie? ib.
Qu. II. An ſaltem ſatisfiat per Confeſſionem nullam involuntarie? ibid.
Qu. III. An ſatisfaciat præcepto Confeſſionis annuæ, qui confeſſionem faciat validam quidem, ſed informem? pag. 191
Qu. IV. An ſatisfecerit præcepto Confeſſionis annuæ, qui confeſſus fuit, ſed non accepit abſolutionem a Confeſſario injuſte; vel ex aliquo caſu, puta, quia Confeſſor mortuus, eſt antequam abſolutionem impertiret? ibid.
Art. IV. Quis teneatur præcepto Confeſſionis annuæ? ibid.
Qu. I. An teneatur confiteri in anno, qui habet mortalia tantum interna? pag. 192
Qu. II. An teneatur, qui habet peccata mortalia tantummodo dubia? ibid.
Qu. III. An teneatur præcepto Confeſſionis annuæ, qui habet venialia? ibid.
Interrog. An ſaltem teneatur confiteri venialia, qui ſimul habeat conſcientiam unius tantum mortalis, quod tamen excuſetur confiteri hoc anno e. g. ob periculum gravis damni? pag. 194
Qu. IV. An, qui habet mortale, & caret Sacerdote approbato ad audiendam ſuam ipſius Confeſſionem, teneatur præcepto Confeſſionis annuæ? Quod eſt, quærere: utrum debeat quis confiteri Sacerdoti etiam non approbato, ex eo quod debeat confiteri, ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ, & non adeſt approbatus, nec differre valeat? ibid.
Qu. V. An, qui nullius mortalis ſibi conſcius ſit, poſito quod non teneatur confiteri: teneatur ſaltem ſiſtere ſe Parocho, ſeu proprio Sacerdoti? pag. 195
Qu. VI. Cum præceptum Confeſſionis annuæ ſolum obliget habentes peccata mortalia, & hæc non committantur, niſi adſecuto rationis uſu: unde & Decretum Confeſſionis hujuſmodi habet: *utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit &c.* quæres: quandonam homines ad prædictos annos perveniant? ibid.
Qu. VII. Utrum præcepto annuæ Confeſſionis teneatur & Pontifex? pag. 197
Qu. VIII. An teneantur Infideles. ib.
Qu. IX. An teneantur Hæretici? pag. 198
Qu. X. An teneantur amentes in aliqua, vel aliquibus ſpecialibus materiis, non tamen omnino rationis expertes? ib.
Qu. XI. An mutus teneatur, ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiæ, confiteri per ſigna, & nutus, ſi ita explicare Confeſſario poſſit peccata ſua, vel aliquod ſaltem mortale? pag. 199
Qu. XII. An impotens confiteri ore, ſi non valeat, aut neſciat confiteri nutibus, & ſignis, teneatur confiteri per ſcripturam oblatam Sacerdoti præſenti, ſi ſciat ſcribere, ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis annuæ? pag. 200
Qu. XIII. An, ad ſatisfaciendnm præcepto Confeſſionis annuæ, ſit obligatio confitendi per interpretem, ſi non adſit niſi Sacerdos ignarus linguæ Pœnitentis? ibid.
Qu. XIV. An, qui non eſt diſpoſitus ad abſolutionem, teneatur præcepto Confeſſionis annuæ? ibid.
Qu. XV. An infirmi, carcere detenti, excommunicati, Interdicto ſubjecti, vel ſuſpenſi, & quicumque alii ſimiliter impediti teneantur procurare ſanitatem, excarcerationem, abſolutionem, remotionem impedimenti, ut poſſint confiteri pro adimplendo præcepto Confeſſionis annuæ? ibid.
Qu. XVI. An debeat omitti potius Confeſſio annua, quam dari pecunia, aut aliquid ſimile temporale pro ea facienda: ſi Sacerdos nollet audire niſi pro hujuſmodi pretio? ibid.
Art. V. De tempore ab Eccleſia præſcripto ad implendum præceptum Confeſſionis annuæ. ibid.
Qu. I. An præceptum Confeſſionis annuæ obliget ſtatim poſt commiſſum peccatum? pag. 201
Qu. II. An præceptum Confeſſionis annuæ ſit implendum in aliqua determina-

ta parte anni, puta tempore Paſchali; quemadmodum eo tempore implendum: in eo tamen ſenſu, quem explicavimus ſuo loco? ibid.

Qu. III. Poſito, quod ad implendum præceptum Confeſſionis annuæ, ſatis ſit confiteri qualibet anni parte; quomodo computandum ſit initium, & finis in re præſenti? pag. 202

Qu. IV. An teneatur nunc confiteri, & non poſſit differre ad finem uſque anni, qui eſt in mortali, vel etiam habeat reſervata, ſi prudenter timeat, ne non habiturus ſit amplius infra annum copiam Confeſſarii potentis illum abſolvere, ſicut nunc habet? pag. 203

Qu. V. Utrum præceptum Confeſſionis annuæ eo anno, quo non impleatur, proſequatur urgere, & obligare in anno ſequenti, & cæteris, donec fiat Confeſſio; atque adeo qui anno præterito e. g. non eſt confeſſus, teneatur hoc anno præſenti: & quidem ex vi obligationis anni præteriti, ad ſatisfaciendum præcepto pro illo tunc? ibid.

Qu. VI. An tempus Confeſſioni annuæ præfixum admittat parvitatem materiæ ita; ut non peccet ſaltem mortaliter, qui confeſſionem annuam faciat paulo poſt finem anni? pag. 204

Qu. VII. An tempus Confeſſionis annuæ præfixum poſſit prorogari? & cujus auctoritate, ſive judicio? pag. 205

Art. VI. Cuinam confiteri debeat, ut ſatisfiat præcepto Confeſſionis annuæ? ib.

Qu. I. Quid hic veniat nomine proprii Sacerdotis, cui confeſſio annua fieri debet? ibid.

Qu. II. An Parochus teneatur ſub gravi, audire Confeſſionem annuam Parochiani ſui volentis ſibi confiteri? p. 206

Qu. III. Si quis confeſſus alia mortalia, omiſerit reſervatum, quia hic Confeſſarius non habebat poteſtatem ad reſervata: utrum dici poſſit illa Confeſſio facta fuiſſe Sacerdoti proprio? ibid.

Qu. IV. Utrum ſatisfaceret præcepto Confeſſionis annuæ, ſi quis confiteretur alicui Angelo, vel Beato, ſibi de Cœlis apparenti, a quo etiam abſolveretur: ut eveniſſe, legitur, aliquando S. Catharinæ de Riccis? ibid.

Art. VII. An tempus præcepti Confeſſionis annuæ poſſit prorogari, diſpenſari, mutari, abrogari? pag. 207

Qu. I. An tempus Confeſſionis annuæ poſſit auctoritate Eccleſiaſtica prorogari aliquando reſpectu alicujus Perſonæ particularis; ita ut confiteatur aliquanto poſt annum completum? ibid.

Qu. II. An præceptum Confeſſionis annuæ poſſit diſpenſari? pag. 208

Interrog. An etiam poſſet Pontifex cum aliquo particulari, vel aliqua Provincia diſpenſare abſolute, tollendo omnem obligationem confitendi in vita: ſupponendo, quod non adſit obligatio confitendi ſæpius in vita ex præcepto Divino, ſed ſolum in morte, ſeu inſtante periculo mortis? pag. 209

Qu. III. An tempus Confeſſionis annuæ mutari poſſit a Pontifice: ſtatuendo videlicet, ut Confeſſio fiat rarius; vel frequentius quam ſemel in anno? ibid.

Qu. IV. An Summus Pontifex poſſit abrogare præceptum Confeſſionis annuæ? pag. 210

Art. VIII. De pœnis tranſgreſſorum præcepti Confeſſionis annuæ. ibid.

Qu. I. An publicæ Meretrices non confitentes ſemel in anno, eo quod nolint recedere a via ſua peſſima, ſed manere in proxima occaſione peccandi: incurrant pœnas impoſitas tranſgreſſoribus præcepti Confeſſionis annuæ, ſive ferendas ex C. *Omnis*: ſive latas, & ipſo facto incurrendas, ubi hæ adſint ex ſpecialibus, & particularibus Conſtitutionibus alicujus Diœceſis? pag. 211

Qu. II. Utrum pueri obligati ad confitendum, ſi hoc præceptum violent ante pubertatem, debeant puniri pœna impoſita in C. *Omnis*? pag. 213

Qu. III. An ſaltem incurrant Cenſuras alicubi latas contra non confitentes in anno? ibid.

Qu. IV. An Pontifex poſſit incurrere Cenſuram prædictam Capitis *Omnis*.? ibid.

Qu. V. An incurrat pœnas contra non confitentes ſaltem ſemel in anno impoſitas, qui faciat Confeſſionem annuam voluntarie nullam, & ſagrilegam? ibid.

Qu. VI. An etiam incurrat Cenſuras impoſitas tranſgreſſioni hujus præcepti, qui facit Confeſſionem involuntarie nul-

lam

Digitized by Google

lam ex parte Confeſſarii, ſeu culpa illius, puta, quia careat approbatione requiſita, idque Pœnitens ignoret; vel quia ex malitia propria non habeat intentionem abſolvendi? pag. 214

Art. IX. De ſigillo Confeſſionis annuę. pag. 215

Qu. I. Utrum Schedula prædicta (*confeſſionis teſtis*) in qua nimirum ſimpliciter aſſeratur Confeſſio a Pœnitente peracta, poſſit, aut debeat dari etiam illi, cui poſt auditam Confeſſionem Sacramentalis abſolutio denegetur propter ſuam ipſius indiſpoſitionem? pag. 216

Qu II. An, ubi ſit uſus, præbendi ſchedulas typis editas, in quibus dicatur Pœnitens etiam abſolutus: poſſint dari confeſſis non abſolutis? pag. 219

Qu. III. Utrum Confeſſionis Schedula danda eſſet illi, qui ne inchoate quidem confiteretur; peteret autem dictum teſtimonium genibus flexis, ſignato ſe ſigno Crucis, & recitato de more *Confiteor*? ibid.

Qu. IV. Si peccator ſine animo reſipiſcendi, & vitam emendandi: atque adeo ſine debita diſpoſitione ad abſolutionem obtinendam: accedat ad recitanda peccata ſua apud Confeſſarium, putans per hujuſmodi ſimplicem recitationem peccatorum ſuorum ſe ſatisfacturum ſaltem præcepto Confeſſionis annuæ: an Confeſſor, qui hunc audierit, teneatur ad ſigillum? pag. 220

Qu. V. An frangat ſigillum Confeſſarius, ſi publice conquerenti, ſibi negatam abſolutionem, dicat: *ne conquereris*: *non potui*? ibid.

Qu. VI. Utrum Parochus poſſit denegare Communionem in Paſchate non exhibenti ſchedulam Confeſſionis? ibid.

Cap. XIV. De Confeſſario Monialium extraordinario. pag. 222

Qu. I. Ad quem Superiorem pertineat extraordinarium Confeſſorem Monialibus deputare, atque offerre? ibid.

Interrog. I. Si Epiſcopus Monialibus, ſibi ſubjectis Confeſſorem extraordinarium deſignare nolit, ad quem ſpectet in hoc caſu illum eligere, & illis offerre? pag. 224

Interrog. II. Si Prælatus Regularis Monialibus, ſibi ſubjectis, Confeſſarium extraordinarium deſignare, & deputare nolit, ad quem ſpectet in hoc alio caſu illum eligere, & deputare? pag. 225

Qu. II. Utrum Moniales teneantur petere, deputari ſibi Confeſſarium extraordinarium? ibid.

Qu. III. An Prælati, quibus ſpectat Confeſſorem extraordinarium Monialibus offerre, ad id teneantur, etiamſi ab illis non requirantur? ibid.

Qu. IV. Utrum Prælati Monialibus, ſibi ſubjectis, Confeſſarium extraordinarium bis, vel ter in anno offerre teneantur ſub gravi? pag. 26

Qu. V. An Confeſſor extraordinarius a prædictis Prælatis poſſit denegari Monialibus propter earum aliquod delictum? ibid.

Qu. VI. Si daretur aliquod Monaſterium, in quo Moniales præter Confeſſarium ordinarium deputatum pro communitate, poſſent confiteri cuilibet approbato ab Epiſcopo: utrum eſſet obligatio offerendi hujuſmodi Monialibus Confeſſarium extraordinarium? ibid.

Qu. VII. An ſit obligatio offerendi Confeſſorem extraordinarium illis Monialibus, quæ licet clauſuræ legibus minime adſtrictæ ſint, in communitate tamen vivunt, & quemadmodum Moniales clauſtrales unicum Confeſſorem ordinarium deputatum habent? Idem quæritur de aliis quibuſcumque mulierum, aut Puellarum Cœtibus, ſeu Conſervatoriis unicum ordinarium Confeſſorem a Superioribus ſuis deſignatum habentibus? ibid.

Qu. VIII. Utrum eo anno, quo ratione Jubilæi offertur Monialibus Confeſſor extraordinarius, illa vices poſſit computari pro una ex duabus, vel tribus illis vicibus, quibus ex Tridentino eſt obligatio offerendi Monialibus Clauſtralibus Confeſſorem extraordinarium: ita ut eo anno præter tempus Jubilæi concedatur altera tantum vice? pag. 227

Qu. IX. Cum Prælati non teneantur offerre Monialibus illum determinatum Confeſſorem extraordinarium, quem ipſæ requirant, & petant: utrum poſſint illas urgere; ad acceptandum eum, quem unanimiter forte recuſent? ibid.

Qu. X. Utrum poſſint Moniales urgeri, ad acceptandum Confeſſorem extraordinarium, ſi expreſſe unanimiter forte re-

Digitized by Google

recuſent, aſſerentes, ſibi ſufficere unum Ordinarium Monaſterii Confeſſorem? pag. 228

Qu. XI. Utrum Prælati, occurrente caſu deputationis Confeſſarii extraordinarii, teneantur deputare plures quam unum? ibid.

Qu. XII. Utrum Prælati Confeſſarium extraordinarium deſignantes ex vi juris Concilii Tridentini, debeant pro *omnibus* Monialibus; ita ut *omnibus* Monialibus talis Monaſterii liceat, ad illum accedere, eique ſacramentaliter confiteri? ibid.

Qu. XIII. Utrum, ſi Monialium aliqua præter communem extraordinarium petat, ſibi alterum aſſignari, teneantur Prælati concedere? ibid.

Qu. XIV. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit pro tota Communitate pluries, quam ter Monialibus deputari? pag. 230

Qu. XV. Quibus anni temporibus Confeſſor debeat extraordinarius Monialibus offerri? ibid.

Qu. XVI. Utrum Prælatus Regularis Monialibus ſibi ſubjectis poſſit offerre pro Confeſſore extraordinario Sacerdotem Sæcularem, vel Regularem ex alio Ordine? ibid.

Qu. XVII. Cum Epiſcopus, ad ſuplendum defectum Prælatorum Regularium caſu, quo deficiant in re præſenti: debeat ipſe offerre extraordinarium Monialibus, quæ illis ſubjiciantur: utrum in illo caſu teneatur offerre Confeſſarium ex numero ipſorum Regularium, quibus ſubjiciuntur? pag. 231

Qu. XVIII. Utrum Epiſcopus Monialibus ſibi immediate ſubjectis poſſit offerre Confeſſarium extraordinarium Regularem? ibid.

Qu. XIX. Utrum Confeſſor ordinarius expleto triennio ad quod debuit deputari, offerri poſſit eidem Monaſterio pro extraordinario? pag. 232

Qu. XX. An requiratur certa ætas in Confeſſario Monialium extraordinario? ibid.

Qu. XXI. Utrum Confeſſor extraordinarius a Prælatis Regularibus offerendus Monialibus ſibi ſubjectis, debeat eſſe adhuc approbatus ab Epiſcopo loci? ibid.

Interrog. I. An dici poſſit *ſpecialiter* approbatus ad Moniales, qui approbatus fuerit generaliter ad omnes Chriſtifideles; vel cui Epiſcopus dixerit: ſe illum approbare ad audiendos viros, & mulieres? pag. 233

Interrog. II. Utrum Prælati Regulares Confeſſarium approbatum ab Epiſcopo, ad audiendas Confeſſiones unius Monaſterii, poſſint deputare pro extraordinario alterius Monaſterii ſibi ſubjecti, abſque ulla nova ſpeciali approbatione Epiſcopi loci? pag. 234

Interrog. III. Utrum Confeſſarii extraordinarii ſemel deputati, atque approbati ab Epiſcopo, ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas, poſſint expleta deputatione, in vim approbationis hujuſmodi, illarum Confeſſiones audire: atque adeo eligi iterum pro extraordinariis ejuſdem Monaſterii abſque nova Epiſcopi ſpeciali approbatione? ibid.

Interrog. IV. Utrum ſaltem approbatus pro una Moniali, poſſit audire alteram Monialem in eodem Monaſterio? ibid.

Qu. XXII. Per quodnam temporis ſpatium extraordinarius Confeſſor Communitati Monialium bis, vel ter ſingulis annis offerendus, qualibet vice debeat deſignari? ibid.

Qu. XXIII. Facultas audiendi in Confeſſione Moniales ad dies e. g. decem, utrum intelligenda ſit de diebus decem continuis, vel interruptis? pag. 235

Qu. XXIV. Utrum extraordinarius deputatus pro uno menſe ſemel in qualibet hebdomada, ſi in aliqua ad Moniales audiendas non acceſſerit, poſſit bis accedere in alia? ibid.

Qu. XXV. Extraordinarius approbatus, ut accedat ad audiendas Moniales ſemel in hebdomada: an poſſit bis eadem die, puta mane, & poſt meridiem? ibid.

Qu. XXVI. Utrum tempus deputationis ad Moniales audiendas pro extraordinario, computandum ſit phyſice; ita ut, ſi deputatio conceſſa fuerit ad dies viginti, his expletis, ne per unum quidem diem amplius poſſint Moniales audiri. Vel accipiendum ſit moraliter; ita ut, diebus expletis deputationi præfinitis, poſſit ſuperaddi unus, vel alter dies? pag. 236

Qu. XXVII. An Confeſſarium extraordinarium, expediat, informationes aliquas ac-

accipere ab Abbatiſſa Monaſterii: illam alloqui: eamque conſulere, ut melius proſpicere poſſit bono ſpirituali Monialium, quas eſt auditurus? ibid.

Qu. XXVIII. Utrum Moniales teneantur confiteri omnes, & ſingulæ Confeſſario extraordinario pro Communitate deputato? pag. 237

Qu. XXIX. Utrum Confeſſor Ordinarius Monaſterii poſſit audire ſuarum Monialium Confeſſiones eo ſimul tempore, quo Confeſſor extraordinarius deputatus eſt, ad audiendas earumdem Confeſſiones? ibid.

Interrog. Utrum Confeſſario ordinario, ullius Monialis ſui Monaſterii Confeſſionem audire tempore, quo conceditur extraordinarius, ita interdicatur, ut ſi tamen audire præſumat, abſolutio ſit nulla? pag. 238

Qu. XXX. An Confeſſor extraordinarius deputatus ad audiendas Confeſſiones totius Monaſterii, teneatur omnes Moniales audire, quæ velint, ſibi confiteri? ibid.

Qu. XXXI. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit abſolvere Moniales a caſibus, & cenſuris reſervatis ſuis Prælatis, quibus ſunt immediate ſubjectæ, abſque eorum facultate ſpeciali? pag. 239

Qu. XXXII. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit cum Moniali agere de rebus non pertinentibus ad Confeſſionem, etiamſi Monialis nolit confiteri? pag. 240

Qu. XXXIII. Utrum Confeſſor extraordinarius durante tempore ſuæ deputationis, & iis diebus, quibus illi conceſſum eſt, ad Monaſterium accedere, ad audiendas Monialium Confeſſiones, poſſet accedere, etiamſi certo ſciret, nullam Monialium velle ſibi confiteri? pag. 241

Qu. XXXIV. Utrum Confeſſor extraordinarius poſſit, ad audiendam Confeſſionem Monialis infirmæ, ingredi clauſuram ſine ſpeciali facultate? ibid.

Interrog. I. An Confeſſario extraordinario debeat concedi facultas prædicta ad prædictam cauſam? ibid.

Interrog. II. Recepta facultate ingrediendi clauſuram, ſi Confeſſarius habeat ſecum Socium, ut communiter habent Regulares: utrum poſſit ingredi cum Socio; etiamſi de Socio non ſit facta expreſſa mentio in facultate? ibid.

Interrog. III. Utrum audita Confeſſione debeat Confeſſarius ſtatim exire? pag. 242

Interrog. IV. Si poſt egreſſum ſtatim antequam ad alia divertatur, revocetur, eo quia ægrota velit aliquid adhuc dicere in confeſſione: an poſſit redire, & clauſuram ingredi ſine nova ſpeciali facultate? ibid.

Qu. XXXV. Utrum Confeſſor extraordinarius, ex vi præciſe facultatis ad audiendas Moniales, poſſit illis miniſtrare Euchariſtiam: coram illis concionari: & in earum Eccleſia celebrare? ibid.

Qu. XXXVI. Utrum Confeſſarius extraordinarius deputatus ad audiendas Confeſſiones Monialium ad dies e. g. decem: ſi diebus ſeptem omnium confeſſiones exceperit, poſſit tribus reliquis diebus nihilominus ad Monaſterium accedere, & agere cum Monialibus de rebus ad confeſſionem non pertinentibus?

E R:

Digitized by Google

| ERRATA. | | | | CORRIGE. |
|---|---|---|---|---|
| Pag. | Col. | Lin. | | |
| 22 | 1 | 27 | exiſtens | exiſtentem |
| 32 | 1 | 20 | *Gorporis* | *Corporis* |
| 38 | 1 | 24 | expoſitto | expoſitio |
| 40 | 2 | 4 | Nativite | Nativitate |
| 44 | 2 | 37 | Presbyterit | Presbyterii |
| 79 | 1 | 25 | *tradendus* | *tradendas* |
| 140 | 2 | | Articulus VI. | Articulus IX. |
| 169 | 2 | 3 | *ejuſdem* | *eumdem* |
| 171 | 1 | 33 | oret | orent |
| | 2 | 35 | Flexis | flexis |
| 173 | 1 | 12 | *Prædeſſoris* | *Prædeceſſoris* |
| | 30 | | *Bullæ* | *Bulla* |
| | 2 | 20 | Privilegis | Privilegiis |
| | | 36 | editum | editus |
| 174 | 2 | 8 | *Presyterales* | *Presbyterales* |
| | | 12 | *ſive interſit Epiſcopus* | adde *ſive non* |
| 175 | 1 | 2 | *poſſit* | *poteſt* |
| | | 32 | *deteſtatione* | *deteſtationem* |
| | 2 | 3 | ſpirituo | ſpiritu |
| | | 13 | benignum | benignus |
| | | 39 | Tractatum | Tractatu |
| 176 | 1 | 28 | Cœnibatarum | Cœnobitarum |
| 182 | 2 | 11 | Nec conſequentia | Hæc conſequentia |
| 184 | 1 | 44 | determinatis | determinate |
| 185 | 1 | 17 | foret | fore |
| 188 | 2 | 3 | Herings | Henriquez |
| 191 | 2 | 40 | Et de fide | Eſt de fide |
| 192 | 2 | 27 | optimi | optime |
| 194 | 1 | 2 | in hoc caſo | in hoc caſu |
| 197 | 1 | 12 | ſufficiens | ſufficientem |
| 197 | 2 | 6 | captum | captu |
| 199 | 1 | 2 | pleraquæ | pleraque |
| | 2 | 25 | vignis | ſignis |
| 200 | 1 | 1 | ſigea | ſigna |
| | 2 | 35 | ſatisfaciemus | ſatisfecimus |
| 201 | 1 | 23 | quam | quem |
| 292 | 2 | 37 | anbi | anni |
| 204 | 1 | 21 | examinabimus | examinavimus |
| 205 | 2 | 12 | quæ nunc | quam nunc |
| 206 | 1 | 18 | approbate | approbato |
| | 2 | 20 | Henrings | Henriquez |
| 207 | 1 | 14 | *tempus præcd.* | *tempus præcept.* |
| | 2 | 23 | ad ipſum | id ipſum |

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google